LITTERAS, quas nobis tua fraternitas destinavit, & ea quæ nuncius tuus viva voce propolivit, attenta diligentia audivimus, & graves anxietates & amaritudines, quibus animus tuus assidue affligitur, plenius attendimus. Unde his auditis & cognitis, spiritus nobis commotus est, & valde turbatus: quibus cordi est libertatem tuis prospexisse tuis dedicari, & in adversis, tanquam frater cariffimus, primum condolere. To ergo, fecisi vir constans & prudens, recolens ilque quod dicitur: *Beati apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni fuerunt pro nomine Jesu contumeliam pati*: hujusmodi angustias in patientia tolerex, & non plusquam oportuit, tuus spiritus anxietur, sed dignum in seipso consolationes recipiens, & de quo tuum cor anxiet in eo consolemur, qui te ad corroborationem catholicæ & Christianæ veritatis hoc necessitatis articulo reservavit, & cujus beneficium est certum, quia minus forte commissiti maculas abstergere, & per varias afflictiones purifire, ne videantur in districto examine puniendo reservari. De cetero non tibi grave sit, nec (sicut ex litteris, quas clericus tuus misit, accepimus) ulla ratione metiendum, quod ex ad fedem apostolicam appellatus: quia gratum nobis est, & acceptum, & volumus, ut si illi qui te appellaverunt forte venerint, ea per te ipsum, si tibi visum fuerit, appellationem ipsam, omni dubitante & dilatione poposita, profequaris: nec unquam authoritatem Romanæ ecclesiæ aliquis possit constantiæ tuæ diminuere in cetera, seu dubitetanem: quia nos jura & dignitates ecclesiæ tibi committe, quantum salva justitia & ratione poterimus, studiosius tibi curabimus, author Deo, conservare, sicut illi quem in facto ecclesiæ constantem reperimus & fortissimum propugnatorem.

Ad hæc fraternitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus te in Cantuariensem ecclesiam recipias, & paucis quidem retentis admodum necessariis, ad minus quam poteris per terram illam discurras. Illud autem specialiter suggerimus tuæ providentiæ, ut nullius timoris vel deceptionis obtentu, quæ tibi posti accidere, juri & dignitati ecclesiæ tuæ abrenunciare cogaris. Data Senonis septimo Kal. Novembris.

EPIST. THOMÆ ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS.

AD ALEXANDRUM PAPAM.

Respondet superiori.

LITTERÆ consolationis, quas veltra nobis dignata est paternitas destinare, magnum quidem

dem medicinæ anxiato afferre possent remedium: A aut si faltem noltra circa unum aliquid figeretur angultia, ipsem nonnullam reipirandi possemus ex eis concipere. At quoniam de die in diem malitia invalescit, multiplicatur injuriæ non noltræ, sed Christi: immo quis Christi, eo magis noltræ: fuge cedentibus sibi invicem more ltudiorum procellis, solum nobis videmus imminere naufragium; nec aliud conlilium superesse, nisi ut Christum quali dormientem in navi pro viribus noltris excitantes, dicamus: *Domine, salva nos, perimus*. Et hoc sane aptiorem malignandi occta eli iniquitas occalionem, quod ltatum sanctæ Romanæ ecclesiæ infirmiorem conspicit. Ut vero liqueat quod quidquid in cujus, sive bonum, sive malum, sive dulce, sive amarum desluit, per barbam defcendens, nec oram B vestimenti reliquum intaltam: eripitur sive Christo quod sanguine suo comparavit, in ipsum ejus fortem potestas ltecularis manum extendit, adeo ut nec sanctorum patrum sanctiones, nec ltatuta canonum, quorum apud nos etiam nomen exolum eli, nec clericis quidem patrimonii valeant modo, qui ab hac jurisdictione, speciali privilegio fuerunt exempti. Ex quorum enarrare vel perlequi scripto quæ nimiæ longum oller & tædiolum, ad veltrum nutrimus paternitatem magistrum Henricum fidelem & familiarem veltrum & noltrum, in cujus ore posluimus singula seritum, prout vidit, & audivit, vobis exponendi. Et si placet, credite, tanquam ti nos loquentes audiretis viva voce. Hoc tamen scia- C tis, quoniam si fieri potlet, multo libentius vos in persona veltra noltra quam in alia. Loqui- mur vobis ficut patri & domino, & quod dicimus, semmo silentio petimus occultari. Nihil enim nobis tutum eli, cum omnis fere referantur ad regem quæ nobis in cavelis vel in aure dicuntur. Væ mobis qui in hoc fervati sumus tempora, quorum diebus accellerunt hæc mala, qui in priori ltatu tanta potiti fuimus libertate, quam modo dura & pellilera fervitute recompenlamus. Fugilemus faltem, ne in directionem patrimonium crucifixi dari videremus: fed quo, nili ad eum qui noltrum refugium & virtus eli, ignoramus. De Wallenlibus & Oxonio, qui le principem nominat, domine providentia, quia dominus tex luper hoc maxime autous eli, D & indigutor. Cariflime pater & domine, bene valete.

VI. AD THOMAM CANTUARIENSEM & reliquos Angliæ episcopos.

Eos monet ne quid regi indulgeant contra libertatem ecclesiasticam.

AD hoc pontificalis officii onus luscipisse noscimini, ut commissas vobis ecclesias sic ad honorem Dei, & subditorum profectum atque salutem regatis, quod earumdem ecclesiarum libertas per vos nullatenus minuatur, sed in suo ltatu per ltudium veltrum & per operam conlervetur. Inde liquidem eli, quod fraternitati veltræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, & in virtute obedientiæ injungimus, quatenus, si illustris Anglorum rex quidquam a vobis aliquo tempore requisierit, quod contra ecclesiasticam libertatem exillat, hoc ei facere nullatenus attentetis. Nec vos in aliquo, & maxime contra Romanam ecclesiam, obligetis: aut novæ promissionis seu juramenti formam inducere præsumatis, præter id quod episcopi suis regibus facere conlueverunt. Si autem jam dicto regi luper hujusmodi vos in aliquo adstrictos cognoleritis, quod promissitis nullatenus observetis, sed hoc potius revocare curetis, & de promissione illicita Deo ltudeatis & ecclesiæ reconciliari.

VII. AD THOMAM CANTUARIENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Eum a juramento de confuetudinibus Anglicanis, de quibus infra in Clarendonentli concilio, immunitati ecclesiasticæ repugnantibus, observandis absolvit.

Alexander episcopus servus servorum Dei, &c.

AD aures noltras fraternitas tua noverit esle perlatum, *&c. Extat in actis Clarendonensis concilii anno* MCLXIV.

VIII. AD EUMDEM.

De muhere legationis apostolicæ, Cantuariensi concedi solito, Eboracensi episcopo ad intimidam regiatine prejudicio Cantuariensis concesso.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Thomæ Cantuariensi archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

ETSI pro animi tui prudentia & fidei ltuerintate perlpectum tuam uberiori dilectione caritatis & fragrantiori defiderio velimus lemper diligere, & honori & exaltationi tuæ ficut cariflimi fratris noltri ardentius animo aspirare: nos tamen & veltrum, qui magna columna es ecclesiæ, cautius conventi temporum qualitatem attendere, & provida dilpenlationis moderatione motum principis delirare. Novit liquidem industria tua, cui Divina dilpenlatio magnæ prudentiæ & gratiæ donum indidit, quoniam *interventem* dilpolitionem circa regni lui gubernationem cariflimus in Christo filius noster Henricus illustris rex Anglorum defendat, & eamdem velit dilpolitionem, ut firmior habeatur, & habeat majorem favorem, authoritate Romanæ ecclesiæ munitam. Unde cum olim per veltras nobiles fratrem Lexoviensem episcopum, & dilectum filium noltrum Pictavensem archidiaconum, a nobis & fratribus noltris inltantius postulatos, legationem totius Angliæ Eboracenli archiepiscopo indulgeri, & tam tibi quam universis episcopis mandari regaltet, ut antiquas regni lui conluetudines & diginitates conlervarentis, nobis ipse recusavit præter suam authoritatem moderantibus, ltatim post reditum nuncium luorum, vix audito quod a nobis reportaverant, delectos filios noltros Gaufredum archidiaconum luum, & magistrum Joannem, ad noltram præsentiam delltinavit, & per eos quod prius petierat, & amaritra, a nobis inltantissime postulavit. Et si tui dilederio facilimo animum præberemus, fraternitatis tuæ, prædicti episcopi Eboracenlis ad nos litteras impetravit.

Quod enim de antiquis & approbatis & diginitatibus conlervandis prius mandari rogaverat, nuper, ficut te & alii observare promiseratis, ea cum multa instantia petiit authoritate apostolica: fedis fidi & fuæ poltestis confirmari. Sed non petitionem ltam nequaquam admilimus: verumtamen, ne ad nimiam amaritudinem & vehementiorem animi turbationem eum circa nos & tcipsum provocaremus, ne etiam id conlideratione tui paturæ tur quomodolibet impediri, nos tibi & nobis (ne forte in majorem calorem irxundię adversus te exarderet) conlultus providere voluimus, & personas tempora periculosa, legationis litteras prælato archiepiscopo concedimus eidem regi concel- D

simus. Quoniam vero votis principum condescendum est, & sine contemperandum voluntati: prudentiam tuam monemus, consulimus, & omnimodis exhortamur, quatenus sicut vir providus & discretus necessitatem temporis metiens, & quæ inde tibi & ecclesiæ tuæ possint provenire perversa, fideli meditatione attendens, præmonito regi in omnibus & per omnia, salva honestate ecclesiastici ordinis, debere fatagas, & ejus tibi gratiam & amorem inesse tuæ recuperare intendas: ne fecus faciendo, cum contra te & nolentis plus conturbes, & hi, qui non eodem spiritu ambulant, tibi & nobis valeant propter hoc insultare. Nos enim, data nobis opportunitate, de honore & augmento tuo cum eodem rege diligenter ac sollicite conferemus: & circa conservanda jura & dignitates ecclesiæ tuæ, necessariam diligentiam adhibebimus & cautelam, quam convenit adhiberi. Datum Senonis 111. Nonas Martii.

IX. AD EUMDEM.

Eum angustiis pressum consolatur.

Alexander servus servorum Dei, dilectofratri Thomæ Cantuariensi archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

QUONIAM die mali sunt, & multa sunt pro qualitate temporis tolerabilia, discretionem tuam rogamus, monemus, consulimus, & laudemus, ut in omnibus tuis & ecclesiæ agendis te cautum, providum & circumspectum exhibeas, & nihil propere vel præcipitanter, sed mature & graviter, facias, ad gratiam & benevolentiam illustris regis Angliorum recuperandam, quantum salva libertate ecclesiæ & honestate officii tui fieri poterit, & enitaris modis omnibus & labores, ut usque ad proximum pascha eumdem regem sustineas; ita quod nihil in eum vel terram ipsius usque ad prescriptum tempus fiedeas exercere. Tunc enim tibi minus dabit tempora meliora, & tam tu quam nos utius potestimus in facto ipso procedere.

X. AD HENRICUM REGEM ANGLIÆ.

De immunitate ecclesiastica non violanda: & clericis ad tribunal seculare non trahendis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Henrico illustri Anglorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

ETsi circa nos & matrem tuam ecclesiam sacrosanctam filialis in te devotio aliquatenus videatur tepuisse: patremur tamen affectum circa tuum regnum tuæ gubernationi commissum, nullo tempore deferuisse. Tua ergo serenitas, quod amici verbera potiora, quam inimici oscula existant, diligenter advertens, considerez studiosius & attendas, quod ficut clericis a viris sæcularibus vitis & habitu distinguuntur: ita & judicia clericorum a laicorum judiciis diversi, & penitus componebantur. Quare si eo ordine, quem non decet pervertas, & quæ Jesu Christi sunt tuæ potestati usurpans, novas leges ad ecclesiarum oppressionem & Christi pauperum pro tuo beneplacito condas, confestim dines etiam, quas avitas vocas, inducas: tu ipse procul dubio in extremo examine, quod effugere non poteris, modo consimili judicaberis, & eadem mensura, qua mensus fueris, remetiemur tibi. Verum ne commonitiones nostræ auribus excellentiæ tuæ tædiosæ vel asperæ videantur, scriptum recolligat: *Quod filium, quem pater diligit, corripit*: pro certo cognoscens, quod quanto perfectionem tuam ardentiori caritate in Domino, diligimus, & sinceriissime tuæ devotionis insignia nobis & ecclesiæ Dei multipliciter & magnifice olim exhibita ad memoriam fimpius & fludiosius revocamus; tanto hæc cognitiali tuæ, spiritualem tibi & æternam salutem votivis cordis affectibus exoptantes, libentius intimamus.

Si enim te in aliquo judicium futurum deterret, quæ præmium in æterna requie corona delectat: veritatem, quæ Deus est, & justitiam colere, jus suum unicuique tribuere, negotia ecclesiastica, & præsertim criminalia, quæ de lapsone fidei vel ordinis emergunt, canonice, & aliter super rebus, possessionibus ecclesiarum, personis ecclesiasticis tractanda relinquere, regnum & sacerdotium non confundere, non adeo terrenum tuum decorem, quam etiam expediret. Si autem universa, quæ in vobis tuos per hujusmodi ingratiaz de bonis ecclesiasticis convertantur, in refectionem pauperum, vel alitis pietatis opus huc usque teres: obliquum non magis Deo gratum efficeres, quam si altari quolibet discoopertio, aliud cooperires: aut si Petrum crucifigeres, ut Paulum a mortis periculo liberares. Recolere liquidem debes, & oculis ad hujus rei exemplum habere, qualiter rex Saul, quia devicto Amalec, prædam contra Divinum præceptum reservare voluebat, cum se ad excusationem hui; hæc reservare velle dixisset, ut Deo sacrificium fieri posset, & enitaris modis omnibus & labores, ut usque ad proximum pascha eumdem regem sustineas; ita quod nihil in eum vel terram ipsius usque ad prescriptum tempus fiedeas exercere. Tunc enim tibi minus dabit tempora meliora, & tam tu quam nos utius potestimus in facto ipso procedere.

XI. AD THOMAM ARCHIEPISCOPUM Cantuariensem.

Significat eum non teneri damnatione conciliabuli apud Northamtonam celebrati.

Alexander papa Thomæ Cantuariensi archiepiscopo.

QUOD minor majorem judicare non possit, &c. *Extat infra in actis dicti concilabuli anno* MCLXIV.

XII.

XII. AD GILIBERTUM EPISCOPUM Londoniensem.

Mandat illi ut pergat Henricum Angliæ regem monere ad devotionem Romanæ ecclesiæ exhibendam, ejusque jura tuendum, & Thomam Cantuariensem in favorem & gratiam recipiendum.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gilberto Londoniensi episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

QUOD circa ea, quæ tuæ injunximus fraternitati, efficax studium & diligentiam impendisti, & carissimum in Christo filium nostrum Henricum illustrem regem Angliæ, super incremento & exaltatione ecclesiæ, se nostra, fideliter solicitare ac commonere curasti, gratum commodius & acceptum habemus, & tibi eximie gratias uberrimas exolventes, solicitudinis tuæ prudentiam magnalis super hoc laudibus in Domino commendamus. Quoniam vero eumdem regem, tanquam filium carissimum, & inclitum principem, arctiori caritate diligimus: idcirco per te, & per venerabiles fratres nostros, Rotomagensem archiepiscopum, & Herefordensem episcopum, nec non per carissimam filiam nostram in Christo illustrem quondam Romanorum imperatricem, matrem ejus, sæpe ac sæpe ipsum solicitandum duximus, & ad devitæ devotionem multimodis provocandum. Gaudemus autem, & exultamus in Domino super eo devotione ejusdem regis, quam tuis literis nobis significasti.

Ceterum, quoniam cum volumus devotum esle ecclesiæ Dei, & nobis, sicut ab ipso principio, constanter exilere: rogamus fraternitatem tuam, monemus, atque mandamus, quatenus ipsum fcilicet ac diligenter sæpe & sæpius per te & alios commoneas, horteris, admonites, & inducas, ut ad ejusdem ecclesiæ honorem pariter & exaltationem solito modo intendat, & eadem ipsius ftenue fovere, & manutenere, atque defendere: ecclesiæ vero, & ecclesiasticas personas diligat, & honoret, & eorum jura conservet. Venerabilem quoque fratrem nostrum Cantuariensem archiepiscopum in amorem & gratiam eum reducas. Nec enim, ficam, quam incepit, erroo Petro & nobis reverentiam exhibuerit & honorem, quam fervenli affectione diligimus, & sal honorem [illegible] nem ipsius, & conservationem regni ipsi commissi, modis omnibus, prout decuerit, intendemus, Malumus enim ipsum in patientia & manfuetudine vincere, quam cum aliquo modo gravare, quamdiu id poterimus fustinere. Datum in Gradu Mercurii, undecimo Kalendas Septembris.

XIII. AD EUMDEM.

De Cantuariensi ecclesia.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Gilberto Londoniensi episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

MEMORIA tua non exclimus excidisse, qualiter carissimus in Christo filius vester Henricus illustris rex Anglorum multa a nobis olim petrum inflantia requisivit, ut ab Herefordensi ecclesia, cui præeminebas, de te in Londoniensem ecclesiam translationem fieri paterenur. Ut autem fas petitionis nostrum impetrarent assensum, necessitatem imminentem pariter & utilitatem pro-

Concil. Generat. Tom. XIII.

ponebat: afferens quod civitas illa quasi regia sedes existeret, & quia te religionis & discretionis virtute crederet præminere, consilio tuo, super his quæ falsi animam expedirent, & ad regni augmentum pariter & conservationem ipsi fierent, temporaliter & spiritualiter uti voletbat, & ideo magis proximum te desiderabat habere. Unde attendentes quam utiliter prudentia & religio tua falutiferum regni & populi hujus consuleret, & quanta inde valeat commoditas provenire, libenter fuis precibus acquievimus, & te concessimus in Londoniensi ecclesia pontificem. Unde quatenus benigne ejus beneplacitum & voluntatem complerimus, & tuæ pariter exaltationi intendimus & honori, tanto probitas tua circa incrementum & conservationem ecclesiæ amplius debeat enitt, & attentius circa hoc laborare, ut fructum, quem idem rex nobis proposuit, & nos fperamus, exhibitione operis & ipsi rerum experientia cognoscamus. Quomodo autem rex prædictus a devotione ecclesiæ animum avertit, & eam in multis ficut appellationibus & visitationibus vestris, communicando & etiam excommunicatis nominatim & fchismaticis, & confœderando se eis, & in eo etiam quod venerabilem fratrem nostrum Thomam Cantuariensem archiepiscopum de regno suo exire coegit, quafi perfecutus & impugnare videtur, te non credimus ignorare. Quapropter solicitudinem tuam rogamus, monemus, atque mandamus, quatenus adjunctis tibi venerabili fratre nostro R. Herefordensi episcopo, eumdem regem solicite commonens, & studiosa exhortatione inducas, ut hujus proposito prorsus recidivo, ea ne occasione excesli, ficut dignum eft, farisfaciat, a pravis actibus omnino desistat, creatorem fuum puro corde diligat, matrem fuam Romanam ecclesiam foliis venerationem reficiat, nec eam vilipendere volendo inhibeat, appellationes ad eam factas nullo modo impediat, & præditum noftrum Thomam Cantuariensem archiepiscopum ad fedem fuam benigne recipiendum & reducens, in beati Petri & noftri reverentia firmus immobilisque conflat, & ad opera mifericordiæ ac pietatis intendat: ut ille, per quem regni regnum, temporale filii tuæ gnum conservet in æternis, & fempiternum largiatur in cœlis. Et nisi ifta maturius correxerit, timendum fibi erit, ne & Deus ei pro his omnibus gravem in tractatum & ruinam in hoc debeat gravius vindicare: & non ipsi id non poterimus diutius in patientia fustinere. Nec ifta pro nobis, quantum pro eo proponimus, quia gloriam & honorem tuos affectibus exoptamus.

XIV. AD THOMAM ARCHIEPISCOPUM Cantuariensem.

Munus apostolicæ legationis ei injungit.

Alexander servus servorum Dei, dilecto fratri Thomæ archiepiscopo Cantuariensi, salutem & apostolicam benedictionem.

SACROSANCTA Romana ecclesia digniores personas, & eas maxime, quas honestate, prudentia, & literatura, & eminenciori ordine sortiri perspexerit cognoscit, amplioris confuerit caritate amplecti, gloria & honore prævenire. Attendentes itaque devotionis & fidei conflantiam, qua pro ecclesia Dei fcut columna immobilis perfiscili, honestatis, & literaturæ, ac difcretionis prudentiam, qua præminere dignosceris, nihilo minus confderantes, dignum duximus personam tuam, tantarum virtutum insignibus decoratam, quodam fpeciali privilegio & singulari prærogativa diligere &

honorare, tuque utilitati sibi solitæ benignitate pro- A
fpicere, & attentiori folicitudine providere. Inde
eſt, quod nos tibi legationem totius Angliæ, excepto epiſcopatu Eboracenſi, benigno favore conceſſimus, ut ibi vice noſtra corrigas quæ inventa corrigenda: & ad honorem Dei & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ & ſalutem animarum ſtatuas, ædifices, & plantes, quæ ſtatuenda fuerint & plantanda. Quapropter monemus fraternitatem tuam, atque mandamus, quatenus cunctis cum providentia & diſcretione, ſecundum quod Deus tibi adminiſtraverit, agas, vitia extirpare, & virtutes in vinea Domini ſtudeas conſeminare. Datum Anagniæ ſeptimo Idus Octobris.

EPISTOLA

THOMÆ ARCHIEPISCOPI CANTUARIENSIS

AD LONDONIENSEM OMNESQUE SIBI SUBDITOS ANGLIÆ EPISCOPOS.

Authoritate apoſtolica confuetudines Anglicanas damnat.

Thomas Dei gratia Cantuarienſis eccleſiæ miniſter humilis venerabiliſſimo fratrifuo ſuffraganeo Londonienſi, ceteriſque cunctis Cantiæ provinciæ epiſcopis, ſe tranſire per bona temporalia, ut non amittant æterna.

FRATRES mei dilectiſſimi, quare non conſurgitis mihi adverſantes miſeriæ? & quid non ſtatis mecum adverſus opprobria inſipientum? An ignoratis, quoniam *diſſipabit Dominus oſſa eorum qui hominibus placent? Confundentur, quoniam Dominus ſpernit eos.* Satis novit diſcretio veſtra, quoniam error cui non reſiſtitur approbatur; & veritas, cum minime defenditur, opprimitur: vituperatur, teſte Gregorio, conſentire errantis, qui ad refecanda quæ corrigi debent non occurrit. Indo eſt quod dominum regem Angliæ ſatis ſuperque luſtinuimus: nec ullum ex eo luſtinentiæ noſtræ meritum eſt eccleſiæ Dei compendium. Periculoſum & intoleſtabile de cetero nobis videtur eſt, tantos illius officialiumque ſuorum circa eccleſiam Dei & eccleſiaſticas perſonas exceſſus ut baſtenus impunitos relinquere: præſertim cum ſæpiſſime nuncis & literis, modiſque aliis, prout decuit, ſtuduerimus eum a nefario propoſito ſuo revocare. Et quoniam *vitia* non ſunt *remedia* ſanus, nullatenus tamen exandiri: ſcripturarum in quo illa non conſuetudines, ſed pravitates ſint, quibus perturbatur & confunditur Anglicana eccleſia, demonſtrentur, ipſiuſque ſcripti authoritatem, invocata Spiritus ſanctiſ gratia, publice condemnavimus, & coſſavimus: univerſos etiam obſervatores, exactores, conſiliatores, adjutores, ſeu defenſores eatum excommunicativimus: omnibus vos epiſcopos a promiſſione, qua contra conſtitutionem eccleſiaſticam ad earum obſervationem tenebamini, authoritate Dei & noſtra abſolvimus.

Quis enim dubitat ſacerdotes Chriſti, regum & principum, & omnium fidelium patres & magiſtros eſſe? Nonne miſerabilis inſanias eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum ibi contemnat ſubjugare, & iniquos obligationibus illum potentiæ ſuæ ſubjicere, a quo credit ſe non ſolum in terra, ſed & in cœlis ligari poſſe & ſolvi? Proinde ne in hujus ſententiæ commiſſum incidatis, authoritatem ipſius ſcripti, ipſumque ſcriptum tum pravitatibus quæ in eo continentur, irritum duximus & caſſavimus, præſertim in his: B

1. Quod non appellatur ad ſedem apoſtolicam ſuper aliqua cauſa, niſi licentia regis.

2. Quod non licet archiepiſcopo vel epiſcopo exire de regno, & venire ad vocationem domini papæ ſine licentia domini regis.

3. Quod non licet epiſcopo excommunicare aliquem, qui tenet de rege in capite, ſine licentia regis, vel rerum ipſius, vel officialium ſuorum, ſub interdicto ponere.

4. Quod non licet epiſcopo coercere aliquem de perjurio vel fide læſa.

5. Quod clerici teneantur ad ſæcularia judicia.

6. Quod laici, ſive rei, ſive alii, trahant cauſas de eccleſiis, vel decimis, & alia in hunc modum.

Denunciavimus etiam excommunicatos, & ex nomine excommunicavimus Joannem de Oxenford, qui in hæreſim damnatam incidit, præſtando juramentum ſchiſmaticis, quo ſchiſma jam ſere emortuum in Alemannia revixit, communicando illi nominatiſſimo ſchiſmatico Reginaldo Coloniæ archiepiſcopo. Et quia contra mandatum domini papæ & noſtrum, decanatum Sareſberienſi eccleſiæ ſibi uſurpavit, quod quidem factum tum juri contrarium, tum eccleſiæ Dei exemplo pernicioſum, penitus caſſavimus, & reddidimus irritum: præcipiendo epiſcopo Sareſberienſi & capitulo in virtute obedientiæ, & in periculo ordinis ſui, ne de cetero vitis literis noſtris, ex eo facto quem decanum habeant.

Similiter Richardum de ♦ Ibelis denunciavimus excommunicatum, & excommunicavimus, ex eo quod in eumdem hæreſim damnatam incidebat, communicando cum Reginaldo Colonienſi ſchiſmatico, machinando etiam & fabricando omnia mala cum ſchiſmaticis & Teutonicis illis in perniciem Dei & eccleſiæ, & præſertim eccleſiæ Romanæ, ex pactis conventis inter dominum regem & ipſos.

Excommunicavimus etiam Richardum de Luci, & Joceli[illegible] de Baillis, qui pravitatum illarum auctores & fabricatores exiſtebant: Ranulph[illegible] etiam de Broc, qui bona eccleſiæ Cantuarienſis, quæ alimenta de jure ſunt pauperum, occupavit & detinet, homineſque noſtros tam eccleſiaſticos quam laicos cepit, & in captione tenet. Hugonem quoque de Sanctis Clares, & Thomam filium Bernardi, qui ejuſdem quoque eccleſiæ Cantuarienſis bona & poſſeſſiones absque noſtra conventione everterunt, & temerario preſumptuoſique etiam qui de cetero in poſſeſſionibus bona eccleſiæ Cantuarienſis contra noſtrum & conſenſum manus violentas extendent, eadem excommunicationis ſententia innodavimus.

XV. AD THOMAM ARCHIEPISCOPUM Cantuarienſem.

Sententiam contra Anglicanas conſuetudines & earum defenſores latam confirmat.

Alexander ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Cantuarienſi archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

EX literis tuis ſumpridem & certa multorum relatione cognovimus, quod tu in Jocelitum Sareſberienſem epiſcopum, quoniam tibi inobediens fuit, interdicti ſententiam protuliſti. Ipſe vero licet ſuper hoc ad noſtram audientiam appellaſſet, & Dominicum, qua cantatur, Ego ſum paſtor bonus, proxime tunc venturam, appellationi fine terminum præfixiſſet: eodem tamen die venit, nec ad nos aliquem pro ſe reſponſalem tranſmiſit. Quo-

Quocirca nos cum in contumacia & rebellione A
tua contra te ſatere nolentes, ſententiam quam in eum propter hoc tuleris, authore Domino, ratam & firmam habebimus, & totam cauſam cum tuę diſcretionis arbitrio duximus relinquendam: quod inde canonice feceris, ratum, ceſſante appellatiſnis obſtaculo, habituri.

XVI. AD EUMDEM.

De confuetudinibus Anglicanis a ſe confirmati petitis.

Alexander epiſcopus Cantuarienſis archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

NOVIT induſtria tua, quam ſerventem diſpoſitionem circa regni ſui gubernationem cantiſſimus in Chriſto filius noſter Henricus, illuſtris rex Angliorum impendat, & eandem ut firmior habeatur, vult authoritate Romanæ eccleſiæ roborari: petens ut antiquas regni ſui conſuetudines, & dignitates conſervemus illeſas. Item cum legationis officium totius Angliæ poſtulaſſet inſtantius Eboracenſi archiepiſcopio indulgeri, penſantes tempora præſentia, legationis literas prefato archiepiſcopo concedendo eatenus regi conſeſſimus: ſicut ante quam inclinaremur ad conſenſum, nuncii ejus nobis in verbo veritatis promiſerunt, & ſuper hoc literamentum obtulerunt, quod nunquam ipſe voluntate vellita litteræ Eboracenſi archiepiſcopo redderentur. C

XVII. AD OMNES EPISCOPOS ANGLIÆ.

Ejuſdem argumenti.

Alexander ſervus ſervorum Dei, omnibus epiſcopis Angliæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUAMQUAM ex injuncto nobis officio, de univerſorum jure in ſua integritate ſervando, curam tenemur & ſolicitudinem gerere, ad illorum juſtitias, qui in parte ſolicitudinis nobis commiſſæ a Domino ſunt vocati quanto in gradu ſublimiori exiſtunt, tanto frequentius retorquere debemus, & ſuper his majorem diligentiam & curam propoſſumus habere. Hac ſuaſionem conſideratione inducti, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta precipiendo mandamus, & in virtutem obedientiæ jungimus, quatenus ſuper his, quæ ad eccleſiam Cantuarienſis jura, dignitates, ſui eidem libertatem pertinere noſcuntur, vos fine conſenſu & aſſenſu venerabilis fratris noſtri Thomæ ejuſdem eccleſiæ archiepiſcopi intromittere nullatenus preſumatis, nec occaſione appellationis, quam contra eum ad nos ſcriſis, id aliquatenus attenteris. Quod ſi aliqui veſtrum contra hoc præceptum noſtrum quoliber auſu venire preſumpſerit contrarie præceptis. E Datum Laterani, quinto Kal. Februarii.

XVIII. AD THOMAM CANTUARIENSEM ARCHIEPISCOPUM.

De legatione in Angliam miſſa.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Thomæ Cantuarienſi archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUOD perſonam tuam litteris noſtris non ſepius viſitamus, inde provenire cognoſcas, *Concil. General.* Tom. XIII.

quod per nuncios tuos ea quæ ſtudiouſ duximus ſcripta communicare, ea quitinus tuę vices non omnino frequentius intimare. Nunc autem ad tuę diſcretionis noſtrum volumus pervenire, quod nos patem tuam votivis cordis affectibus exoptantes, dilectos filios noſtros, Willelmum titulli ſanctiſ Petri ad vincula presbyterum, Oddonem ſanctiſ Nicolai in carcere Tulliano diaconum, cardinales, ad eaſtimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Anglorum regem, ut legatine in terra ſua eſtimarta fungantur, tranſmiſimus: & ſpecialiter, ut interte & eumdem regem concordiam & pacem reforment, cooperante Domino amicabiles faciant compoſitiones. Unde quoniam nos pacem tuam & eccleſiæ omnimodo unam reputamus, nec magis, aſſe quis ipſius majorem eccleſiæ univerſali collaturam credimus utilitatem, optamus: fraternitatem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, monemus, conſulimus, & mandamus, quatenus, quam primum ad partes eaſtis tempus tuis exiſtat, & quantum eccleſia tibi commiſſa præſentia & conſilio tuo indigeat, conſideres diligentius & attentius, ad pacem & concordiam inter te & memoratum regem fundandam, quantumcumque ſalva tua & eccleſiæ honeſtate fieri poſſit, animum & voluntatem tuam inclines.

Et ideſtu in his non omnia ſecundum beneplacitum tuum ſuccedant: ad præfecos diſſimules, quæ corrigenda fuerint, ad ſtatum priſtinum, proſectu temporis, authore Domino, reducturus. Nec pro verbo, quod nos in Chriſto cariſſimo filio noſtro illuſtri Francorum regi ſecundum petitionem tuam ſignificavimus, te a pace & concordia bono quoquo modo retardes, aut ab his animum & voluntatem tuam averras: dummodo in conventione tuam & eccleſiæ, ſicut diximus, honeſtatem vatris conſervare. Quapropter multa poterris in poſterum paulatim habitis diſcretione avellere, quæ ſi modo exprimeres, viderentur aliquid magni continere. Verum in jam dictos cardinales potes omnino confidere, nec de memorato Willelmo poterte te quomodolibet dubitare: quoniam nos ei, ut ad pacem tuam viribus totis intendeat, firmiter & diſtincte injunximus: & iple tantum nobis promiſit, quod nos inde nullatenus dubitaremus.

De cetero fraternitatem tuam rogamus, atque monemus, ut dilectum filium nobilem virum comitem Flandrenſem ex parte noſtra diligenter conveniat, & inſtantius exhortetur ut noſtra & eccleſiæ neceſſitates ſuſcipiat, nobiſ in ſuiquo libertatem ſtudeat ſubvenire. Non enim credimus quod acceptionem Deo clemonſ nam poſſit facere, quam ſi nobis ad præſens ad tuendam eccleſiam libertatem digne ſubventionis ſolatium ſtuagat exhibere.

XIX. AD HENRICUM REGEM ANGLIÆ.

Ejuſdem argumenti.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio ſtrenuo illuſtri Anglorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

MAgnificentiæ tuæ petitionibus gratanter admiſſis, & voluntati tuæ in omnibus, quantum cum Deo & juſtitia poſſumus, ſatisfacere cupientes, & tibi, & honori tuo deferre: dilectos filios noſtros, Willelmum titulli ſancti Petri ad vincula presbyterum, & Oddonem ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum, cardinales, viros ſiquidem literatos, diſcretos patrices, & honeſtos,

& magnum in ecclesia Dei locum habentes, & tibi & regno tuo devotos, quos nos inter alios fratres nostros caros admodum unice prosequi tenemur, cum plenitudine potestatis, causas, quas tibi in aliis literis exprimimus, & alias quas expedire viderint, cognoscendi, in terram tuam cismarinam excellentiæ tuæ per legatos duximus destinandos: quibus vices nostras in omnibus ita plene commissimus exequendas, sicut ille, vel alius apostolicæ sedis legatus, cæteris ecclesia Romana commitere consueverit. Easpropter fraternitatem tuam per apostolica scripta rogamus, monemus & exhortamur in Domino, quatenus ipsos, tuos tantos viros & apostolicæ sedis legatos, honorifice & benigne recipias, & manutenere, prout congruit regio honori, pertractes, ut antiquam devotionem tuam in filius suis sancta Romana ecclesia recognoscat & excellentiæ tuæ ad sori certæ tue gubernationi commissæ, incrementum inde non mediocre valeat, cooperante Domino, provenire. Ea vero, quæ sublimitati tuæ ex parte nostra proponent, ita graviter admittas, & prompto animo acquiescas, quod exeminus in hiis & ecclesia sua dignis præventatur honoribus, & tu ipse, ac universa terra tuæ gubernationi commissa, fructum inde multiplicem, & a Deo præmium, & coram hominibus laudem & gloriam, fuscipere valeas. Hoc vero transcripturn nulli mortalium reveles, nisi foli magistro Gunterio, quia fidem meam super hoc magistro Galtero ita stricte, ut soluit, dedi.

C

XX. AD LUDOVICUM VII. REGEM FRANCORUM.

De legatione per Franciam Thome archiepiscopo Cantuariensi commissa,

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

INTER cetera magnificentiæ tuæ & devotionis insignia, illud specialiter animum nostrum vehementer accendit: quod venerabilem fratrem nostrum Thomam archiepiscopum Cantuariensem, virum liquidem religionis, discretum pariter & honestum, & nobis & universe ecclesie Dei caram omnimodis & acceptum, & toc & tantis honoribus prevenisti, & ei tam ample & tam magnifice humanitatis & benevolentie regia munificentia dignatus es largius erogare. Super quo utique fraternitati tue quantas & quam ellimis gratias exhibemus, & clementiam tuam existimus in Domino laudibus commendamus: id ipsum, cui hec potius in persona illius facta fuit, gratissimum, ita nobis acceptum putantes, tanquam si hoc persone nostre specialiter impendisses. Et quoniam ejusdem archiepiscopi pacem toto cordis affectibus exoptamus: dilectos filios nostros Willelmum tiuari sancti Petri ad vincula, & Oddonem sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum, cardinalem, ad carissimum in Christo filium nostrum Henricum illustrem Anglorum regem duximus destinandos: ut inter eumdem regem & præfatum archiepiscopum, ad utriusque honorem pariter, & perfectam concordiam & pacem, Domino cooperante, reforment: & in ipsius regis terra tranquillam causas emergentes audiant & cognoscant, & ibidem apostolicæ sedis legationc fungantur.

Exproprer magnificentiam tuam per apostolica scripta rogando monemus, & exhortamur in Domino, quatenus pro ecclesie Dei reverentia, & honore beati Petri, & nostro, quod jam dictum A regem & archiepiscopum partes tuas efficaciter interponas, & fludiosius elabores, quod ad honorem Dei & ecclesie, & sui etiam commodum & augmentum, amicabiliter inter fe & pacifice conveniant: & ad hoc animos & voluntates tuas, falva ipsius archiepiscopi & ecclesie honestate, omnimodis inclinent. Quod si per fludium jam dictorum cardinalium, & laborem & operam tuam, pax inter eos & concordia potuerit reformari: ecclesia, que tuo poft Deum eft fpecialiter adjutorio fulta & munita, non modicum incipiet incrementum: & tu ab omnipotente Deo in illis felicireributione juftorum fpeciale propter hoc premium obtinebis. Si autem (quod Deus vertat) convenire non poffint, dummodo regie voluntati fedet & beneplacito tuo, nobis per omnem modum compatceret, & gratum valde exifteret & acceptum, quod, fi ufque quo fraternitatem tuam regni tui fieri poffet, nos prenominatum archiepiscopum fpecialis honoris prerogativa inter ceteros donaremus, & fibi vices noftras committeremus in illis partibus exequendas. Unde fereniratem tuam quanta poffumus prece rogamus, ut fi paceo, falva honeftate tua, & ecclefie, quod omnimodis optatemus, habere non poffit: nobis fuper his voluntatem tuam & omni celeritate fludeas intimare. Et hoc interim habeas omnino fecretum.

XXI. AD WILLELMUM ET ODDONEM LEGATOS.

Ut pro bono ecclefie reges Francorum & Anglie concordentur, & in Anglia de ftatu regni & ecclefiæ fine fcitu Thome Cantuarienfis nihil agant.

Alexander epifcopus fervus fervorum Dei, dilectis filiis Willelmo fancti Petri ad vincula prefbytero, & Oddoni fancti Nicolai in carcere Tulliano diacono, cardinalibus, & apoftolice fedis legatis, falutem & apoftolicam benedictionem.

QUANTA univerfe Dei ecclefie, & præfertim Romane & Orientali, detrimenta & incommoda ex difcordia & diffenfione, que inter carifimos in Chrifto filios noftros illuftres Francorum & Anglorum reges per humani generis contigit inimicum, oportuerit evenire, noftrum decet & follicitudinem advertere, & tanto diligentius ad ea extinguenda intendere, quanto evinde majora (quod Deus avertat) periculaformidamus. Quocirca dilectionem veftram per apoftolica fcripta monemus, mandamus, atque præcipimus, quatenus ad pacem inter eos & concordiam reformandam modis & temporibus per vos & per alios religiofos & difcretos viros utriufque regni interpofitis, & ad hoc tota diligentia & totis viribus laboretis: nobis omnimodis præcaventes, ne ad petitionem vel favorem unius aliquid ftatuatis, unde alter merito lateri debeat, aut quoquomodo turbari. Ad hæc vobis diftrictius prohibemus, ne uterque veftrum, vel alter, regnum Anglorum intrare, vel de negotiis ipsiulem regni tractare, & præterea follicitudinem veftram fpecialiter admonemus, quatenus ad ordinem veftrum & præfatum archiepiscopum, ad utriufque honorem pariter, & perfectam concordiam & pacem, Domino cooperante, reforment: & in ipsius regis terra tranquillas causas emergentes audiant & cognoscant, & ibidem apoftolicæ fedis legatione fungantur.

Exproprer magnificentiam tuam per apoftolica fcripta rogando monemus, & exhortamur in Domino, quatenus pro ecclefie Dei reverentia, & honore beati Petri, & noftro, quod jam dictum

que Joannes Sarefberienfis decanus a nobis rediens A in partibus illis dicitur diffeminaffe. Datum Beneventi, undecimo Kalendas Septembris.

XXII. AD EOSDEM.

Significat nihil jurium adempturum effe Thome Cantuarienfi archiepifcopo.

Alexander epifcopus fervus fervorum Dei, dilectis filiis Willelmo fancti Petri ad vincula prefbytero, & Oddoni fancti Nicolai in carcere Tulliano diacono, cardinalibus, & apoftolice fedis legatis, falutem & apoftolicam benedictionem.

POST difceffum veftrum graves ad nos rumores pervenerunt, quod fcilicet inter illuftres filium noftrum Joannem Sarefberienfem decanum publice propofuiffe, quod cum epifcopos, & alias perfonas eccleliaflicas, & feculares de regno Anglorum, a jurifdictione & poteftate venerabilis fratris noftri Thome Cantuarienfis archiepifcopi exemerimus, juxta beneplacitum & voluntatem regis Anglorum, ad quos hujufmodi negotium & ordinationem interdeerunt, & vos pro hac re fpecialiter mittere debueremus. Aliud quoque nobis inftanter eft, quod Joannes Cumin de Oxeneford omnia referre literarum noftrarum, quas a nobis obtinuit, Guidoni Cremenfi antiquæ monftravit, e ipfi fecreta noftra detexit. Unde idem archiepifcopum erubefcentia & dolore confundimur, & carifimus in Chriflo filius noffer Ludovicus illuftris rex Francie, & principes ejus, non parum fine de ejufmodi rumoribus contriftati, & vehementius commoti. Licet autem a pluribus nobis proponatur, & quodammodo credibile videatur, quod prædictus Joannes pro honore & exaltatione prædicti archiepifcopi & ecclefie fue, & pro libertate ecclefiæ, tantum & ita fideliter laboraverit, quod fludio & follicitudine fua, poftquam ad propria redifit, viros ecclefiaflicos, qui regia capitione detinebantur, ab ergaftulo carceris fecerit liberari: & etiam idem Joannes per litteras fuas nobis fignificaverit, regem publice cum multis dixiffe, fe velle clericis fua retinere libertates, quam habebant tempore Henrici avi fui, fervare: quia tamen hujufmodi fama, ufque adeo crevit, quod in partibus illis opinionem noftram finiftra fuerat affumtione concipi, diferetionem noftram monemus, atque mandamus, quatenus confulto per literras veftras prædictum archiepifcopum confolari curetis, & omnem ab eo rem ejus amotionem & fufpicionem tollentes, eum cum prædicto rege in pluribus reconciliare, & plenam inter eos pacem componcre omnimodis intendatis, & quanta poteritis ad hoc fidelitate & diligentia elaboretis: ita quod fibi & ecclefiæ fue antiqua jura & libertates integre & illibate fervetis. Nec in terra ipsius regis aliquid quod magnum fit factatis, & in regnum ejus fi vos intrare vellettis, nulla ratio- E ne intretis, nifi archiepifcopus fibi primitus integre reconcilietur. Quia fuper his nobis & vobis detrahetur: & fimiliter & communia vos omnium honeftatem veftram finiftris detractionibus laceraret. De Joanne vero Cumin fi ita effe inveneritis, diftrictam juftitiam faciatis, ita quod alii debeant a fimilibus deterreri. Volumus autem, ut in omnibus actibus & operationibus veftris circumfpecte & mature & provide vos habeatis: ita quod adverfus vos nulla poffit detractionis materia fubrogari, & devotio utriufque regni per ftudium & converfationem veftram circa

nos & eccleſiam debeat inceſſanter augeri, & vobis eximde perpetua valeat laus & gloria comparari. Datum Laterani, Nonis Maji.

XXIII. AD THOMAM ARCHIEPISCOPUM Cantuarienſem.

Regem humiliatæ vinci conſulit.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto fratri Thomæ Cantuarienſi archiepiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

ETSI adverſitatum & laborum anguſtiæ tibi acrius incumbere & invaſiſſere videantur B plurima tamen ſanctorum patrum tibi exempla proponat, qui dicut tu multas adeo juſtitiæ calamitates & angufttias paſſi, immarcefcibilem cornunam & cæleſtis regni coronam meruerunt feliciter adipiſci. Quapropter rogamus prudentiam tuam, atque monemus, quatenus femper illud prz oculis habeas: *Beati, feliciter, qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam:* tuum nullis adverſis animum frangas, nec ulla tribulatione deponas, fed eum fortitudinis & conſtantiæ virtute confirmes. Licet vero juſtitiam & libertatem eccleſiæ deperire conſpexeris, cum rege Anglorum in depreſſionem & diminutionem eccleſiaſticæ dignitatis pacem reformare nullatenus modis labores. Verumtamen, quantum falvo honore officii tui & libertate eccleſiæ ſieri poterit, teipſum humilies, & ad gratiam & amorem ſuum reconciliandum modis omnibus entaris. Neque plus juſto de eo timeas, neque majores quam oporteat, fecuritates requiras: quia, ſicut creditum, et quo ſe tibi reconciliaverit, nitimete offendere, non ſe a quoquam auxerint offendi. Nos enim, ſicut tibi ſæpe viva voce ac litteris propoſuimus, te tanquam carifſimum fratrem caritate diligere volumus, & ad gratiam honoris, libertatis, & dignitatis tuæ augmentum, quantum Divina gratia conceſſerit, aſpirare.

XXIV. AD WILLELMUM ET ODDONEM LEGATOS.

Ut eos qui propter defenſionem rerum eccleſiæ per Cantuarienſem excommunicati fuerant ad ſatisfactionem debitam præſtandam compellant: quod ſi renuerint, eos iterum excommunicent.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Willelmo S. Petri ad vincula prebytero, & Oddoni S. Nicolai in carcere Tulliano diacono, cardinalibus, & apoſtolicæ ſedis legatis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

SUGGESTUM eſt nobis, quod quidam eorum, quos venerabilis frater noſter Thomas archiepiſcopus Cantuarienſis excommunicationis ſubjecerat, eccleſiæ ſuæ non ſolum non ſe clericorum ejus bona & poſſeſſiones detinere, & illidem incubare poſſe munt. Unde quoniam indignum eſt, ut bonis & poſſeſſionibus illis detentis, a vinculo debeant, quo tenentur abſolvi: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus, ſi jam, ſicut audivimus, per aliquos ſunt abſoluti, ipſis ex parte noſtra virtute juramenti firmiter injungatis, quod præſumptas poſſeſſiones & bona perſonis & eccleſiis de quarum jure exſtiunt, incontinenti relinquant, nec eas teneare, aut ſe in his de cetero intromittere, qualibet occaſione præſumptuoſe. Quod ſi ad veſtrum præceptum non fecerint, vos eos omni diſtatione & appellatione ceſſante in priorem excommunicationis

nis sententiam; usque ad satisfactionem plenariam, reducatis. Si vero a nobis fuerint absoluti, id nihilo minus, sicut prædiximus, efficiatis.

XXV. AD THOMAM ARCHIEPISCOPUM CANTUARIENSEM.

Si gaudet se Gratianum & Vivianum absegasse ad regem, petitumque ne pax ecclesiæ violet, & cum eodem Thoma reconcilietur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto fratri Thomæ Cantuariæ archiepiscopo, salutem & apostolicam benedictionem.

Illetteris regis Anglorum nuncios & litteras accepimus. Et cum a nobis per eosdem nuncios quædam magna & difficilia postulasti, & fuerunt ipsis obtinendis apud nos nuncii ejus vehementer & fortiter instantibus, animum nostrum ad voluntatem suam nequaquam flectere potuerunt. Sed ne possent haberi ullam materiam & occasionem de nostra duritia conquerendi, quod sibi nollemus in aliquo deferre: sequentes vestigia & exempla prædecessorum nostrorum, quos sanctos esse non dubitamus, prædictum regem cum omni benignitate, & modestia, & mansuetudine, a suo revocare proposito, & ejus mitigare animum, & emollire dispositum desiderantes. Fecimus, & per litteras nostras, ipsum cum omni diligentia & solicitudine districtius quam potuimus commonemus, ut tibi pacem & gratiam suam restituens, te ad ecclesiam tuam honorifice reciperet, & tam tibi, quam eidem ecclesiæ, antiqua jura, & libertates, & honores integre & illibate conferret, & te & tua cum omni pace & tranquillitate esse permitteret.

Quapropter rogamus fraternitatem tuam atque monemus, quatenus malitiam & angustiam temporis diligenter consideranz, & attendens, quomodo majores nostri tempore vehementer propter diversas malitias, ad recuperandam gratiam & antiorem statum ecclesiarum, omnibus modis quantum salvo ordine & officio tuo fieri potuit, laborent, & ejus satagas animum mitigare, & emollire, mansuetudinem, & benignitatem offendens, quod a nullo merito possit dici per te remanisse, quo minus gratiam & bonum voluntatem illius plenius deberes adipisci. Rogamus præterea prudentiam tuam, monemus, consilimus, & volumus, ut usque ad discessum nunciorum nostrorum nec in regem, nec in personas regni, aut regnum, aliquam sententiam proferas: & si forte, quod non credimus, jam protulisti, ipsam usque ad tempus illud suspendas. Hoc autem ideo dicimus, ut illi omnem conqerendi occasionem & materiam tollamus, & ejus duritiam tali modo vincamus. Si enim feceris, quod absit, contigerit: nostribus authoritatem tuam subtrahere nullatenus volumus; sed potius consevare, & auxilium & consilium nostrum diligenter conferre. Cetera vero in ore nunciorum nostrorum posuimus, quorum dictis fidem incundanter adhibeas, & eorum consiliis & exhortationibus acquiescas.

XXVI. AD HENRICUM REGEM ANGLIÆ.

Ejusdem argumenti.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Henrico illustri Anglorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

Magnificentiæ tuæ litteras, quas dobis per dilectos filios nostros, primo Reginaldum Sarebericensem, & deinde Randulphum Lavegalen, archidiaconos, viros providos & discretos, & in commisso sibi negotio studiosos attque solicitos, transmisisti, paterna benignitate susscepimus, & earum consentimus diligenter curavimus & latissime audivimus. Cum autem excellentiæ tuæ petitiones nobis tam ex ferie litterarum, quam ex nunciorum tuorum viva voce, plenius innotuissent, & nos eum tractatus nostris extitit dilatus deliberasimus: non fuit nobis visum quod aliquam earum, juxta quod rogasti, cum honestate nostra & ecclesiæ possemus effectui mancipare. Verumtamen, ut sublimitati tuæ in omnibus, quantum cum honore Dei & ecclesiæ fieri poterit, deferamus; & ne nos potius ex voluntate, quam de necessitate credas aliqua ratione fecisse: dilectos filios nostros fratrum Albadicensem & notarium nostrum, & magistrum Vivianum, viros quidem providos & discretos, & nobis ac toti ecclesiæ curos pariter & sceptos, ad regie celsitudinis præsentiam destinavimus: per quos magnificentiæ tuæ voluntatem & animum nostrum, & talia, quæ ad honorem & exaltationem tuam spectare possunt, & in ferentia tua merito placere debebunt, plenius significamus.

Quod autem (sicut ex magnificentiæ tuæ litteris intelleximus) in tantum voluntatem tuam & animum tuum in quibusdam quæstionibus regnitis nostri Thomæ Cantuariensis archiepiscopi inclinati, quod eum ob reverentiam ecclesiæ & nostram, permitteres ad propria remeare, & ecclesiam in pace tenere, dummodo quod tibi debet impendere velit: gratum admodum acceptumque tenemus, & Divinæ clementiæ, quæ hæc cordi tuo prodidit, laudis inspiravit, gratias pollicimur laudes & gratias calibemus: ferentiatem tuam attente rogantes, & tibi in dilectorum tuorum veniam injungentes, quod Deo potius quam homini in prescripto negotio deferas, & ad hoc solummodo Divinæ pietatis respectu animum tuum inclines. Super eo vero, quod magnificentiæ tuæ de nobis, & nostræ voluntatis mutatione, significatum fuisse dicebas: non oportet diferentiam potentiarum tuum omni spiritui credere, cum multi detractores, & corrolores existant, quorum dictis quibuslibet non est fides adhibenda sequentes. Nos autem voluntatem & defiderium habemus, personam tuam, sicut carissimi in Christo filii nostri, toto cordis affectu diligere, nec eam in aliquo (nisi forte, quod Deus avertat, nos ad hoc tu ipse compelleres) voluntatibus aggravare. Dat. Beneventi pridie Kal. Maji.

FRAGMENTUM EPISTOLÆ XXVII.
ALEXANDRI PAPÆ III.

AD EUMDEM,

Minatur illi conforem ecclesiasticam, nisi a sacrilegiis abstineat.

Et quidem, si ea, quæ monentes in spiritu mansuetudinis, & cum omni humilitate prædixi-

mus, effectui, sicut debet, mancipare curaveris: & tua procul dubio gloriæ & salori consules, & Deo ac nobis gratum facies enimirodi & accepitum. Alioquin, quantumcumque te sicut filium carissimum & Christianissimum principem diligere, & tum magnitudini debere velimus: manus B. Petri & nostras a tuo non peccimus gravamine continere. Et plus Deum, quam homines, sicut dignum est, meuentes, ecclesiæ jura pariter & honorem, conscisa nobis divinitus potestate integre curabimus atque inviolabiliter conservare. Datum Beneventi, septimo Idus Octobris.

XXVIII. DECRETALIS AD OMNES EPISCOPOS ANGLIÆ.

Contra invasitores & laicis usurpatos.

Ego Petrus presbyter cardinalis tituli sanctæ Susannæ.

Ego Alexander catholicæ ecclesiæ episcopus.

Ego Hubaldus Ostiensis episcopus.

Ego Hyacinthus diaconus cardinalis sanctæ Mariæ in Cosmedin.

Ego Aditio diaconus cardinalis sancti Theodori.

Ego Cynthius diaconus cardinalis sancti Hadriani.

Ego Hugo diaconus cardinalis sancti Angeli.

Datum Lateranì per manum Alberti, sanctæ Romanæ ecclesiæ presbyteri cardinalis & cancellarii, decimo tertio Kalendas Julii, Indictione undecima, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo septuagesimo nono, pontificatus vero domini Alexandri papæ III. anno decimo nono.

omnino homini liceat hanc paginam nostræ con-
firmationis infringere. Si quis autem hoc attenta-
re præsumpserit, indignationem omnipotentis
Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus,
se noverit incurrisum. Datum Tusculani decimo
quinto Kalendas Augusti.

Ego Otto notarius sacri palatii authenticum
hujus bullæ domini Alexandri papæ bullatum vidi,
& legi, & sicut in illo reperi, ita in hoc scripsi,
nihil addens, vel minuens, aut mutans, præter
punctum, literam, & syllabam.

Ego Vernerus notarius sacri palatii authenticum
hujus bullæ vidi, & legi, & fabricavi, &c.

LV. AD EPISCOPOS SCOTIÆ.

Confirmat fententiam legati apoſtolici, qua illa Joannem legitime electum confirmavit, & Hugonem a rege in epiſcopatum ſanctæ Andreæ intruſum depoſuit.

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili-
bus fratribus, univerſis epiſcopis, & dilectis filiis,
abbatibus, & aliis eccleſiarum prælatis, per Scotiam
conſtitutis, priori, canonicis, clero & populo ſanctæ
Andreæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.*

COMPERTO nobis, quod famigeratus venerabilis frater noſter Joannes, nunc epiſcopus ſanctæ Andreæ, canonice fuiſſet electus, & poſt electionem ſuam Hugo, apoſtolicæ interpoſitis, in eccleſia illa per potentiam laicalem intruſus, conſecrari aufu temerario præſumpſiſſet: electionem ipſius apoſtolica auctoritate confirmantes, dilectum filium noſtrum Alexium ſubdiaconum noſtrum, ſedis apoſtolicæ legatum, de electione præfati Joannis cognituram, ad partes veſtras direximus. Qui cum matore fatis, ſicut per ejus nobis teſtimonia nobis innotuit, & canonice proceſſiſſet, electionem ipſius canonicam compertam, poſt multiplices inducias, in quibus regie magnitudini deſolutis, auctoritate apoſtolica confirmavit: præcipiens omnibus, qui ad eccleſiam ſancti Andreæ pertinerent, ex parte noſtra, ut ipſi Joanni ſicut electo obedientiam & reverentiam exhiberent. Unde, cum nullus propter metum regium in manifeſto obedire auderet: idem legatus non regnum, D ſicut de jure poterat, ſed epiſcopatum, interdicto ſubjecit.

Cum igitur tam eccleſiaſtici quam ſeculares principes a cariſſimo in Chriſto filio noſtro Willelmo illuſtri Scotorum rege diſtributa adjutarii fuiſſent de recto conſilio dando, firmiter promiſerunt: ipſo rege quod eorum conſilio ſtaret: reſpondeunt omnes tanquam unus, ut præfato Joanni conſecrationem, eorum legato abſente & ejusdem epiſcopis, quino egrotante, ſed ſeripto conſentiente, celebratam, ulterius non turbaret, ſed permitteret eum in pace in ſua ſede conſecrari. Inde eſt, quod univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, atque ſub officii & beneficii pœna præcipimus, quatenus ſpiritum fortitudinis induentes, E ipſum epiſcopum, infra octo dies poſt harum ſuſceptionem litterarum, honorifice, appellatione poſpoſita, ad ſedem ſuam reducatis, & pro ſervanda eccleſiaſtice juſtitia prudenter & viriliter laboretis, & ad placandum motum regium adhibeatis operam diligentem: atque præfato epiſcopo omnem exhibeatis reverentiam, & honorem, quem ipſius prædeceſſoribus impendiſtis. Quod ſi rex aliud voluerit, aut etiam conſilio pravorum melioratus fuerit, Deo & ſanctæ Romeccleſiæ magis optaret obedire quam hominibus. Aliquin ſententiam, quam venerabilis frater noſter Hugo Dunolmenſis epiſcopus in contumaces & rebelles tuleriit, nos authore Deo ratam habebimus, & præcipiemus firmiter obſervari.

LVI. AD EPISCOPOS SCOTIÆ.

Hugonis in epiſcopatum ſancti Andreæ intruſ cæ communicationem confirmat.

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabi-
libus fratribus & dilectis filiis, eccleſiarum prælatis
per Scotiam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam be-
nedictionem.*

BLATIUM eſt nobis, quod cum Hugo, qui eccleſiam ſancti Andreæ de Scotia invaſerat, capellam epiſcopalem, baculum & annulum, & cetera, quæ irrationabiliter ſibi aſſumpſerat, illicite detineret: eum frequentius admonitum, reſipiſcere contemnentem, dilectus filius noſter Alexius ſubdiaconus noſter, apoſtolicæ ſedis legatus, coram vobis, & clero multo, & populo, niſi infra quindecim dies ablata vel aſportata redderet, vel congrue ſatisfaceret, vinculo excommunicationis, apoſtolica auctoritate ſretus, affligit. Ipſe tamen in arrogantiæ malo perdurans, in nullo præfati legati monitis acquievit. Nos itaque ſententiam de auctoritate noſtra prolatam, ratam habentes, intereſſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus atque præcipimus, quatenus præfatum Hugonem, Dei gratia freti, & omni timore poſpoſito, publice, nullius appellatione obſtante, vinculo denunciati excommunicationis aſtrictum, & ſicut excommunicatum atteſtius evitetis: donec quæ de ſupradictis rebus abſtulit, vel aſſlimationem, ſtatri noſtro Joanni epiſcopo ſancti Andreæ, & eccleſiæ ſuæ reſtituat, & de aliis quæ deſtruxit ſatisfactionem exhibeat congruentem.

LVII. AD WILLELMUM REGEM SCOTIÆ.

Mandat ei, ut Joannem legitime electum & confirmatum ſancti Andreæ epiſcopum, patiatur ſuo officio quiete fungi, alioquin regnum interdicto, regem excommunicatione plectendum.

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Willelmo
illuſtri Scotorum regi, ſalutem & apoſtolicam be-
nedictionem.*

PRO pace tua & libertate ſolicite nos meminimus laborasſe, ſperantes quod ex hoc in devotione ſedis apoſtolicæ melius firmareris, & cresceres, & libertatem ſervares eccleſiaſticam liberitatem. Ceterum attendentes circa factum venerabilis fratris noſtri Joannis epiſcopi ſancti Andreæ de Scotia, quod nobiscum uſque modo inclinari: contrariam ſpei, quam de fervore devotionis regiæ habebamus, cognimur æſtimare. Volentes tamen exoperiri adhuc ſi patientia noſtra ad pœnitentiam regiam motum adducat, ſi hactenus dilationem temporis indulſimus, ſcripta monemus attentius, & mandamus, quatenus memorato epiſcopo, infra viginti dies poſt harum ſuſceptionem litterarum, pacem & ſecuritatem largiaris: ita quod non oporteat eum de indignatione regia dubitare. Aliquin noveris, nos venerabili fratri noſtro Rogero Eboracenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato in Scotia inducto, ut regnum tuum, nullius appellatione obſtante, ſubjicist interdicto, excommunicationis ſententiam in perſonam tuam, ſi deſiſtere noluerit, proferat. Pro certo quoque teneas, quo ſi in tua

tua duxeris violentia perdurandum, ſicut labo- A
raverimus ut regnum tuum libertatem haberet, ſic
dabimus ſtudium ut in priſtinam ſubjectionem re-
vertatur.

LVIII. AD CASIMIRUM DUCEM POLONIÆ.

Nonnullas conſtitutiones circa bona eccleſiæ editas confirmat.

*Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto
filio nobili viro Caſimiro duci Polonæ, ſalutem
& apoſtolicam benedictionem.*

EX parte tua magnitudinis relatum eſt nobis, B quod de conſilio archiepiſcopi, & epiſcoporum Poloniæ, quædam conſtitutiones, quædam abuſiones, & ſolitas injurias, ab eccleſiis & perſonis eccleſiaſticis amputaſti: conſtituens ne bona decedentium epiſcoporum amplius confiſcentur. Conſtitutum eſt etiam, ut ſi quiſquam in rem defuncti epiſcopi manus conjecerit, vinculo anathematis tenetur. Nec prohibmat ullus raptorum defuncto epiſcopo ſuccedere, donec abſolutionis beneficium aſſequatur, abſatis reſtituta, vel ablatorum congrua æſtimatione pramiſſa. Conſuetudinem autem, quæ a principibus terræ ſervabatur, videlicet, ut quemcunque peregrem pompatice, invadentes hortea pauperum evacuarent, & ſi inter ablentes aliquid negotioli quandoque contingeret, C impii ſatellites diſcurrerent, quos quidammque caballos vel enervarent in eurſu, vel omnino deſtruerent, de eccleſiaſticorum & ſecularium virorum conſilio emendavi. Unde quoniam conſtitutionem tuam juſtam piam & honeſtam auctoritate noſtra poſtulas confirmari: nos juſtis poſtulationibus annuentes, conſtitutionem præſcriptam, ſicut in ſcripto authentico super hoc facto habetur, auctoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſub interminatione anathematis prohibentes, ne quis eam violare aliqua ratione præſumat. Nulli ergo omnino hominiliceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigna- D tionem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum, ſe noverit incurriſurum. Datum Tuſculani, v. kalendas Aprilis.

LIX. AD OMNES PRINCIPES.

Hortatur eos ad ſubdidium terræ ſanctæ.

*Alexander epiſcopus ſervus Dei, dilectis filiis
nobilibus viris ducibus & principibus, comitibus,
baronibus, & univerſis Dei fidelibus, ad quas
litteræ ſtæ pervenerint, ſalutem & apoſtolicam
benedictionem.*

COS noſtrum & omnium fratrum noſtrorum E ſimiſtri rumores, qui de Hierololymitanis partibus ad nos commodi, ſuſceptorum relatione perveniunt, nimio dolore contulant: cum vix unquam aliquis, qui Chriſtiano nomine cenſetur, tine lacrymis & ſuſpiriis audire valeat, quæ de ſtatu illius terræ miſerabili recitantur. Eſt ſiquidem infidelium, quod dolentes dicimus, incurſione contrita, & aſque adeo fortium virorum potentia, & probatum virorum conſilio vidcara: quod nili a Chriſtianis regibus & principibus orbis celerem & potentem ſuccurſum habuerit, deſolationem ejus, quod abſit, in ignominiam Dei, & in con- F

Ex Concilio Lateranenſi.

temptum fidei Chriſtianæ de proximo ſumidamus. Non eſt enim res, qui terram illam regat: poſſit, cum ille, videlicet Balduinus, qui regni gubernacula poſſidet, a ſua ſit gravitate, ſicut noſtis, ver cordimus, ſubdi Dei judicio flagellatus: ut vix ad tolerandos ſuffulis continuos ſui corporis cruciatus. Quam gravem ſiquidem jaſtiuram, & quam miſerabilem caſum in perſonis & rebus, illa terra, pro qua patres genitores noſtri tantos nem propriam effuderunt, in conſpectu quem unum cum gentibus habuit, peccatis exigentibus ſuis perpella, nec non ſine multa cordis commotione recolimus, nec aliqui zelantes legem Domini poſſint tantam dragem fidelium patienti animo tolerare: præſertim cum illa gens peſſima paganorum ex incommodis & periculis, quæ genti Chriſtianorum inſuleruat, tantam audaciam ſumpſiſſe dicatur, ut Damiatam, Dei impedentes, a terram illam, quod avertat Dominus, invaſuros.

Movcat itaque vos ardeo Domini, nec religio Chriſtiana ſuper tanta, quæ illi terræ imminet, exterione dormiret: ſed navitera loca illa, quæ ſalvator & redemptor noſter corporali præſentia dedicavit, viriliter tuentur: & contemnite genera Dei, inſultare Dominum. & Chriſtianum nomen de terris abolere nitantur. Non eſt itique Chriſtianus, qui præſcripte terre calamitatibus non movetur, nec accingitur ad ipſam ab infidelium incurſibus defendendam, quo ſe poſſe pugnabrant, & fuis, quod abſit, ſpurcitiis profanare. Hi autem, qui ex vobis fortes ſunt, & bellis exercendis idonei, non minus ſcuto fidei, & lorica juſtitiæ, quam materialibus armis induti, tam piam, quam neceſſarium opus, ne laborem hujus peregrinationis ſuſcipiant, & loca illa, in quibus redemptor humani generis pro nobis naſci voluit, & mortem ſubiit temporalem, potenti virtute deleadant, ne temporibus noſtris fultinet ſis illis partibus Chriſtianitatis detrimentum. Cui enim Chriſtus pro ſalute noſtra opprobria multa, & demum cruets paſſionem ſuſtinuerit, ut nos offerret Deo, ſacrificatum eſſe credem cutne, ſpiritus- ſi videlicet 1091.
catos autem ſpiritus expedit adnodum ſalutiſide. Iium, ut pro ipſo corpora noſtra periculis & labo-ribus exponamus, ne pretium ſanguinis, quem pro nobis effudit, videamur obliti. Antiochiæ ergo itque dilecti in Chriſto filii, & videte quam probuſum, & quam mœrore digtum exiſteret Chriſtus, ſi ſui ſeipſos habitatores terræ illius inimici cruets Chriſti denuo pugnarent: ſicut eos præmoniturus non moderius formidamus, nili de diverſis partibus Chriſtianorum auxilium habitatoribus ipſis cum feſtinatione ſuccurras.

Ne igitur Chriſtianitas gentilitati ſuccumbat, tortis nobis privatedo: quia melius eſt ſuperventuro malo tempore occurrere, quam prædium poſt cauſam quærere vulneratum: illis autem, qui pro Chriſto hujus vix laborem aſſumpſerint, illam indulgentiam peccatorum, quam partes & prædeceſſores noſtri Urbanus & Eugenius Romani pontifices ſtatuerunt, apoſtolica auctoritate concedimus, & confirmamus. Uxores quoque, & filios eorum, & bona, & poſſeſſiones ſuas, ſub beati Petri & noſtra, nec non & archiepiſcoporum, & epiſcoporum, & aliorum prælatorum eccleſiæ, decernimus protectione manere: prohibentes attentius, ne adverſus eos de bis, quæ pacifice poſſident, aliqua poſſ ſuſceptam crecm queſtio moveatur, donec redeant, vel de ipſorum obitu certiſſime cognoſcatur. Liceat autem eis terras, ſeu poſſeſſiones alias, & poſſeſſiones propinqui, aut etiam domini ſui, (ad quorum feudum pertinent) peculiam ipſis mutuare aut no-

luerint, aut non potuerint, ecclesiis, vel eccle- A
siasticis viris, aut aliis fidelibus libere, & hone
stla reclamatione, pro expensis hujus litis ei sa-
tisfaciant, pro quibus hujus litis ei tu-
talo pignoris obligare. Præterea, quicumque de
viris bellicis, & ad illius terræ defensionem ido-
neis, illa sancta loca fervore devotionis adierint,
& ibi duobus annis contra Sarracenos pro Christia-
ni nominis defensione pugnaverint: de Jesu Chri-
sti pietate, & de beatorum Petri & Pauli apostlo-
lorum authoritate confisi, eis omnium suorum,
de quibus canide contrito, & humiliato confessio-
nem susceperint, absolutionem facimus dulcio-
rum: nisi forte aliena bona rapuerint, vel usuras
extorserint, aut commiserint furta, quæ omnia
debent in integrum emendari. Si verò non est in
facultatibus de inquenium, unde valeant emenda-
ri, nihilo minus consequentur veniam, prout di-
ximus, & committis. Hi autem, qui illic per
annum, sicut diximus, moram habuerint, de
meditate sibi injuncta pœnitentiæ indulgentiam
& remissionem suorum obtinent peccatorum. Li-
mitibus autem Sepulchrum Domini pro instanti no-
cessitate visitare volentibus, sive in itinere mo-
rantur, sive ad illum locum pervenient, laborum
itinenis ad pœnitentiam, & obtinentium, & co-
missionem omnium peccatorum injungimus, ut de
vitæ præsentis ergastulo ad illam beatitudinem,
Domino largiente, perveniant, quam nec oculus
vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascen-
dit, quam repromisit Dominus diligentibus se. B
Datum Tusculani decimo septimo Kalendas Fe-
bruarii.

LX. AD OMNES PRÆLATOS,

Ejusdem argumenti.

*Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabi-
libus fratribus, archiepiscopis & episcopis, & di-
lectis filiis abbatibus, & aliis rectoribus ecclesiarum,
ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem & apostoli-
cam benedictionem.*

CUm Orientalis terræ per impressiones infide-
lium & incursus factionum virorum potentia fit
& pacborum virorum conditio desitura, multo ti-
more percutimur: & ad implorandam subrentio-
nem fidelium dilectos filios nostros, milites Tem-
pli, latores præsentium, viros utique religiosos,
& Deum timentes, archiepiscopi, episcopi, & C
alii principes terræ ad partes vestras mittere decre-
verunt. Nec mirum, si illius terræ calamitas gra-
vi dolore contubat, cum ipso patrum & prædece-
sorum nostrorum de ipsius conservatione soliciti,
Christianos reges, & principes orbis ad defensio-
nem locorum illorum, in quibus fleverunt pedes
Domini, falubrium monitis exhortamur: & sicut
partes & prædecessores nostri Urbanus & Eugenius
pontifices Romani fatuerunt, ita & nos semisimo-
nem & indulgentiam peccatorum ftatuimus uni-
versis, qui pro Christo laborem Hierosolymita-
num assumpserint, & contra Sarracenos fideli cu-
raverint devotione certare. Monemus itaque uni-
versitatem vestram attentius, & mandamus, qua-
tenus fraves, qui ad hoc assistunt, benigno reci-
piatis affectu, & per nos Orientalis terræ ftatu &
excellitate comperta, principes, comites, & alios
fideles Christi parochianos vestros, crebris & so-
licitis exhortationibus laboretis inducere, ut ter-
ram illam, in qua ejus liberatione patres & genito-
res eorum laboriosum proprium effuderunt, ædeare
festinanter, & contra inimicos crucis Christi pos-
tentia & virtute decertent. Litteras autem, quas

propter hoc generaliter mittimus, universitas fatis-
tis ecclesiis publice legi, & exponi in earum tem-
ris, & remissionem peccatorum, quam factimus
illis qui tam pium & necessarium opus assumpse-
rint, nuncietis: & ita omnes ad cucquendum quod
ingressimus monentis, quod per solicitudinem &
exhortationem vestram terra illa festinantes fide-
lium sentiat auxilium & juvamen: & vos propter
hoc ab omnipotenti Deo mercedem possitis confe-
qui sempiternam. Datum Tuscolani, decimo
sexto Januarii.

LXI. AD RICHARDUM CANTUARIENSEM

Archiepiscopum, & ad suffraganeos ejus.

De pace inter se & Fridericum imperatorem
inita.

*Alexander episcopus servus servorum Dei, venera-
bilibus fratribus Richardo Cantuariensi archiepisco-
po & suffraganeis ejus, & dilectis filiis abbatibus
specialiter ad Romanam ecclesiam pertinentibus in
archiepiscopatu Cantuariensi constitutis, salutem &
apostolicam benedictionem.*

IMMENSAS laudes & gratias agimus omnipo-
tenti Deo, qui licet navem Petri diu permiserit
procellosa maris tempestate quassari, nunc tan-
dem imperavit ventis & mari, & facta est tranquil-
litas magna: ita ut pacatis maris fervientis fluctu-
bus, prædicta navis ad portum quietis reducta sit
& salvata. Sane carissimus in Christo filius noster
Fridericus illustris Romanorum imperator, pro-
ximo præterito die, Dominica ante festum beati
Jacobi, cum principibus ecclesiasticis & faculari-
bus Teutonici regni, cum multa devotione venit
Venetiam ad præsentiam nostram: & ibi coram
innumera multitudine virorum ac multorum alti
vocibus refonantium laudes Altissimo, nobis sicut
Summo pontifici omnem reverentiam & honorem
exhibuit, & in festo beati Jacobi nobis ad preces
ejus beati Marci ecclesiam ædeantibus pro celebran-
dis Missarum solemniis, obviam venit: & finita
Missa, quam a nobis licet indignis reverenter au-
divit, nobis omnem honorem exhibuit, quem
prædecessores ejus nostris confueverunt antecellen-
tibus exhibere. In Kalendis vero inflantis mensis
Augusti præfatus imperator, ubi erat numerofa ho-
minum multitudo, in atrium sua jurare fecit: &
principes sui, quos præsentes habebat, tam ec-
clesiastici quam seculares, præstito juramento fir-
maverunt, quod pacem ecclesiæ perpetuo, & pa-
cem carissimi in Christo filii nostri Willelmi illu-
stris Siciliæ regis usque ad quindecim annos &
triennium. Longobardorum a præfatis Kalendis Au-
gusti usque ad sex annos, sicut pax & treuga ipsi
dispolita est, & tractata, & in scriptis redacta,
illisdem debeat & illibatam servare. Sicut autem
idem imperator nos in catholicum papam & spiri-
tualem patrem recepit, ita dum in catholicum im-
peratorem, & uxorem ejus in catholicum imperato-
tricem, & filium ipsorum in catholicum regem re-
cepimus. Agite itaque gratias creatori nostro,
qui sponsam suam sacrosanctam ecclesiam sua
miseratione respexit, & ei post multas perse-
cutiones, quibus gravitet pressa est & attrita,
per suam gratiam plenam pacem reddidit &
quietem. Data Venetiæ in Rivoalto, octavo
Idus Augusti.

LXII. AD ROGERUM EBORACENSEM archiepiscopum, & Hugonem Dunelmensem episcopum.

Ejusdem argumenti.

*Alexander servus servorum Dei, venerabilibus fra-
tribus Rogero Eboracensi archiepiscopo, apo-
stolicæ sedis legato, & Hugoni Du-
nelmensi episcopo, salutem & A
apostolicam benedictionem.*

EXIGUNT gratillimæ devotionis obsequia,
quæ nobis & ecclesiæ tam devote quam lau-
dabiliter exhibuisse noscimini, ut fetices fuccef-
fus ecclesiæ vobis, sicut specialibus & devotis
ecclesiæ filiis spiritualibus, deferibamus: cum
dignum sit, & convenientia, & honestum, ut
quos ita habuimus in nostra devotione firmos &
ftabiles, de proprietate nostra & ipsius ecclesiæ
ea reddamus libertate & gaudentes. Agite itaque
unis nobiscum gratias omnipotenti Deo, qui ha-
bitat in altiffimis, & humilia respicit de super-
nis, de cujus munere venit, ut sponsa sua fa-
crosancta ecclesia diu & graviter procellosis flu-
ctibus & validiffima tempestate quassata, nunc
tandem portum falutis attigerit, & pacatis fa-
vientibus procellis, nobis & defideratæ tran-
quillitate luteat. Sane duodecimo Kal. inflantis
menfis Augusti, de mandato carissimi in Chri-
sto filii nostri Friderici illustris Romanorum im-
peratoris, filius marchionis Alberti vir nobilis
magnus & potens, & camerarius ipsius imperato-
ris, præsentibus principibus ecclesiasticis &
etiam secularibus Teutonici regni, publice in
anima ejus in præsentia nostra coram innumero-
fa hominum multitudine præstiterunt, tactis fa-
crosanctis evangeliis, juramentum: quod poli-
quam idem imperator venerit Venetias, omni
quæstione & controversatione sopita, pacem ec-
clesiæ sicut per fratres nostros & principes suos
dispolita est & tractata, & pacem carissimi in
Christo filii nostri Willelmi illustris Siciliæ re-
gis, usque ad quindecim annos, & treuguam
Longobardorum usque ad sex annos, in anima
sua, & corpore ipsius domini sui, sicut in
scripto pacis & treugæ continetur, juramento
firmaret. Et principes Teutonici, archiepiscopi,
venerabiles fratres nostri, Magdeburgensis, Co-
loniensis, & Christianus dictus Moguntinus, archi-
episcopi, & quidam alii in anima sua pro se ju-
rare fecerunt. Nono vero Kalendas Augusti præ-
fatus imperator, sicut tractatum fuerat & dispo-
situm, venit ad ecclesiam beati Nicolai, quæ
per unum miliare distat a Venetiis: & ibi tam
ipse quam archiepiscopi, episcopi, & alii princi-
pes Teutonici regni, abrenunciantes schismati-
ci, per fratres nostros episcopos & cardinales de
mandato nostro, præsentibus quibusdam aliis,
absolutionis beneficium meruerunt. Deinde ve-
nerunt Venetias, & ibi ante ecclesiam beati Mar-
ci prædictus imperator, innumera multitudine vi-
rorum & mulierum circumstante, alta voce reddente
gratias & laudes Altiffimo, nobis sicut summo
pontifici obedientiam & reverentiam humiliter
& reverenter exhibuit: & recepto a nobis pacis
osculo nos devote deoravit, & cum reverentia,
qua decuit, & devotione usque ad altare in ec-
clesiam introduxit. Sequente vero die in festo B.
Jacobi ab eodem imperatore rogati ad prædictam
ecclesiam sancti Marci solemnia celebraturi Mis-
farum accessimus, & nobis illic venientibus præ-

A fatus imperator extra ecclesiam obviam venit,
& dextro latere nostro devote fuscepto, nos in
ecclesiam introduxit. Et peractis Missarum so-
lemniis nos usque ad ipsius ecclesiæ portam dex-
teravit, & cum afcendentem palefridum nostrum
ibi paratum, ftaphan tenuit, & omnem hono-
rem & reverentiam nobis exhibuit, quam præ-
decessores ejus nostris confuevernunt antecellen-
bus exhibere. Erit itaque solicitudinis vestræ no-
bis & ecclesiæ in prosperis fuccessibus congaudere,
& effectum pacis alias devotis ecclesiæ filiis spe-
rite: ut hi, quos selus domus Domini tangit,
de pacis munere divinitus dato in Domino gau-
deant & exultent. Data Venetiæ in Rivoalto,
septimo Kalendas Augusti.

LXIII. AD ROGERUM WIGORNIENSEM EPISCOPUM.

Pro electo ecclesiæ S. Augustini Cantuariensis.

*Alexander episcopus servus servorum Dei, venera-
bili fratri Rogero Wigorniensi episcopo, fa-
lutem & apostolicam benedictionem.*

CUm venerabili fratri nostro Richardo Can-
tuariensi archiepiscopo, apostolicæ sedis
legato, olim dederimus in mandatis, ut dilecto
filio nostro electo beati Augustini in monaste-
rio suo, quod ad jurisdictionem Romanæ eccle-
siæ nullo mediante pertinet, munus benedictio-
nis non differret inquantum impetrasset, ex eo
quod archiepiscopus hoc eucqui recusavit: de jure
potuiffemus eidem electo benedictionem ipsam
per nos, vel etiam per alium, qui nobis non
ita de facili contradiceret, exhiberet. Volentes
autem in eo adhuc obedientiæ virtutem plenius
experiri, post longam disceptationem, quam
idem archiepiscopus in præsentia nostra perono-
tus fuos coepit etiam electum super controver-
sia benedictionis habuit, quæ de communi
fratrum nostrorum consilio per definitivam sen-
tentiam ita decisa est: quod Cantuariensis ar-
chiepiscopus ipsum & successores suos in mo-
nasterio sancti Augustini abique exactione, o-
bedientiæ contradictione postpolita, benedicat,
ea consuetudine & libertate sancti Augustini
gaudente eumdem electum pro munere benedictio-
nis ad monasterium archiepiscopum duxisse re-
mittendum. Attendentes igitur labores & ex-
pensas quas idem monasterium super hoc jam
longo tempore sustinuit, fraternitati tuæ per
apostolica scripta præcipiendo mandamus, & in
virtute obedientiæ injungimus, quatenus, si me-
moratus archiepiscopus infra terminum nostris
literis constitutum, eumdem electum, sicut a no-
bis definitum est, benedicere dilexerit, eo no-
mine fretus authoritate, omni excusatione, con-
tradictione, & appellatione cessante, quam ci-
tius super hoc fueris requisitus, id effecre non
moretis: nullo decreto nostro, vel alterius, quo
præceptum sit appellationi deferendum, impe-
diente: nullis etiam literis obstantibus a nobis
impetratis vel impetrandis: nulla exceptione
quo minus vel tardius mandatum nostrum ad-
impleas, resistente. Data Laterani xv. Kalen-
das Maii.

ALEXANDRI PAPÆ III. EPISTOLARUM. APPENDIX PRIMA.

CONTINENS LVL AD PETRUM ABBATEM S. REMIGII.

ET ALIOS,

Editas à R. P. Jac. Sirmondo S. J. post Petri abbatis Cellensis epistolas.

I. AD BARTHOLOMÆUM BELVACENS. episcopum, & Petrum abbatem S. Remigii.

Ut monasteriorum ab Hilduino fundatorum

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Bartholomæo Belvacensi episcopo, & dilectis filiis Petro abbati sancti Remigii Remensis, salutem & apostolicam benedictionem.

PERLATUM est ad audientiam nostram, quod monasterium de Flaiaco occasione abbatis qui illidem canonice dicitur non fuisse electus, ita tie in spiritualibus & temporalibus diminutum quod ubi forma religionis ese confovet, sicut dicitur, & exemplum, ibi nulla fere honestatis, vel religionis videantur vestigia remanesse. Asseritur enim, quod postquam idem abbas per aliquot monachos clanculum & idiotas, personas inficis & ignaris, quæ extrinseci gerebant negotia, minus canonice ipsius monasterii fuit administrationem adeptus: non in conservanda religione, vel in ampliandis bonis ecclesiæ, sed in distrahendis his, quæ à prædecessoribus suis ibidem reperit conservata, studium & solicitudinem non erubuit adhibere. Quonam igitur providendum nobis est, & solicite vigilandum, ne præscriptum monasterium in deterius illabatur, si ei non fuerit celeri provisione consultum: discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus infra xx. dies post harum susceptionem, ad locum ipsum partes accedentes, vel abbatem & monachos inde vos in ajso loco congruo convocantes, de statu monasterii diligentius inquiratis: & qualiter in spiritualibus & temporalibus valeat reformari, ipsis modum & formam præbgatis. Si vero veritimile fit, quod per abbatem commode reformari non possit, eum ab administratione, spetiallter ab ipsa spiritali, removentes, aliam personam idoneam & religiosam, si in monasterio ipso inventa fuerit, aut de alio religioso loco ordinem monasterii, cum consilio religiosorum virorum, in abbatem providendo, per cujus studium & diligentiam spes sit idem monasterium posse in spiritualibus & temporalibus reformari, in spiritu monachi ad commonitionem vestram in personam quoslibet dismus non poterunt convenire. Datum Tusculani IV. Non. Martii.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

Monasterium de Flaiaco. S. Germani de Flaviaco. Ei eidem locho nominatur, partim à loco, partim à primo ejus rectore. Monasterium Flaviacum appellat Hugoinus 1. in epistola ad Odonem episcopum Bajocensem, in quorum fuisset ditum est. Hujus porro loci monachus fuit Radulfus Flaviacensis, qui scripsit in Leviticum.

II. AD PETRUM ABBATEM S. REMIGII & Fulconem Remensis ecclesiæ canonicum.

Ut de ufurarii causa cognoscant.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati S. Remigii Remensis, magistro Fulcuni, Remensis ecclesiæ canonico, salutem & apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram pervenit, quod Jo. Suessionensis terram pupillorum, quorum Th. civis Remensis gerit tutelam, pignori detinet obligatam: unde eorum suam & tantundem dicitur percepisse. Quoniam igitur ufurarum crimen, & quodlibet lucrabandantiæ genus, universi Christiani possessionis vitia est omnimodis abhorrendum: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus si pra.fatum Jo. fortem suam de præscripta terra, & tantumdem ultra præter expensas receptile constiterit, ipsum eandem terram memoratis pupillis & tutori eorum, omni occasione & appellatione cessante, restituere & in pace dimittere, authoritate nostra districte cogatis. Quod si ipsum fortem suam aut amplius exinde non suscepisse noverint: eosdem, sortis sua receptæ pupillis terram, dilatione & appellatione postposita, reddere contringatis: & hoc infra xl. dies post harum susceptionem diligentius exsequamini.

III. AD PETRUM ABBATEM SANCTI Remigii.

Ut de pupillorum quorundam causa cognoscat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati sancti Remigii Remensis, salutem & apostolicam benedictionem.

RECEPTA conquestione T. civis Remensis, quod God. quondam Suessionensis, pupilli, quos idem T. habet in custodia, domum, quæ ipsis hæreditas dicitur jure competere, detineret: discretioni tuæ non mandasse recolimus, ut eumdem G. ad restituendum præditis pupillis domum destinaret, vel coram venerabile fratre nostro Norwicensi episcopo justitiam exhibendam, numeres, & districtius cogeretur. Sed eodem G. proficiente, antequam ad tuæ fraternitatis præsentiam, fuerint de medio, & uxorem ejus commanisse, ut alteram horum præ manibus retinendo non ad te causam filiorum pertinere, & quod filii propter minorem ætatem non possint stare in judicio. Unde quoniam ex dilatione & expeditione ista, multa possunt præditis pupillis juris sui detrimenta & incommoda provenire, & nostra interest utriusque pupillis secundum commissum nobis officium providere: discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus nunquidtam mulierem infra xl. dies post harum susceptionem moneas, & districte compellas, ut tutori prædictorum pupillorum pro parte suis, quorum habet tutelam, in præsentia tua super jam dicta domo respondere, vel procuratorem, qui pro eis debeat respondere, constituat: aut ipsa eandem domum libere & quiete dimittat. Tu vero, si experiri voluerit, utraque parte ante te convocata causam audias, & eam justicia mediante, appellatione remota, decidas.

AD

IV. AD PETRUM ABBATEM S. Remigii, & Fulconem Decanum Remensem.

Ut causam abbatum quorundam decidat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati S. Remigii, & Fulconi decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem.

CAUSAM quæ inter abbatem sancti Urbani, & abbatem Dervensem, super ecclesia sancti Desiderii, & quibusdam aliis nofcitur agitari, vobis, de quorum prudentia & honestate confidimus, committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque experientiæ vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum exinde requisiti fueritis, in unum partes convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocatis: & rationibus hinc inde diligenter auditis & cognitis, eamdem causam, sublato appellationis remedio, mediante justitia decidatis. Datum Tusculani v. Kal. Martii.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Abb. S. Urbani. Eadem est ordinis canonicum, cujus Dervensis, atque in eadem Catalaunorum diœcesi: sed in oppido Insulensi, sive, ut vocari poffet crepsi, Insulense. Ecclesia vero S. Desiderii ea est, quæ non ignobili ejus tractus oppido nomen imposuit: ut patet ex monasterii Dervensis.

V. AD PETRUM ABBATEM SANCTI REMIGII.

Ut qui terram hominis Hierosolymam profecti invaserat, eam restituere compellatur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Petro abbati S. Remigii, salutem & apostolicam benedictionem.

RELATUM est nobis, quod postquam O. sancti Theodorici Remensis civis Dominicam crucem fuscepit Hierosolymam profecturus, Gerardus de Rofejo quandam terram ejus violenter invasit, & eam adhuc detinet occupatam. Nos autem uxoris prædicti O. lacrymabili postulatione devicti, ei officii nostri debito, quo universos, D qui in Dei servitio commorantur, & eorum bona attentiori studio defendere tenemur, & propensius inclinati: discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus, si res ita se habet, memoratum Gerardum studiose moneas, & authoritate nostra sub excommunicatione compellas, quod prænarratam terram uxori præfati O. omni contradictione & appellatione remota, cum fructibus inde perceptis restituat, & in pace dimittat. Deinde vero, si prænominatus Gerardus quicquam juris in eadem terra credit sibi competere, cum supradicto O. posfquam de partibus Hierosolymitanis redierit, coram te ordine judiciario exsequatur.

Datum Tusculani III. Kal. Aprilis. E

VI. AD PETRUM ABBATEM S. Remigii, & Fulconem Decanum Remensem.

Ut causam audiant, quæ est inter abbatem Omnium Sanctorum, & canonicos S. Trinitatis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, Petro abbati S. Remigii, & Fulconi Decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem.

CAUSAM, quæ inter abbatem ecclesiæ omnium Sanctorum de insula Catalaunensi, & canonici *Concil. General.* Tom. XIII.

cos sanctæ Trinitatis, super quodam cœmeterio vertitur, experientiæ vestræ audiendam committimus, & fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta præcipendo mandamus, quatinus, cum exinde fueritis requisiti, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eamdem causam infra xl. dies post harum susceptionem sine debito terminetis. Nihilominus etiam causam quæ inter ipsos eosdem super quibusdam terris vicedominii noscitur agitari, fludiosius audiatis, & eam mediante justitia decidere studeatis. Datum Tusculi. Kal. Maji.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Canon. S. Trinit. Horum collegium in ipsa est civitate Catalaunensi, in qua & Insulæ Omnium Sanctorum monasterium est monuimus, ad *Petri Cellensis epist. XIV. lib. VIII.*

VII. AD PETRUM ABBATEM SANCTI REMIGII.

Ut præbendam Uberto eidem tribuat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filio abbati sancti Remigii Remensis, salutem & apostolicam benedictionem.

CVIRI a litteratis atq; devotis tanto propensiori studio providere tenemur, & suis commoditatibus diligentius intendere, quanto ex eorum providentia fructus & utilitas provenire poteft fructus & utilitas provenire. Inde eft, quod nos litteraturam dilecti filii noftri magistri Uberti, & devotionem quam circa te gerit, studiolius attendentes, ipsum ætatis tui tum solicite commendamus, rogantes, & rogando mandantes, quatinus pro reverentia B. Petri ac noftra, & intuitu devotionis & litteraturæ, quæ in eo attendam in ecclesia S. Trinitatis, si qua nunc vacat, vel quæ primo vacaverit, ei concedas liberaliter, & alligneris ita quod ex hoc fincerius tua uberes debeamus gratias agere, & promptiam & devotionem tuam multipliciter amplecti hoc in Domino commendare Dat. Tuscar. Id. Maji.

VIII. AD SILVANECTENSEM EPISCOPUM, & abbatem S. Medardi.

Ut damna quæ Bertæ S. Remigii data, reparentur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Silvanectensi episcopo, & dilectis filio abbati S. Medardi, salutem & apostolicam benedictionem.

EX parte dilecti filii noftri abbatis S. Remigii Remensis auribus noftris innotuit, quod cum quædam ancilla & quædam pofleffiones prædicto Remensis ecclesiæ fuo fuident monasterio restituvate: quarundam litterarum noftrarum occasione, sicut asserit, exinde pofiea quamplurima damna fuftinuit. Quia igitur ea, quæ rationabiliter terminata noscuntur, in recidivam contentionem revocari non debent: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus ea veritatem diligenter & solicite investigetis: & si vobis constiterit, jam dictum monasterium de præscriptis pofsessionibus & ancilla rationabiliter reftitutum fuisse, reftituentem ipsum ratam & firmam permanere, & damna eidem monasterio super his irrogata, omni occasione & appellatione remota, noftra fret, authoritate reftituti fecietis. Datum Tuscul. IV. Idus Maji.

F

IX. AD PETRUM ABBATEM A S. Remigii, & Fulconem decanum Remensem.

Ut cognoscant de causa quorumdam, qui ab episcopo Ambianensi, judice constituto a pontifice, appellaverant.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati S. Remigii, & Fulconi decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem.

CUm olim ex parte VValrini & filii sui Remensium civium, causa, quæ inter ipsos, & Oidemarum & Joannem Remensis burgensis, super domo quadam vertitur, ad nos delata fuisset: eandem causam, sibene memineritis, venerabili fratri nostro Ambianensi episcopo commisimus terminandam. Nunc autem, sicut ex transmissa conquestione prædicti Oldewini & Joannis ad aures nostras pervenit, cum ipsi juxta mandatum nostrum ad eundem episcopum accessissent: ab eo ad audientiam nostram appellarunt, judicem ipsum suæ suspectum vitantes, quoniam prædictes VValrinus & filius ejus familiariatem cum eodem episcopo habere dicuntur, & alter eorum de mensa sua esse perhibetur. Quia igitur prædictis burgensibus per responsalem suum ad nos venientibus, altera pars nec venit, nec aliquem pro se responsalem transmisit: nos attendentes, qualiter judex non debeat in causa confligi, qui meritò alterutri partium possit esse suspectus, causam ipsam experiente vestræ commitimus: mandantes, quatinus utraque parte ante vestram presentiam convocata, causam diligentius audiatis, & eam, si vobis constiterit appellatum fuisse, contradictione & appellatione remota, fine debito terminetis. Datum Tuscul. 12. Kal. Aprilis.

NOTA JACOBI SIRMONDI S. J.

Remenses Burgenses. Utrique erant Remenses. Sed burgenses a civibus differebant, quia cives eos vocat, quibus intra urbis mœnia domicilium est: burgenses, quibus in burgo seu cathu S. Remigii, de quo dictum lib. v. ep. xv. (*Petri Celensis*) de cujus dicti, epist. 111.

AD EOSDEM.

Litem ipsis judicandam committit.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati sancti Remigii, & Fulconi Decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem.

EX litteris, quas præpositus, & capitulum sancti Symphoriani nobis miserunt, ad tantam nostram notoritia effe perlatum, quod cum controversia inter N. clericum, & H. & E. & eorum coadjutores, super quadam domo censuali quidem ecclesiæ, quam præpositus & clerici in eleemosynam sibi datam afferebat, & prædicti viri dicebant sibi jure hæreditario pertinere, fuisset exorta: iidem viri ad venerabilem fratrem nostrum Henricum Remensem archiepiscopum, & prædictos N. ad nostram audientiam appellavit. Quia igitur abbreviationis partibus, eidem causæ debitum non potuimus hucusque imponere: eam discretioni vestræ duximus committendam. Inde est, quod prudentiæ vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus cum eande fuerint requisiti, partes ante vestram presentiam convocati, & rationibus hinc inde auditis diligenter & cognitis, eam sam ipsam ipsam appellatione remota fine debito terminetis. Datum Veroliæ 111. Kal. Aug.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

S. Symphoriani.] Clarum etiam eum Remis canonicum collegium. Flodoardus lib. 11. cap. xv. de basilicis quibus Laudo archiepiscopus divexa legatur: *Item ad basilicam S. Symphoriani, quæ vocatur ad capsellas.*

XI. AD PETRUM ABBATEM Sancti Remigii.

Ne homines monasterii sui prohibeat uxores ducere de alterius dominio.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati S. Remigii, salutem & apostolicam benedictionem.

PERLATUM est ad audientiam nostram, quod Robertum & Martinum homines monasterii sui trahis in causam, quia de alterius dominio uxores ducerent. Quia vero hujusmodi occasio frivola & vana videtur, nec decet te indebitum alicui gravamen imponere: discretioni tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus prælatos homines pro causa quam diximus nullis agites molestiis, vel indebite gravare præsumas. Verumtamen si super hoc agere fecum volueris, in curia tua ordine judiciario experiantis.

Datum Tuscul. 111. Idus Decembris.

XII. AD EUMDEM ET FULCONEM decanum Remensem.

Judicandam causam committit.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati S. Remigii, & Fulconi decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem.

DILECTUS filius noster abbas S. Theodorici transmissis nobis conquestionem monstravit, quod Helisendis mulier, & vir sius, eam super quadam terra multipliciter inquietant, & indebitis molestiis agitare præsumunt. Cumque super hoc causam intrahere, demum ad nostram audientiam appellarunt. Quia vero ea inquisitio nobis officio universis Dei fidelibus debitores existimus, & cuique in jure suo adesse debemus: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus prædictam mulierem & virum ejus commoneatis, & districte compellatis, ut ab infestatione præfati abbatis super præscripta terra omnino desistant, & eam in pace sibi ac quiete dimittant: vel si de jure confidunt, in præsentia vestra ordine judiciario experiantur. Si autem causam intrare decreverint, partibus ante vestram presentiam convocatis, & rationibus hinc inde auditis & cognitis, eandem causam, remoto appellationis obstaculo, mediante justitia decidatis.

Tuscul. 12. Idus febr.

XIII. AD EOSDEM.

Ut abbas, qui alterius abbatis hominem cum rebus suis suiceperat, restituere compellatur.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis, abbati S. Remigii, & Fulconi decano Remensi, salutem & apostolicam benedictionem.

DILECTUS filius noster Humuliarensis abbas transmissis nobis litteris intimavit, quod abbas

bas Homensis quendam hominem suum cum rebus A suis adhabitum regulariam suscepit: in quo præfatus abbas Humuliarensis justitiæ sue queritur non modicum detrogatum. Quia igitur ex commisso nobis officio unicuique in jure suo adesse debemus: discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus prædictum abbatem authoritate nostra moneas, & districte compellas, ut prædicto abbati prænominatum hominem cum rebus suis restituat, vel secum amicabiliter pacifeque componat; aut in præsentia vestra sufficienter eande petitionem, & appellationem remota, exhibeat.

Datum Tuscul. xv. Kal. Januarii.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Ab Humuliarensis.] Qui nunc de Humbertis, in diœcesi Nivernensi: in qua S. Hunnedo S. Mariæ conobium ordinis S. Augustini.

XIV. AD EPISC. AMBIANENSEM, & abbatem sancti Remigii.

Ut cognoscant de causa presbyteri cui Tornacensis episcopus ecclesiam suam adeuerat.

Alexander papa Ambianensi episcopo, & abbati sancti Remigii.

CUm olim Daniel presbyter ad præfentiam nostram accedens, de fratre nostro Tornacensi episcopo gravem apud nos querelam deposuisset, afferens quod eum idem episcopus, quia libi folvere noluerat quod ab eo fuerat postulatum, ob hoc ecclesiæ sua fpoliaffet, & eam Waltero presbytero concessisset: eidem episcopo super hoc litteras nostras direximus, secundum quod officio nostro & rationi congruere videbatur. Tandem autem episcopus propitios nuncios & scripta nobis direxit, significans quod prædicto Daniel præscripta ecclesia non fuerit concessa, sed ad probationem ejus ad unum commendata: ita quidem, ut si non esset idoneus, & ejus conversationis & vitæ ejus esse deberet, eisinde amoveretur, ut ecclesia illa liberè posset honestæ persone concedi. Postremo vero cum idem Daniel, quod tabernam frequentaret, & quod ibi multotiens ita permotatiet, quod omisa divinorum officio sequenti die Missam celebraret, quod episcopus minime latere fuisset, & in purgatione quam ibi indixerat, interdixerit ipsum ab officio fuspendi, & ecclesiæ illius ministrabat, ad repræsentationem abbatis ad quem pertinet, Waltero facerdoti concelit. Quo facto, postea ad venerabilis fratris nostri Remensis archiepiscopi, & dilectos ad nostram audientiam appellavit. Daniel vero hæc omnia inficians, confitanter affeverit, quod a prædecessore suo, ad repræsentationem præfati abbatis, præscriptam ecclesiam habuerit, & hæc fola de causa cum episcopus officio & beneficio fpoliaffet, quia illi noluit quod poftulaverat exhibere, & ei pro fe & aliis comprebyteris audacter prohibuit, ne tam frequentes adversus eum extortiones exercerent. Adjecit insuper, quod cum ipsum propter hoc appellasset, crimina suprascripta postea sibi objecta, quæ primitus non fuerant objecta: & cum effet paratus fe inde purgare, ei minis & terroribus fuos purgatores subtraxit: nec tamen super criminibus illis ulla penitus ratione convinci. Cumque Daniel & Walterus fe nullro confessibus præfensissent, & varia & diversa coram nobis adversus fe allegarent: quia testium & rationum sufficientiam non habebant, in causa illorum non potuimus procedere, nec eam fine congruo terminare. Quapro-

pter de veritate honestatis & diffetionis prudentis B consuldantes, eandem causam prudentiæ vestræ committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, quatinus, cum eande requisiti fuerint, congruo loco & tempore partibus in unum convenientes, utrumque partem ante vestram presentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, causam ipsam, remoto appellationis obstaculo, mediante justitia, terminetis: ita quidem, quod si legitime vocatus contumax fuerit, sepe dicto Danieli præscripta ecclesia non fuerit perpetuo concessa, sed ad tempus commendata, aut de vinolentia, & quod ita in ipsum pro tempore fuerit, quod altera illa C multa præcedente dormitione Illium cantasse, rationabiliter convictus, aut in judicio, apud episcopum videlicet, vel archiepiscopum fuum accusatus, vel ad testimonium pobius, fine coactione, coram pluribus fuerit confessus, ei, nullius appellatione obstante, fuper eadem ecclesia perpetuum filentium imponatis, & ipsum a Waltero irrequisitione desistere compellatis. Ceterum si Danieli ecclesia illa fuit canonice tradita, & poftea de aliquo crimine non fuit convictus aut confessus, propter quod ei de jure deberet spoliari; vel si poft appellationem, licut aliquando allegavit, ecclesia illa fuit spoliatus: ipsam ei funtis restitui, & pacifice & quiete dimitti. Poftmodum vero VValterus vel alius, adversus eum agere voluerit, cum fuam audiatis, & eam appellatione remota fine debito terminetis. Datum Tuscul. v. idus Septembris.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Daniel presbyter.] Presbyter S. Joannis in Gandavo: quod oppidum cum monasterio S. Petri, de quo epistola sequenti, ea tempore diœcesis erat Tornacensis: nunc propinqua habet ancillatem.

XV. AD AMBIANENSEM EPISCOPUM, & abbatem S. Remigii.

Ut cognoscat de causa Tornacensis episcopi excelsionem accusati.

Alexander papa Ambianensi episcopo, & abbati S. Remigii.

CUm ex infinuatione Danielis presbyteri fancti Joannis in Gandavo nobis fuisset auribus intimatum, quod Petrus nofter Tornacensis episcopo ab eo & quibusdam aliis interdictis ibidem celebrem peccuniæ annis fingulis exigat exactiones, & in confuetudines indebitas, illi eum fupplicter & devote rogaffent, ut a tali exactionis fe temperaret; ipse vehementer commotus atque turbatus, prædictum Danielem, pro eo quod verbum propofuit, ab officio fuspendit, & illius ecclesiæ administrationi induxit, quod quicquid flatuenet de rebus eorum, pro suo nutu acciperent: & quod grave eft, abbati S. Petri Gandavensis præcepit, ut jam dicto Daniele prorsus expulso, alium loco fuo presbyterum ordinaret. Verum prædictus episcopus transmissis nobis litteris intimavit, quod eum Daniell præfatus præfbyter ecclesia ad tempus commendata, & vinolentiæ deditus frequenter in taberna pernoctaffet, ita quod multa dormitatione præcedente Missam non celebraffet: nullo temerario celebrare, & hoc in purgatione deficiens confessus fuiffet, eum ab officio fuspendit: & ei ecclesiam, quam non habebat perpetuam, fed commendatam, nihilominus abstulit. Et quoniam eadem Daniele omnia hæc inficiante, communis eft, & quafi generalis querela

omnium, quod memoratus episcopus presbyterum A
& clericos suos plusquam necessarios traxit, & ab eis annuatim graves & importabiles exactiones extorquet: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus hæc omnia diligenter & sollicite inquiratis, & quicquid eodem inveneritis sine admixtione falsitatis, nobis merum & purum veritatem vestris litteris significetis: ut nos habita rei certitudine conjidentias de fecturis corrigere valeamus quæ noveritis corrigenda. Datum Tusculani, XVI. Kal. Octobris.

XVI. AD PETRUM ABBATEM S. Remigii, & Fulconem decanum Remensem.

Ut cognoscat de causa Willelmi cujusdam, qui se B
ejurare oppressum queruntur.

Alexander papa III. Petro abbati S Remigii, & Fulconi decano Remensi.

EX insinuatione Willelmi latoris præsentium accepimus, quod cum a quodam clive Remensi pro exigenda & novem solidis fegetem qua exigenta etiam solidos valebat censisset: ille non volt tottem accipere, sed ejusdem immoderatæ gravedinis nititur extorquere. Quia vero ficut accepimus, super hoc ad nostram audientiam est appellatum: vobis de quorum prudentia & honestate confidimus, causam ipsam committimus audiendi & diffinitionem vestræ authoritate præsentium mandantes, ut prædictum civem instanter monetis, & di- C ligenter compellatis, ut pretium competentium recipiens, eundem Willelmum super ulturarum exactione nulla ratione vexare præsumat. Si autem rem aliam justam & rationabilem causam præterierit, eum audiatis, & appellatione cessante, finem debito decidatis. Datum Tusculi. XVI. Kal. Junii.

XVII. AD HENRICUM REMENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Ut presbyterum in ecclesiam, a qua ejectus fuerat, reflituat: & eos qui ignominiose ipsum ejecerant, excommunicatos denuntiet.

Alexander III. papa Henrico Remensi archiepiscopo.

CONSTITUTUS in præsentia nostra R. presbyter lacrymabili nobis conquestione monstravit, quod R. & Willelmus canonici ecclesiæ S. Donatiani Brugensis, quia inter ipsum & prædictæ ecclesiæ quosdam canonicos, & alios canonicos ecclesiæ quidem materiæ exorte erant suborta controversia, in eum violenter manus injecerunt, & post appellationem ad nos factam ipsum de prædicta ecclesia ejecerunt, illum in eam introducere non permittunt: & Galterus prædictæ ecclesiæ S. Donatiani canonicus, & Gillemus canonicus, in Dominica de cœna manti populo, vestris ejus in plena peccatione laceranter, illum de choro turpiter ejicere præsumpserunt. Quia vero tantæ præsumptionis excessum non posumus, nec debemus impunitum relinquere, ne E laici fumant inde materiam in clericos insurgendi, & fraternitati tuæ per apostolica scripta mandamus, quatinus infra quadraginta dies rei veritatem diligenter inquiras, & si ita ubi ejse constiterit, præfatos virtos, qui in tantam audaciam prorupterunt, publice excommunicatis candelis excommunicatos denuncies, & ficut excommunicatos ab omnibus cautius facias evitari, donec injuriam pulso congrue satisfaciant, & de tanto excessu satisfecerint, cum litteris tuis rei veritatem continentibus, apostolico se conspectui repræsentent. Illum autem, qui in prædictam ecclesiam post appellationem ad nos factam dictum

esse ejectum, eandem cessante appellatione amovear, & ipsum jam dicto presbytero cum fructibus inde perceptis restituere non posponas. Posset vero si quis adversus pronominatum presbyterum super jam dicta ecclesia agere voluerit, coram te ordine judiciario experiatur, & tu causam audias, & fine debito decidas. Datum Tusculi, XI. Kal. Septemb.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Ecclesiæ S. Donatiani.] Archiepiscopi Remensis, cujus eo tempore religionis. Florilegium lib. 1. cap. 11. *Hinc Donatianus canibis episcopatus, ubique etiam figuram meridianam in partes episcopi Novionumgensis, vel Tornacensis pertare, vere vix figuratio nonnunquam splendore decoratus.* Itaque quippe Flandrorum, quæ haud quaquam nunc habent episcopatum, ad discessum tum pertinebant Tornacensem, quæ adnexa erat Noviomensi.

XVIII. AD PETRUM ABBATEM SANCTI REMIGII.

Ut prohibeat ne orphanus super hereditate sua tuberet: & cauta fit judex.

Alexander papa III. Petro abbati sancti Remigii.

EX parte Guidonis orphani gravam querelam recepimus, quod cum G. quæ ipsi ex parte matris laborant, ipsi domum, agros, vineas, & quicquid in mobilibus possidet, jure hæreditatis relinquerit possidendum, & in præsentia venerabilis fratris nostri Remensis archiepiscopi id ipsum recognoverit: nunc N. & neptores ejus prædictum orphanum in cauta trahere, & super hoc indebite molestare præsumunt. Quia igitur ex fulsepticum regimini, orphanorum patronis tuitione & defensores existere; discretioni tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus, si ubi constiterit in causa ipsa ad nos appellatum fuisse & prædictum N. & neptores ejus moneas, & authoritate nostra districte compellas, ut prædictum orphanum super jam dicta hæreditate molestare desistant, & eam ipsi a parte jure possidenti, in præsentia prædicti archiepiscopi coactus fuisse recognitam, in pace & quiete ipsum possidere permittant: aut si quid juris in ea se habere conficiunt, coram te, jobitato appellationis obstaculo, ordine judiciario experiantur. Datum Tuscul. v. Idus Augusti.

XIX. AD UPSALENSEM ARCHIEPISC. ET SUFFRAGANEOS.

Ut Simoniam, & multa in ecclesiasticum disciplinam peccata corrigant.

Alexander papa Upsalensi archiepiscopo, & universis suffraganeis ejus, tam in Scotia, quam in Gothia constitutis.

CONSTITUTI a Domino, licet insufficientibus meritis, super gentes & regna, ex injuncta nobis administrationis officio debitoque compellimur actem nostræ considerationis ad universum comunis gregis corpus extendere, atque omnium fidelium corda institutionis apostolicæ ad doctrinæ fulgoris imbre perfundere: ut sicut in omnem terram exivit sonus apostolorum, & in fines orbis terræ verba eorum, ita quoque nos, qui eorum cathedræ præsidemus, qui eis non in vita merito, non in operum sanctitate, sed in pastorali cura & dignitate succedimus, verbum salutis, evangelium Christianæ atque catholicæ veritatis annunciemus hit qui longe, & his qui prope, nunc apostolicum non inane, neque nudum & in sola voce gerente, sed in executione officii & veritate operatis, in quantum nobis Deus dederit, adimpletes.

Audivimus enim, & audientes non potuimus non dolere, quod apud vos, tam in Svetia videlicet, quam

quam in Gothia, ex nimia & perversa non libertate, A apostolum scitum fidei, loricam justitiæ, & galeam spem salutis, assignimini armatis Dei, & pugnate cum antiquo serpente, cum de obsessis per inhabitantia peccata corporibus expellentes, & diripientes universa in quibus habet fiducium, eos quos domum sibi facere nititur, cum gratia cælestis auxilio, a vitiorum tordibus emundantes, ut domus Dei, templum videlicet Domini sanctum quod estis vos, dici ac fieri mereamini. Nec vos illius terror ab officii pastoralis executione retardet, recolentes, & non tantum verbo, sed opere profitentes, quod Dominus & primus pastor dorsil-le legitur & scribit: *Bonus, inquit, pastor animam suam pro ouibus suis ponit.*

Et quoniam per errorem, & tam Divini quam humani juris ignorantiam evenit, ut nonnulli fugitivi & vi, vel homicidæ, seu quibuslibet irretiti & notati facinoribus, aut in gradum sacerdotii non promoti, sacerdotale officium nimis & damnabili presumptione non metuant. Quilibet vero, vel omnino carens ecclesia, vel pauperem habens, & ambitus ditionem, potentioribus de parochia, data vel permissa precaria, alium non erubescit tam impudenter quam illicite supplantare.

Accedit ad hæc, quod clerici, live ipsi advertisus laicos, live laici adversus clericos, non expertivi volentes laicorum judicio subire, & secundum ipsorum instituta live leges agere vel defendere fe cogantur. Nec solum inferioris ordinis clerici talibus inquitis fatiganur: verum etiam vos ipsi, si justitiæ rigorem zelo Dei facerni aliquando exercetis, aliquam contra vos causam inobedientis gregis invidia machinante, vel ad ignis ferri examen, vel ad aliquod reque prohibitum & execrabile judicium provocamini: nulla canonibus, qui id prohibet, seu pontificali dignitati exhibita reverentia, vel honore. Ad quæ omnium vos fumamque malorum, clerici passim in eodem regno impune exdutur, quandoque etiam occidantur. Et quidem grave & non leve gravamen, quod in præsentia prædicti archiepiscopi coactus fuisse recognitam, in pace & quiete ipsum possidere permittant: aut si quid juris in ea se habere conficiunt, coram te, jobitato appellationis obstaculo, ordine judiciario experiantur. Datum Tuscul. v. Idus Augusti.

Ephes. 18. Ecclesiæ.

Synod. Rom. 204

Calixtus vi.

Paschalis. pp.

Alexandr. III.

Paschalis II.

Gregorii.

Concil. Generat. Tom. XIII.

» esse nullus fidelium ignorat. Idem alibi: Audivi- A
» mus, dilectissimi, quod nos audire oportuit, sed
» audivisse profecto non libuit: quamdiu fecliret fa-
» crorum ordinum esse professores, qui sub mune-
» rum datione, vel acceptione, Dei ecclesias, vel
» earum ibi sacrificia vilipsant: quod quidem fe-
» tus vos non jamdudum acriter coercuisse miramur.
» Juste enim utrumque corripiendus est, & a sanctæ
» similibusque cœlibiæ summovendus, & qui pro oc-
» cisione ambitu munera largitur, & qui ut ecclesiam
» det, quicquam præsumit accipere. Hi quippe do-
» num Dei emere, hic autem vendere præsumit. Sa-
» cerdegio quoque hoc facinus haud dispar discrimi-
» cum id, quod sponte, & sacro deliberationis arbi-
» trio gratis fieri debuit, sub pretio vane pactione cu-
» statur. Quare, fratres carissimi, quæ ruliter facta B
» sunt cursive reflectite, infecta probibete, vehisque
» pulsionibus resilientes, illegitimam pactionis vinculo
» pereutere non dubitate. Item: Si quis dator, vel
» acceptor, Dei ecclesias, vel ecclesiasticæ beneficia,
» quæ quidam prabendas vocant, sub pecuniæ in-
» tervertia, sive dando emerit, sive accipiendo ven-
» diderit, a Simonis non excluditur perditione.

Non solum autem pecunia, sed & qualibet ob-
sequii aut muneris species, in hujusmodi crimina-
liter intercedit. Unde idem beatus Gregorius:
Bene, inquit, cum virum justum pro prabenda de-
scribere, ait, beatus qui excutit manus suas ab
omni munere. Non dixit solum a munere: sed ab
omni munere. Quia aliud est munus de pecunia,
aliud a manu, aliud a lingua. Munus ab obsequio, C
est servitus indebite impensa: munus a manu, pecu-
nia effusionem a lingua, favor. Quisquis ergo facros or-
dines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit,
quando in Divinis rebus, non solum pecuniam
nullam, sed nec etiam humanum gratiam requirit.

Quod autem sacerdos, aut quilibet clericus,
aliunde advenies, vel ignotus, sine testimonio &
litteris salutem episcopi sui, in aliena diœcesi recipi
aut ministrare non debeat, in Chalcedonensi le-
gitur concilio definitum: Si quis clericus, vel
clerico, vel lectori, extra suam civitatem, sine lit-
teris commendatitiis proprii episcopi, nusquam
penitus licear ministrare. Item in concilio Car-
thaginensi: Clericum alienum, nisi concedente
ejus episcopo, nemo audeat retinere, vel promove- D
re in ecclesia sibi credita. Item, beatus Augusti-
nus in sermone quodam ad populum: Hortamur,
inquit, Christianitatem vestram, ut juxta sanctio-
rum canonum instituta, in ecclesiis a vobis fun-
dandis, aliunde venientes presbyter non suscipiatur,
nisi a vestro fratre episcopo commendatus, aut ab eo
per commendatitias litteras approbatus.

Ad hoc, ne clerici ad seculares pompas pertra-
hantur, & Rom. Imperatorum leges prohibentes,
tanquam vitiosas, ubi canonibus non obviant, simul
observandæ, & sanctorum Patrum ac prædecesso-
rum nostrorum authoritas interdicit. Scribit enim
beatæ memoriæ Celestinus papa dicens: Nemo un-
quam episcopum, aut reliquos clericos, apud judi-
cem secularem accusare præsumat. Item Alexan- E
der omnibus orthodoxis: Relatum est ad hujus
sanctæ & apostolicæ sedis auditum, qui sanctorum
dispositiones casuarum & omnium negotia eccle-
siarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad ca-
put, dicente, *Tu es Petrus, & super hanc Petram edi-*
ficabo ecclesiam: quod quidam annuli, ejusque san-
ctæ ecclesiæ infidiatores, sacerdotes Dei apud pu-
blicos judices seculare præsumant: cum magis apo-
stolus Christi earum causas ad ecclesias deferre, &
ibidem terminari præcipiat. Taliter pregravicantes
gravaricaverunt in Deum suum, & non obedient
præceptis ejus.

Ferventis vero aque, vel candentis ferri judi-
cium, five duellum, quod monomachia dicitur, ca-
tholica ecclesia contra committem etiam, nedum
contra episcopum, non admittit. Unde Stephanus
Papa V. Ferri candentis, inquit, vel aquæ ferven-
tis examinatione confessionem extorquere a quol-
bet, fatri non credens canones: & quod sanctorum
patrum documento sanctitum non est, superstitiosa
adinventione non est præfumendum. Item Nico-
laus papa: Monomachiam si legem non obtinu-
mus, quæ, neque auctore non satis fatis reperimus: quam
licet inisse quosdam legamus, sicut sanctum Da-
vid & Goliam sacra prodit historia: nusquam ta-
men ex pro lege tenetur. Divina famen auctori-
tas, cum hoc & ejusmodi fectantes Deum solum-
modo tentare videantur.

Præterea illud adjiciendo mandamus, quatinus
populum regimini & gubernationi vestræ commit-
tum decrinas ecclesiis fideliter & devote perfolvere,
sicut ab ipfo Domino noscitur institutum, diligen-
ter ac solicite monentis; & si necesse fuerit, fub
districtione anathematis compellatis: juxta illud
Malachiæ prophetæ in persona Domini loquentis:
Inferte, inquit, omnem decimationem in horreum
meum, ut sit cibus in domo mea.

Unde in concilio Magunt. Decimas Deo
& sacerdotibus Dei dandas, Abraham fadis, Ja-
cob promissis instituit, & omnes sancti facerdotes
commendarunt. Item ex concilio Rotomagensi:
Omnes decimas terræ, sive de fructibus, sive de
pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificatur.
tur. Sed quia multi inveniuntur decimas dare ne-
lentes: statuimus, ut secundum Domini nostri
præceptum admonentur semel, secundo, & ter-
tio. Qui & non emendaverint, anathemate ujque
ad fatisfactionem & emendationem congruam le-
gantur.

Nec tamen ideo ea, quæ ecclesiis, immo Deo,
ipsi, vel parentes eorum contulisse noscuntur, re-
vocare, vel ecclesiasticum perfonarum dispositio-
ni fubtilare volentes, eruin aliquatenus audien-
di: quæ si etiam hominis contestissent, reperere
non valerent. Unde Ambrosius in libro de peeni-
tentia: Sunt qui opes suas tumultuario mentis
impulsu, non judicio perpetuo, ubi ecclesiæ consti-
lerint, posica revocandas putant. Quibus nec
prima merces grata est, nec secunda: quia nec
prima judicium habuit, & secunda habuit fraudem.
gium, item ex concilio Agathensi: Clerici vel la-
culares, qui obligationes parentum, aut datas,
aut testamento relictas, retinere perstiterint, aut
si quod ipsi donaverint ecclesiis, vel monasteriis,
crediderint auferendum: sicut sanctis synodus fat-
tuit, velut necatores pauperum, quousque red-
dant, ab ecclesiis excludantur.

Illos vero majestatis reos judicientas manus, nisi
forte se defendentes, injiciunt, pœnam excom-
municationis incurrere sacrosancta Romana jam
pridem statuit, & inviolabiliter tenet ecclesia:
nec a quoquam omnino, nisi a Romano Pontifi-
ce, vel de mandato ejus, absolvi patitur, aut
permittit.

Vos itaque ipsius, quæ omnium ecclesiarum
caput est & magistra, vestigiis inhærentes, ejus ac
nostræ in supradictis omnibus acquiescite fanctio-
ni & ecclesiam ea quæ a sanctis patribus & prade-
cessoribus nostris inflituta prædximus, observa-
te, atque ab omnibus per episcopatus vestros,
quantum in vobis est, faciatis firmiter & inviola-
biliter observari. Contemptores equidem, eccle-
siastica præpisimus, usque ad condignam pœnitenti-
tiam, ultione percelli. Obedientibus autem fit pax
Domini nostri Jesu Christi: quatinus & hic fru-

ctum bonæ actionis percipiant, & in futuro præ- A
mia æternæ pacis inveniant.

Datum Tuscul. tv. Idus Septembris.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Upsiscesi archiepiscopo.) Upsalensium alii vocant, & Upsalam civitatem, regni Sveciæ Gothicique metropolim. Ad hanc vero epistolæ suffragancos scripsit item epistolæ, XXII. & XXIV.

XX. AD UNIVERSOS DEI FIDELES per Daciam constitutos.

Ut Fulconis Elsonum episcopi inopiam opibus suis subleverent.

Alexander papa III. universis Dei fidelibus per Da-
ciam constitutis.

OMNES qui pie volunt in Christo vivere, & ad
jubar increatæ veritatis luminis, & ad illam
cælestem patriam, quam nec oculus vidit, nec auris
audivit, nec in cor hominis ascendit, ubi nec fames
sodium, nec hunger, nec tinea demolitur, perve-
nire desiderant, diem oportet extremum, misericor-
die operibus prævenire, & æternorum intuite fe-
mitate in terris, quæ cum abiipiente fredta, lan-
gientes Domino, recolligere poffint in cœlis. Scriptum
est enim: *Qui parce seminat, parce & metet: qui semi-* B. Cæf. 10.
nat in benedictionibus, de benedictione metet vitam æter-
nam. Credimus fane universi tefte innotuisse,
qualiter venerabilis frater noster Fulco Elsonen e-
piscopus, inopia & paupertate premitur, & ad con-
vertendam gentem illam fui episcopatus, que Chri-
stiane fidei ignara est, totis viribus elaboret, &
quantam potest solicitudinem ac diligentiam adhi-
bere procurat. Quia vero pariter pectoralis effici-
tur quæ ad tam pium & sanctum opus perficien-
dum, consilium & subsidium subministrat: devotio-
nem vestram monemus & exhortamur in Domino, &
in remissionem peccatorum vestrorum injungimus,
quatinus de bonis a Deo vobis collatis prædicti e-
piscopi inopiam fublevantes, ei manum auxilii por-
rigatis, & caritatis solatia, Divini amoris intuitu,
manifestissime impendatis. Ita bona, quæ Deo inju-
rante feceritis, apud Altissimum peccatorum vestro-
rum veniam consequi, & ad æternæ felicitatis gau-
dia merenti, propitiante Domino, pervenire.
Datum Tuscul. IV. Kal. Octobris.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Fulco Elsonum epise.) De Fulcone dictum *Leptus in no-*
vis ad epistolas Petri Cellensis: Elsones populi regno Sveciæ
assistit. Author enim est Sanctæ Crucis in Sveciæ Gothorum Dioecesim ordinis regni Sveciæ Sedis Abbas & Ja-
nuam annuo stipendiorum pure concessit.

XXI. AD REGES ET PRINCIPES BORZALES.

Ut adversus Elsones Christiani nomini insultantes fortiter pugnent.

Alexander papa III. regibus & principibus, & aliis
Clericis fidelibus, per Borzalos, Norwegiam,
Gueramorum, & Gothorum constitutis.

NOn parum animus noster affligitur, & amari-
tudine non modica & dolore torquetur: cum
feritatem Elsonum & aliorum paganorum illarum
partium adversus Dei fideles, & Christianæ fidei
cultores, gravius insurgere, & immanius debacchari
audimus, & Christiani nominis impugnare vir-
tutem. Verum tamen laudemus & benedicimus Do-
minum, quod vos in side catholica, & in devotio-
ne sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ, quæ omnium
ecclesiarum caput est, & magistra a Domino con-
stituta super omnes alias ecclesias ecclesii privilegio
obtinet principatum, immobili stabilitate perfti-
tis, & Christianæ religionis virtutibus & unitatem
servatis. Unde quoniam expedit officio nostro,
ea quæ ad corroborationem fidei, & animarum
vestrarum salutem pertinere falutem, vobis feli-
citia exhortationis ingerere, & studiosius fuade-
re: universitatem vestram monemus & exhortamur
in Domino, quatinus Divino cultui intendere;
misericordiæ, & justitiam, & judicium diligere; a
rapinis & iniquis operibus abstinere; devote Deo
& acceptæ obsequia impendere; prædicte sacrosan-
ctæ Romanæ ecclesiæ, tanquam matri & magistræ
B vestræ, debitum honorem & reverentiam exhibe-
re; episcopis, sacerdotibus, & aliis prælatis ve-
stris humiliter obedire, & eis decimas, primitias, &
oblationes, & alias justitias fua rationabiliter, & ipsos
tanquam patres & pastores animarum vestrarum
honorare, modis omnibus laudabilibus, & jura eorum
defendere, manu teneri propositum, & confirmare
contra: & si armis cælestibus præmuniti, & apo-
stolica exhortationibus confirmati, ad defendendum
Christianæ fidei veritatem spiritu fortitudinis ac-
ingaminati: taliter in brachio forti ad propugnan-
dum Christiani nominis religionem intendentes, ut
victoriam de inimicis possitis confequi, & coro-
nam justitiæ, quæ vobis reposita est, a summo Do-
mino, capitis. Nos enim eis, qui adversus hæc
C dictos paganos potenter & magnanimiter decerta-
verint, de peccatis suis de quibus confessi fuerint
& quorum corda corripuerint, remissionem feci mi-
mi, confisi de misericordia Dei, & meritis apostolo-
rum Petri & Pauli, concedimus: licet his qui fe-
pulcrum Dominicum visitant, concedere consueve-
mus. Illis autem qui in conflictu illo decollati,
omnium fuorum, si pœnitentiam acceperint, re-
missionem indulgemus peccatorum. Datum Tuscu-
lani, III. Idus Septembris.

XXII. AD UPSELLENSEM ARCHIEPISC. & suffragancos.

D De matribus, quæ prolis fuæ procurant interitum:
de incestis, & alia fœda libidine: fe ita qui cum
fœca fua fornicatus, & matre panis vinoinitatis,
Mistam faciunt: de matrimonis sine facerdota-
li benedictione factis.

Alexander epifcopus famus fervorum Dei, Upfalenfi
archiepiscopo, & fuffraganeis ejus.

VIce beati Petri apostolorum principis, lar-
gente Deo & Domino nostro, qui ait, *Spec. Evang. 1.*
culatorem te dedi domui Israel, super gentes & re-
gna, licet immeriti, in apostolicæ sedis specula
constituti, pontificalis officii debito pro universis
compellimur solicitudinem gerere, & antiquo ho-
E fti, qui tanquam faviffimus leo circuit quærens
quem devoret, pastorali providentia obviare, ne
gregem Dominicum invadat, & diversis eum vi-
tiorum morsibus lacerer. Inde est, quod vehemen-
ti cor nostrum doloris pulsatur stimulo, audito
quod in partibus vestris in tantum libidio crudelis
& turpis excrevit, ut quidam mulieres prolis
fuæ procurent interitum, earumque corruptores
tam horrendo & detestabili facinori, non solum
consentire, verum etiam persuadere præsumant:
alii incestuosa conjunctione, plerique cum jumen-
tis abominanda se polluentes commaculent. Que
quantum sint gravia, & creatori nostro sentinti-
mica, ipsa sceleris atrocitas satis demonstrat, quam

nec audientium aures sine ingenti possunt horrore percipere.

Si enim qui jactato in terram semine prolem nobilem ex usore susceperit, percussus a Domino tot filamenti vesteris serie dinoscitur: qua poena seriem ejus esse monstratur, qui natum proprium non abhorret occidere, & mavult interficere quam vivere? Cujus utique criminis pena, illud etiam perfundentes vel confidentes intra levitas, beatus Augustinus sitiosa dicens: Si periculose decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus homines occidunt, quid putandum est eos esse quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Nam Judas Dominum nequaquam propriis manibus interfecerunt, sicut scriptum est: *Nobis non licet interficere quemquam*. Sed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipsi cum lingua interfecerunt dicentes: *Crucifige, crucifige eum*.

Augustin.

Jean. 18.

Incestum vero quantum sacri abhorrent canones, concilium Herdense demonstrat: Cum his, inquit, qui incestus se pollutione commaculant, quamdiu in ipso detestando & illicito cœnæ contubernio perseverant, nec fomes cibum ulli Christianorum, sicut apostolus jussit, jacebit. Porro fœdus cum jumentis contrahunt quanes sic animadversione plectendum, legislator Moyses declarat, cum enim ipsa interfici animalia jubeat, quæ tali contaminata flagitio indignam refricant acti memoriam.

Concil. Herd.

Quia igitur abominabilem horum excessuum præsumptionem severa satis districtione congruit insequi: prædictos propria prolis necatores, & tam ipsum facinus perfudentes, quam consentientes, sic quodlibet putricidas, aut cum matre, filiis, consobrina, vel nepte agentes, quum cum jumentis coeuntes, archiori pœnitentiæ jugo curetis compescere: & nisi senio confecti, vel corporis fractura debilitate feu egestate oppressi, eos ad fedem apostolicam compellatis venire, & beatorum apostolorum Petri & Pauli limina visitare, ut in tudone vultus sui, & viarum lubrico, superni judicis iram evadere, & ipsius misericordiam valeant invenire.

Ad hæc qui dormiendo, non voluntate, sed culpa filius suos oppressisse invenerunt: triennio, & iidem filii fuerint baptizati; si vero absque facro baptismate decesserint, quinquennio pœnitentiæ disciplinis subjacebunt. Sacerdotes, quos ab his fidelibus præcavere convenit: quorum fœi perpetua executione cognitur. Verum si qui parentum absentes fuerint quum homines filii suffocantur, aut si id fub ullima cuftodia contigerit, ipfa tra culpam erunt: fi tamen eos non furiose, & insanientes cuftodiæ ipfos fe crediderint tradidiffe.

Præterea non fine cordis amaritudine quisnam sacerdotes contra apostolicas institutiones, cum sicca frece vini, vel cum micis panis vino intinctis, Missam celebrare audivimus: & fideles laicos non Christiano more, absque sacerdotali benedictione & Missa, matrimonium contrahere. Unde & fepe illicita contingit fieri conjugia, & inter legitimas personas divortium intervenire. Sane cum omne crimen, atque omne peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur: quid de estero deo delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipfa facrificii oblatione erratur? Cum enim magister veritatis, discipulis fuis facramentum consecrandum noftræ falutis: non ficcum frecem vini, non micas panis vino intinctas accepit, fed panem & calicem, & benedictem dedit discipulis fuis. Quia igitur fuos agere, evangelicæ & apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini ecclesiasticæ penitus est

A adversum: apostolica prohibemus authoritate, ne cum sicca frece vini, vel cum micis panis vino intinctis, vel alio modo quam Dominus inftituit, nullus de cetero facrificare audeatur: fed fecundum formam facrofanctæ ecclefiæ Romanæ quam vos in omnibus imitari oportet, folum panem, & vinum aqua mixtum in facrificio corporis & fanguinis Chriſti offerati.

Ceterum clandeſtina, & abſque facerdotali benedictione non debere contrahi conjugia, aut nifi inter legitimas perſonas, qua infra feptimum gradum nulla consanguinitatis linea conjunguntur: nec contracta, nifi canonice & conſenſu epiſcopi diſſolvi: multorum ſanctorum patrum declarat authoritas. Vos itaque moniti ſanctorum patrum B ſanctionibus & eccleſiaſticis inſtitutis, hæc que dicta ſunt, diligenter ſervate, & ab aliis præcipite inviolabiliter obſervari: diſpenſationis moderamine utentes, ut qui in quinto vel quarto gradu conjuncti ſunt, eos non ſeparetis, ſed ne amplius taliter conjungantur, pontificali authoritate & diſtrictione prohibeatis. Datum Tuſculi. v. Idus Septembris.

✠ XXIII. AD COLON. LINGACOPENSEM EPISCOPUM.

Approbat ejus electionem in locum alterius, qui ſponte abdicans, monaſterium petierat.

Alexander papa III. Colon. Lingacopenſi epiſcopo:

C Ex diſpenſatione commiſſa nobis ſolicitudinis; & ex debito caritatis, vitros pontificali officio præditos, & morum honeſtate ornatos, ſincera tenemur caritate diligere, & eorum vota, quæ a rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere: ut tanto fortius ornamenta virtutum appetere, & honeſtis inſiſtere moribus ſtudeant, quanto ſe ab apoſtolica ſede majore honore conſpexerint & gratia invenire. Relatum ſiquidem eſt auribus noſtris, quod dilecto filio noſtro Stenar, quondam Lingacopenſi epiſcopo claustralem quietem epiſcopali honori præponente, & pontificalem dignitatem in manu venerabilis fratris noſtri Eskili Londenſis archiepiſcopi, apoſtolicæ ſedis legati, & regalia coram rege & primatibus regni libere & ſponte tanquam clericus & ſeipſum & quidem loci, in quo ſperabat præditorum archiepiſcopi & regis, ſolitudo cura terræ, te in patrem & epiſcopum ſuum unanimiter & concorditer elegerunt. Verum licet in hac electione ſubſque authoritate Rom. pontificis epiſcopali dignitati abrenuntiaſſe: volentes tamen neceſſitati eccleſiæ tuæ paterna proviſione proſpicere, & honeſtati tantorum virorum deferre, id quæ maxime ſuppetunt, & electionem & conſecrationem tuam ratam & firmam habentes, eam authoritate apoſtolica confirmamus, & tibi in ſubditis tuis corrigendi vitia & ſuperflua reſecandi plenam concedimus facultatem. Tu vero ſubjectorum culpas tanta redargutionis inſtantia inſequaris: quod, & qui culpabiles ſunt, ſine exceſſu corrigant celeriter & emendent; & alii hoc videntes, ad commiſſenda ſimilia non aſpirent: hac tamen conſideratione præhabita, ut dure & aſpere, leuiter & manſuete, ſecundum naturas & qualitates perſonarum, vitia corrigas ſubditorum. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum hanc paginam noſtræ confirmationis infringere liceat, vel ei aſſiquatenus contraire. Si qui autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolo-

ſtulorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculani, texto Idus Septembris.

NOTA JACOBI SIMONDI S. J.

Lingacopenſi.] Lincopenſi, Upſalenſis ſuffraganeo: Northeri civitas Sveciæ, in qua ſpaudum ecclesiæ legatus Rolandus Anglicus cardinalis, Eugenio III. legatus, anno MCLVIII. Lingacopenſis epiſcopatus iterum mentio occurrit. XXVII.

✠ XXIV. AD GUILLELMUM STRANENSEM EPISCOPUM.

Ejus electionem in ſua protectione recipit, poſſeſſiones confirmat.

Alexander papa III. Guillelmo Strannenſi epiſcopo.

PRATERS & ſuppliconibus noſtros, & eos præcipue qui in media prave nationis ſunt poſiti, & in remotis mundi partibus conſtituti, arctiori nos convenit caritate diligere: & ut in commiſſo ſibi amplius talento proficere valeant, & ad cultum juſtitiæ & domus Dei decorem fortius accingi, eis apoſtolice ſedis gratiam & favorem nos convenit impertiri. Attendentes igitur devotionis tuæ constantiam, & fidei puritatem, qua beato Petro & nobis immobili firmitate adhærere conſpicuris: te ſicut venerabilem fratrem noſtrum diligere & honorare, & tuis rationabilibus votis & deſideriis debita cupimus benignitate favere. Inde eſt quod eccleſiam tuam ſub beati Petri ac noſtra protectione ſuſcipimus, eaque in præſentiarum pacifice ac legitime poſſedit, & ſpecialiter Neerie, ſicut a rege, & metropolitano tuo, & a venerabili fratre noſtro Eskilo Londenſi archiepiſcopo apoſtolice ſedis legato, tibi confirmata eſt, & ſcripti ſui munimine roborata, tibi, & per te eidem eccleſiæ, authoritate apoſtolica confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus: ſtatuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculani, texto Idus Septembris.

NOTA JACOBI SIMONDI S. J.

Stranenſi.] In Scotia item, ſub epiſcopo Upſalenſi, metropolitano, quo nomine ſignificat. In notitia epiſcopatuum, Stregiſtanenſis appellatur.

✠ XXV. AD UPSALENSEM ARCHIEPISC. & ſuffraganeos ejus, & Guthermum ducem.

Ut Finnos qui ſe Chriſtianos fore fraudulenter promittebant, deinceps non juvent adverſus noſtres.

Alexander papa III. Upſalenſi archiepiſcopo, & ſuffraganeis ejus, & Guthermo duci.

GRAVI admodum & difficilis eſt ad apoſtolicam ſedem querela pertata, quod Finnni ſemper imminente ibi exercitu inimicorum, fidem ſervare Chriſtianam promittunt, & prædicatores & eruditores Chriſtianæ legis deſiderantes requirunt: & recedente exercitu fidem abnegant, prædicatores contemnant, & graviter perſequuntur. Unde quoniam in, hoc Deo illudere, & Chriſtianam religionem deridere videntur, & illis ſe duplo filios geluriæ confiteantibus, falsa & vita eorum tota in terrenis, neglectis cœleſtibus, conſpiciatur

A conſiſtere; nec eſt dignum ut eis in adverſitate Chriſtianum nomen defenſionem conferat, quod in proſperitate deipicere & horrere probantur: univerſitatem veſtram monemus, atque mandamus, quatinus a fallacia & fraudibus eorum ita prudenter & diſcrete de cetero caveatis, quod, ſi fugiendi neceſſitas, ad auxilium & defenſionem veſtram non poſſint recurrere: nifi minus timeas, & quas habent, vobis tenendas aſſignent, aut alias adeo ſufficientem cautionem exhibeant & ſecuritatem, quod anodo noſtratenus pedes retrahere, aut veſtrum prodentiam valeant circumvenire: ſed Chriſtianum ſi dei documenta cognatur tenere firmiter & ſervare, ne amplius de eorum numero videantur, de quibus dictum eſt: *Confeſſus eſt Chriſti, cum benefecerit ei*. Datum Tuſculi. v. Idus Septembris.

NOTA JACOB. SIMONDI S. J.

Guthermo duci.] Sveonum. Gutbernus dicitur Saxoni Grammatico, lib. XIV. ubi de bapiſmo agit Kanuti, filii Waldemari Danie regis. *Quod videlicet*, inquit, *ejuſdem ætatis ſtudium, Sveonum ducis Guthormi, qui nuperum ſe idolorum cultui mancipaverat, ingenti deinceps ardore ad chriſtiani ſacra ſe transferens, ſimilitudine ſuppeditata.*

Finnni. Finni, boreales Sveciæ populi, qui Finnicum ſeu Finningorum incolunt.

✠ XXVI. AD TRUNDENSEM archiepiſcopum, & A. Stavengarenſem epiſcopum.

C Ut Nicolaum monachum Fulconi Eſtonum apoſtolo ſeorium mittant.

Alexander papa III. Trundenſi archiepiſcopo, & A. quondam Stavang. epiſcopo.

LEX Divina & humana deſiderat, & debitum cariſtiæ requirit, ut bono & utilitati communi debeamus intendere, & ad revocationem & conversionem infidelium operam omnimodam & ſollicitudinem adhibere. Inde eſt, quod prudentiam veſtram per apoſtolica ſcripta monemus, & hortamur ſtrictis noſtro Fulconi Eſtonum epiſcopo, ut venerabilis qui ad conversendam gentem illam Divina gratia D inſpiratus, miniſterium prædicationis & laborem proponit aſſumere, Nicolaum monachum, qui de gente illa, ſicut accepimus, eſt oriundus, virum religioſum, atque diſcretum, in ſocium congedatis: ut tanquam bonum poſſit perſuadere, & gentem illam ad agnitionem veri lumini, & ad cultum & dominum Chriſtiane fidei, verbo prædicationis, unanimiter Domino invocare, & verbis exinde valeat æterne mercedis cumulus provenire. Datum Tuſculani, v. Idus Septembris.

NOTA JAC. SIMONDI S. J.

Trundenſi archiepiſc.] In Norvegia. Norvegiæ metropolitam alii Trondemum nominant: Saxo lib. X. extremo: *Corpus ejus, Magni regis, Norvegiam relatum, Trondemi* E *in regiorum monumentorum area ſepulturam poſuere.* Ipſi autem ecclesiæ metropolis ſuffraganeus eſt epiſcopus Stavangarenſis.

✠ XXVII. AD CLERICOS ET LAICOS Lingacopenſis epiſcopatus.

Ut epiſcopo ſuo pareant.

Alexander papa III. univerſitati tam clericis quam laicis Lingacopenſis epiſcopatus.

DEGET univerſitatem veſtram, quæ ad perfectionem virtutum & falutem pertinent animæ-

marum, toto studio cogitare; & ea volentario effectu perficere, per quæ gratiam positis Altissimi acquirere, & ad æternam felicitatis gloriam cum auxilio Divini numinis pervenire. Ceterum, quoniam sine obedientiæ virtute nemo Deo perfecte poterit placere, aut acceptum servitium reddere, per apostolicæ vobis scripta præcipiendo mandamus, & mandando præcipimus, quatinus venerabili fratri nostro Episcopo vestro, sicut bonus memoriæ Gilleni predecessor vester fecit, solemniter, omnimodam obedientiam & reverentiam impendatis: & in his quæ Dei sunt, & ad veritatem animarum spectant salutem, monitis & mandatis ejus humiliter parere curetis, & ei de justitiis sua integre, & plenarie respondeatis: ita quod apud Deum pro humilitate & obedientia vestra peccatorum vestrorum veniam & gloriam valeatis promereri æternam. Si qui autem vestrum, ei commoti vel rebelles extiterint: sententiam quam idem episcopus propter hoc in eos rationabiliter tulerit, authore Domino ratam & firmam habebimus. Datum Tuscul. xv. Kal. Octobris.

** XXVIII. AD GUIDONEM ABBATEM sancti Nicasii, & M. Radulfum canonicum Remensem.

Ut nonnullos qui damna monasterio S. Remigii intulerant, reparare cogat.

Alexander papa III. Guidoni abbati sancti Nicasii, & M. Radulfo canonico Remensi.

SUGGESTUM est auribus nostris, quod Gallicus de Castellione villam de Belloi, que ad monasterium beati Remigii pertinet, diabolico furore accensus destruxit & duas alias villas ejusdem monasterii ita spoliavit, quod spolia inde abducta XL. librarum pretio æstimantur. Malo vero Matus-Vicinus, cum eidem monasterio jura damna & injurias intulisse dicatur: nec vult inibi fatisfacere, neque quod ratio exigit exhibere. Simon autem de burgo prædicto monasterio quod Wandrecicurt dicuna plurima & injuriam intulisse non cessat. Præterea Burdivus de Besanes terram, quæ prænominato monasterio fuit in elemosynam data, duobus hominibus, quibus eam abbas ejusdem loci hæreditario jure concesserat, auferre laborat. Sane presbyter de Alem. in villa perfecripti monasterii quandam domum in dominum ejusdem ecclesiæ ædificare præsumit. Ad hæc cum quidam homo fanci Remigii de cujus hæreditate fuit, Divini amoris & caritatis intuitu pauperibus, hospitali sanctæ Mariæ Remensis ad hæreditatem hospitibus pro animæ suæ remedio tradidit, quidam ejus a longe venientes, quamvis magnam partem bonorum suorum in eadem domo, præfatum monasterium & ecclesiam Remensem semper jam dicta elemosyna ioquiritare nituntur. Unde quoniam nostra interest jura ecclesiarum defendere, & eis contra malefactores suos, apostolicæ protectionis patrocinium minibrare: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus ex parte nostra prædictas personas commoneatis, & districtius compellatis, ut prædicto monasterio de damnis & justis allatis congruæ satisfaciant, & ablata restituant, & de cetero ab ejus & rerum suarum molestatione penitus conquiescant, vel fub vestræ diffensionis examine plenam exinde sibi justitiam exhibeant.

Præterea abbas hæc dicti monasterii, de thesaurario Laudunensi, quod apud Creonam justitiam suam imminuat, & pertinas fabricabat; & de Willermo marescalco nobilis viri comitis Henrici, quod ecclesiam hospiti suo: libras sibilerit, & multa ei mala fecerit: & de abbate Tonalisis, qui cum dicatur multa illi damna inferre, ei exinde coram universitati fratre nostro Remensi archiepiscopo nolite prout mandavimus respondere, graven ad nos querimoniam transmisit. Idcoque vobis præsentium authoritate injungimus, ut prædictos viros ad retinendo illata damna postrivo abbati, & ad reformenda ablata, & ad faticiendum de illatis injuriis exhibendam, vel ad complementum justitiæ faciendum, authoritate nostra moneas, & districte compellere fludeatis: & in fupradictis omnibus cum ea maturitate & providentia procedatis, quod exinde diligentia & folicitudo vestra valeat non immerito commendari, & nos dictionis vestræ confidentiam negotia ecclesiastica committere valeamus. Datum Tuscului, xi. Kalendas Martii,

** XXIX. AD PETRUM ABBATEM, & fratres sancti Remigii.

Freciengarium reuisionem, eorum monasterio factam ab archiepiscopo Remensi, ratam habet.

Alexander papa III. Petro abbati, & fratribus S. Remigii Remensis,

RATIONABILIBUS & honestas petitiones gratanti animo debemus admittere, & vota quæ a rationis tramite non discordant, profequente effecta complere. Relatum eft fiquidem auribus noftris, quod cum pridem inter vos & procurationes, unam in depositione sancti Remigii, & alteram in translatione ipsius, Remensi archiepiscopo debeatis persolvere, & singulis quibusque certis numeris & mensuris distinctis, & frelenglatum pretio nulla æstimatio falta faiffet: venerabilis frater noster Henricus Remensis archiepiscopus molestiam, & inquietationem, quam inde habebatis, pia consideratione reiplicans, vobis & monasterio vestro freiengias omnino remisit: ita fane quod in depositione beati Remigii quinquaginta folidos, Remensium monetæ, & totidem in translatione ipsius nomine redditus revocare, diffrecioni vestræ per apoftolica fcripta mandamus, quatinus Corbeiensibus abbatem & fratres ejus in monasterio, & diltricte compellatis, ut eidem abbati & fratribus præscriptam denarium poftquam occasione reftituendi, & in pace dimittendi, & fub vestra diferetionis examine plenam exinde fibi juftitiam exhibeant. Si autem eaufam potius intrare decreverint, quam denarium reftituerevos in unum convenientes, utramque partem ante vestram præsentiam convocati, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem eaufam, fubato appellationis remedio, concordia vel mediante juftitia decidatis.

Præterea, ficut ex transmiffa inftruatione ejufdem abbatis & fratrum, auribus noftris innotuit, Radulfus quondam abbas prædictæ ecclefiæ, monachis fancti Leodegarii quandam decimam vendidit, propter quod eadem ecclefia grave & enorme patitur detrimentum. Quia vero contractus illę parvus & fimonicus eft, & principales perfonæ, vendentis fcilicet & ementis, fi fuperftarent, perpetua deberent depofitione damnari: nihilo minus vobis injungimus, ut eofdem monachos moneas, & districte compellere fludeatis, quod receptio pretio illis denarium ipfam appellatione remota reftituant, & in pace dimittant: quia non eft convenient, aut conveniens ratioui, ut una ecclefia locupletari debeat de aliena jaftura. His vero qui

na religiofis viris abbatis & fratribus fanctæ Mariæ de Brana difficultas inferre, nec familiam comitis & comitiffæ de Brana ad aliqua audeant recipere facramenta. Unde quoniam indecens eft ea & inhonellum aliquos indebitis fatigare molefiiis, qui in religionis habita elegerunt Domino deferuire: diferetioni veftræ per apoftolica fcripta mandamus, quatinus prædictos monachos moneatis, & authoritate noftra compellatis, ut nullis ratione contra antiquam comitis vel comitiffæ familiam, vel milites caftri, aut fupervenientes, five uxores eorum, aut liberos, vel familias fuas, ad ecclefiam illorum accedere, & ibidem ecclefiaftica recipere facramenta prohibeant, aut in præfentia veftra quod juftitia diftiterit exequi non poftponant. Nos enim eis dedimus in mandatis, ut eorum nobis aliterum præfentium exfequantur. Datum Tufcul. xi. Kal. Decembris.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Dr Brana.) Opidum eft ad Vidulæ amnem in pago Sueffionico. Ibi ergo canobia quæ commemorat, & hunc comitatus.

** XXXI. AD SILVANECTENSEM epiſcopum, & abbatem ſancti Remigii.

Ut fratres Corbeienſes reſtituant decimam abbatam fratribus S. Mariæ de Brana: item ut reſtituatur eidem monaſterio decima vendita quondam ab abbate.

Alexander papa III. Silvanectenſi epiſcopo, & abbati S. Remigii Remenſis.

DILECTI filii noſtri abbas & fratres eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Brana, tranſmiſſa nobis relatione monſtrarunt, quod eis dilecti filii noſtri abbas & fratres Corbeienſes quandam non dubitarunt decimam tam ex nutritatis auferre. Unde quoniam, ſicut nobis ex voluntate Divinæ proviedentiæ eccleſiarum omnium ſolicitudo, incumbit, ſic quoque unicuique in ſuo jure providere tenemur; & quæ ſine juſtitiæ detrimento fiunt, confideratione injuſtæ nobis officii, compellimur ad ſtatum reſtituendis revocare, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus Corbeienſibus abbatem & fratres ejus in monaſterio, & diſtricte compellatis, ut eidem abbati & fratribus præſcriptam denarium poſtquam occaſione reſtituendi, & in pace dimittendi, & ſub veſtra diſcretionis examine plenam exinde ſibi juſtitiam exhibeant. Si autem eauſam potius intrare decreverint, quam denarium reſtituerevos in unum convenientes, utramque partem ante veſtram præſentiam convocati, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem eauſam, ſubato appellationis remedio, concordia vel mediante juſtitia decidatis.

Præterea, ſicut ex tranſmiſſa inſinuatione ejuſdem abbatis & fratrum, auribus noſtris innotuit, Radulfus quondam abbas prædictæ eccleſiæ, monachis ſancti Leodegarii quandam decimam vendidit, propter quod eadem eccleſia grave & enorme patitur detrimentum. Quia vero contractus illę parvus & fimoniacus eſt, & principales perſonæ, vendentis ſcilicet & ementis, ſi ſuperſtarent, perpetua deberent depoſitione damnari: nihilo minus vobis injungimus, ut eoſdem monachos moneas, & diſtricte compellere ſtudeatis, quod receptio pretio illis denarium ipſam appellatione remota reſtituant, & in pace dimittant: quia non eſt convenient, aut conveniens rationi, ut una eccleſia locupletari debeat de aliena jaſtura. His vero qui tam pernicioſum & deteſtabilem contractum fecerunt, talem, ſi ſuperveniens, damnum infligias, quod alii qui hoc audierint, metum habeant ſimilia præſumendi. Datum Tuſculani, xi. Kal. Decemb.

NOTA JACOBI SIRMONDI, S. J.

Corbieenſes.) Nobile imprimis eſt monaſterium ad Sequanam fluvium in Ambianenſium diœceſi. Antiquus Corbeiam vocant, ac diſtinguunt a Saxonico, quæ multo recentior originem dutet a Gallica.

Monachi S. Leodegarii.) Oſtenſis S. Auguſtini apud Sueſſiones.

*** XXXII. AD AMBIANEN. ET TORNAC. epiſcopos, & abbatem ſancti Remigii.

Ut judicent de controverſiis abbatis de Brana, & militis cujuſdam.

Alexander papa III. Amblenenſi & Tornacenſi epiſcopis, & abbati ſancti Remigii Remenſis.

EX tranſmiſſa conqueſtione dilectorum filiorum noſtrorum abbatis & fratrum eccleſiæ de Brana, auribus noſtris innotuit, quod Joannes miles de Hoſtlet eis quatuor modios frumenti, & novem avenæ, & quinque ſextarios ad menſuram Sueſſionis, violenter abſtulit, & in curia eorum duodecim modios vini, & in vines ſua dous, accipere ſalu ementariis patuit compulit. Præterea quia iſte vinean ſuam tempore ſuo vindemiare prohibuit, ipſis damnum infuſit fex modiorum vini, & eos ſextarium frumenti & dimidium, quem monachi ſancti Nicolai de Grandi Monte annis eis ſolvebant, tribus annis amittere fecit: & in nomine ſuo damnum ad æſtimationem LX. librarum illis inferens, tertium in quo damna hæc nondum ſextario minus ſemine ſolebant, & terram etiam Roberti filii Widelię, & VII. ſextarios vinagiorum, quæ idem Robertus aſſenſu Berneri domini terre eis ſub anno cenſu unius modii frumenti dederat, illiciter auferre non dubitavit. Inſuper quoque terram quandam, quam longo tempore poſſederant, & ſuam propriam quæ dicitur Cornuta Curtem, per violentiam occupavit: & illis multas alias molefias, injurias, gravamina, & perfecutiones, & damna irrogare non formidavit.

Unde quoniam in ea parte prædicti Joannis nobis fuit jam priden relatum, quod, *cum ipſe & prædictus abbas ſuper quibuſdam* poſſeſſionibus pretis videlicet, terris, & vineis, in certa parte controverſiam moviſſent perſonas, & perfone ille arbitrate *inter illos* fuiſſent: abbas in parte earum recepit arbitrium, & in parte refutavit: nos utique volentes in his partibus ſtudio, ſtatu, fratres Teutonicis, mandavimus, ut prædictum abbatem moneres ad arbitrium illud inconcuſſe tenendum. Quia vero eoſdem eſſe nunc intelligimus, quod non abſcia, fed miles ab arbitrio reſtitvit: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus in unum pariter convenientes, utramque partem ante veſtram præſentiam convocati, ipſos monentes propenſius, & mandantes, ut arbitrium ſuper poſſeſſionibus illis, ſuper quibus in arbitros ſpontanee compromiſerunt, ſtatuer & inconcuſſe obſervent. Si autem arbitrio ſtare noluerint, & fidejuſſores eos non potuerint de jure compellere, ad ipſum ſervandum: vos tam ſuper iis, de quibus arbitrarum eſt inter eos, quam ſuper aliis, de quibus inter ipſos hinc inde quæſtio vertitur, cauam finidiofius audire, & eam amicabili compoſitione, vel mediante juſtitia, finc perfonarum acceptione terminare curetis. Ita quidem quod querimonie memora-

moratus Joannes eidem abbati & fratribus per vio-
lentiam abstulit, super quibus non fuit arbitratum,
ipsum ea reddere appellatione postposita compel-
landis. Si autem præfatus Joannes a vobis extitu-
erit, ad præsentium vestram accedere, vel judicio vestro
parere contempserit: cum appellationis & occasio-
ne remota excommunicationis vinculo innodetis,
& in terra in qua habitat, omnia Divina, præter
baptisma parvulorum, & pœnitentiæ morientium,
prohibeatis officia celebrari. Si qui tamen partium
duxerit appellandum, vos rationes, & allegatio-
nes, quæ hinc inde producentur in medium, dili-
genter & solicite audiatis, vestro quos utraque
pars produxerit, appellatione remota recipiatis,
& eorumdem juratorum depositiones fideliter con-
scribere, & nobis sub sigillo vestro clausas mittere
studeatis: terminum autem quem congruum præ-
figentes quo debeant se cum ipsis antelitantibus
apostolico conspectui præsentare. Ceterum si vos
tres huic negotio non potueritis simul interesse, tu
frater Tornacensis, cum altero vestrum, hæc quæ
dicta sunt maturius exsequamini. Datum Tuscu-
lani, 11. Kal. Decembris.

* ** XXXIII. AD ABBATEM ET FRATRES
Corbeienses.

Ut monsterio de Brana decimam ablatam
restituant.

Alexander papa III. abbati & fratribus Corbeiensibus.

DILECTI filii nostri abbas & fratres ecclesiæ san-
ctæ Mariæ de Brana, transmissis nobis rela-
tione monstrarunt, quod vestra ecclesia quandam non de-
bitatis contra juris æquitatem auferre decimam.
Unde quoniam licet nobis ex voluntate Divinæ
providentiæ ecclesiarum omnium solicitudo in-
cumbit: tic quoque attentiùs agere tam pro provide-
re tenemur, & quæ inordinate aut enormiter fiunt,
considerationæ injuncti nobis officii compellimur
ad statum rectitudinis revocare: nos monasterio
fratri nostro Silvanectensi episcopo, & dilectis filiis
abbati sancti Remigii Remensis hujus rei causam
committimus audiendam, & appellatione remota,
mediante justitia terminandam. Ideoque per apo-
stolica vobis scripta mandamus, quatinus jam di-
ctis abbati & fratribus præscriptam decimam resti-
tuatis, & in pace dimittatis: vel in præsentia præ-
dictorum judicum plenam exinde justitiam, sub-
lato appellationis remedio, exhibeatis, eorum
super hoc judicium suscepturi & inviolabiliter ob-
servaturi. Datum Tusculani, [illegible] Decembris.

* ** XXXIV. AD ABBATEM S. REMIGII,
& B. archidiaconum Remensem.

Litem judicandam committit.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & B. archidiacono Remensi.

CAUDAM, quæ inter Warinum de Wimericurt,
& Isoregem uxoris suæ, super quodam redditu,
cujus partem præfata mulier ad se jure hæreditario asseri pertinere, in præsentia venerabilis fra-
tris nostri Remensis archiepiscopi diutius est agita-
ta, & ad nos per appellationem delata, experien-
tiæ vestræ committimus audiendam, & appellatione
remota fine congruo terminandam. Ideoque di-
scretioni vestræ per apostolica scripta mandamus,
quatinus, cum exinde requisiti fueritis, utram-
que partem ante vestram præsentiam convocatis,
& rationibus hinc inde diligenter auditis & cogni-
tis, eandem causam, sublato appellationis reme-
dio, concordia, vel mediante justitia decidatis.
Datum Tusculani, x. Kal. Novembris.

* ** XXXV. AD ABBATEM S. REMIGII,
& Fulconem decanum Remensem.

Ut causæ abbatis Dervensis, & clericorum sancti
Nicolai Catalaunensis, fint judices.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & Fulconi decano Remensi.

SIgnificaverunt nobis dilecti filii nostri abbas
& fratres Dervenses, quod cum causam, quæ
inter eos, & clericos sancti Nicolai Catalaunensis,
super ecclesia Campi Alberti vertitur, venerabili
fratri nostro Remensi archiepiscopo commisserimus
terminandam: idem archiepiscopus causam ipsam
magistro R. Remensi canonico delegavit. Cum
autem in præsentia ipsius canonici utraque pars
constituta fuisset, prædicti clerici, testes minus
idoneos produxerunt super decimis Campi Alberti,
quas sibi vendicare videbantur. Prædictus vero ab-
bas alios testes idoneos coram eodem canonico ad
præmonitatores fides reprobandos produxit, quos,
sicut asserit, idem canonicus recipere noluit: sed
causam ipsam intendebat protrahere, & utramque
partem sumptuosis contentionibus fatigare. Unde
idem abbas se credens in hac parte gravari, ad no-
stram audientiam appellavit, & appellationi suæ
proxime præteritas octavas Purificationis B. Ma-
riæ terminum præfixit. Quoniam igitur propter ab-
sentiam partium non potuimus de causa cognosce-
re, eam experientiæ vestræ committimus: discre-
tioni vestræ mandantes, quatinus utraque parte
ante vestram præsentiam convocata, eandem cau-
sam fludiosius audiatis, & eam infra xl. dies post
harum susceptionem, sublato appellationis reme-
dio, fine debito terminetis. Si vero eadem causa
alli est forte commissa, vos duo, vel unus vestrum
eam eo, vel eis quibus commissa est, conveniatis:
& litteris illis, sive aliis, si quæ super eadem causa
fint impetratæ, diligenter inspectis, neutris litteris
præjudicantibus veritati, causam ipsam concordia
vel judicio, appellatione propolita, terminetis.
Datum Tusculani, 11. Nonas Aprilis.

* ** XXXVI. AD ABBATEM S. REMIGII,
& Fulconem decanum Remensem.

De pecunia ecclesiis & pauperibus testamento
relicta.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & Fulconi decano Remensi.

EX parte decani Ambianensis, & S. quondam
nepotis I. quondam canonici Ambianensis,
auribus nostris innotuit, quod pecuniam, quam
prior de Alsbatis Villa nuncupatus recepit, idem cano-
nicus per manum jam dicti decani & nepotis suiecclesiis & pauperibus pro anima sua remedio di-
stribendam reliquit. Quo defuncto, cum a præ-
nominato priore decanus, & S. pecuniam præ-
xatam requirerent, eam noluit reddere sed diffugia
quærens, ad audientiam nostram appellavit, qui
nec venit, nec aliquem pro se rationalem transmi-
sit. Quia vero periculosum effet cuilibet, nedum
viro religioso, pecuniam alterius, & illam maxime
quæ pro anima defuncti eorum ecclesiis vel pauper-
bus præcipitur erogari, per violentiam detinere:
discretioni vestræ per apostolica scripta præcipien-
do

do mandamus, quatinus prædictum priorem mo-
nentis, & authoritate nostra districte compellatis,
ut præscriptam pecuniam, centum videlicet lexa-
ginta libras, aut paruum minus, præfato decano &
S. ecclesiis, & pauperibus, secundum quod prædi-
ctus canonicus disposuit, erogandas integre restitu-
tat: vel sub vestræ discretionis examine infra duos
menses plenum sibi justitiam, appellatione remota,
exhibeat. Si vero legitime monitus, neutrum
horum effecere voluerit, in eum canonicum non
differatis exercere censuram. Datum Tusculani,
XVIII. Kalend.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Prior de Alsbatis Villa: i Villa abbatiæ inirio dicta est; quæ possessio eius abbatis S. Richarii, civitis prioratus, in agro Ambianensi, Alsbatis Villa dicta est ad Somonam. Nunc S. priorum eiusm nomen retinet, postquam ad jullas amplitudinis appidum excrevit.

* ** XXXVII. AD ABBATEM S. REMIGII,
& B. archidiaconum Remensem.

Admonuant Suessionensem episcopum, ut subdia-
conum sibi præsentatum investire de ecclesia
sancti Medardi ne amplius recuset: aliosquin ipsi investiant.

Alexander papa III. abbati S. Remigii, & B. archidiacono Remensi.

CONstitutus in præsentia nostra O. subdiaco-
nus, præsentium latur, supplici nobis rela-
tione proposuit, quod cum dilectus filius noster
abbas S. Petri Catalaunensis eum ordinandum in
ecclesia S. Medardi, quæ ad suam dicitur ecclesiam
pertinere, de assensu capituli sui venerabili fratri
nostro Suessionensi episcopo præsentaslet, ut eum
de prædicta ecclesia investiret, & animarum sibi
curam committeret, memoratus episcopus ea facere
recusavit. Verum, quia indecens est & penitus
obvium rationi, ut prænominato subdiacono, sibi
pro multa & honesta petitione causa, plebis cura de-
negetur: discretioni vestræ per apostolica scripta
præcipiendo mandamus, quatinus infra XL. dies
post harum susceptionem, prædictum episcopum
monere, ac propensius inducere studeatis, ut præ-
dictum subdiaconum de prædicta ecclesia investi-
at, & animarum sibi curam committat; aut qua-
re id facere nos debeat, coram vobis rationabilem
causam ostendat. Quod si monitis vestris nolue-
rit parere contempserit, vos nostra freti auctoritate
ipse dictum subdiaconum, omni dilatione & ap-
pellatione cessante, de prædicta ecclesia investitis,
& animarum sibi curam committatis: ita qui-
dem quod memorato episcopo de plebis cura, præ-
dicto vero abbati de temporalibus debeat respon-
dere. Datum Tusculani, III. Non. Februarii.

* ** XXXVIII. AD ABBATEM S. REMIGII,
& Fulconem decanum Remensem.

Causam duarum mulierum judicandam committit.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & Fulconi decano Remensi.

EX transmissa conquestione pauperum domus
de Vitriaco ad audientiam pervenit, quod
cum R. mulier, M. mulierem pro quadam do-
mo, quam idem pauperes ad se asserunt ratione-
biliter pertinere, coram archidiacono Catalau-
nensi transtulit in causam, & archidiaconus pro ea-
dem R. exinde diffinitionis sententiam tulisset: pro-
fata M. ad venerabilis fratris nostri Henrici
Conc. General. Tom. XVII.

Remensis archiepiscopi, S. vero ad nostram audien-
tiam appellavit. Quia vero responsali prædicti R.
veniente, altera pars nec venit, nec aliquem pro
se rationalem transmisit: experientiæ vestræ com-
tam ipsam committimus audiendam, & finem ju-
sto terminandam. Ideoque discretioni vestræ per
apostolica scripta mandamus, quatinus, cum exi-
inde requisiti fueritis, in unum partes convenien-
tes, utramque partem ante vestram præsentiam
convocetis: & rationibus hinc inde auditis & pie-
nius cognitis, eandem causam, sublato appellati-
onis remedio, mediante justitia terminetis. Da-
tum Tusculani, VIII. Kal. April.

* ** XXXIX. AD ABBATEM S. REMIGII,
& B. archidiaconum Remensem.

Ut debita ecclesiæ pecunia restituatur.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & B. archidiacono Remensi.

QUerelam I. clerici præsentium latoris acce-
pimus, quod I. de Hospitio clericum vi-
tiralibus constanter exhibere, quas in pre-
sentia mustrorum ei & debere publice recognovit,
& alia plura incommoda ibi non debitat irroga-
re. Unde, quia universis ex officii nobis debito
in suo tenemur adesse: discretioni vestræ per apo-
stolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus
prædictum I. de Hospitio monete curetis, & autho-
ritate nostra districte compellere, ut jam dicto
clerico præscriptam pecuniam sine molestia & di-
minutione restituat, & de illatis injuriis congrue
satisfaciat: aut eandem causam vestræ, fu-
blato appellationis remedio, infra quindecim
plenitudinem exhibere, & vos causam audiatis, &
appellatione cessante, fine debito terminetis.
Datum Tusculi, VI. Kal. Maji.

* ** XL. AD ABBATEM S. REMIGII,
ET DECANUM REMENSEM.

Ut damnas Aquicinensis monasterio illatas reparen-
tur: & ut abbatissa S. Michaelis excommunicatis
sepulturam non præbeat: si prebuit, extumulet.

Alexander papa III. abbati S. Remigii, & decano Remensi.

DIlectus filius noster A. Aquicinensis ecclesiæ
abbas, transmissis nobis litteris intimavit,
quod quamdam de Gardino inter altas questiones &
injurias, quas illi, & ecclesiæ suæ irreverenter di-
cebatur inferre, eis quondam decimam terræ Vico-
nensis ad jus patronatus ipsius pertinentis, injuste
auferre præsumpsit. Abbatissa vero & monialies S.
Michaelis Virlensis quandam ecclesiam suam, S.
Martini videlicet, parochianis suis spoliant, & a
jure ipsius illicite sibi usurpantes, parochianæ
præfati abbatis pro suis excessibus excommunica-
tos, & ab ecclesiæ liminibus sequestratos, ad Divi-
na officia recipiunt, & defunctis etiam sepultu-
ram. Unde quoniam viris religiosis permodum
existit ea committere, quæ pericula parirunt anima-
rum: discretioni vestræ per apostolica scripta præ-
cipiendo mandamus, quatinus infra viginti dies
post harum susceptionem, prænominatas perso-
nas monestis, & districte compellatis, ut prædicto
abbati & ecclesiæ suæ jura sua integra & illibata
dimittant, & abbatissa sine molestia & difficultate
restituant, vel in præsentia vestra, sue justitiæ ple-
nitudinem appellatione remota exhibeant. Ad
hæc quoniam ecclesiastica sacramenta eis penitus
sunt deneganda, qui a communione fidelium suis

peccatis sunt exigentibus sequestrati: nihilominus præsentium authoritate injungimus, ut præfatæ abbatissæ & monialibus Sanctuarii, sub pœna ordinis & officii sui prohibeatis, ne quoslibet excommunicatos ad Divina officia vel sepulturam recipere audeant, & si quos excommunicationis vinculo innodatos sepelierint, eos, appellatione & occasione remota, de tumulare, & de cœmeterio ejicere non postponant. Datum Tuscul. v. Idus Novemb.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

A. Aquilinenſis abbas. Alexander. Auctorium Sigeberti a Miræo editum. *Anno MLXX. ubi Baldoinus IV. comes Hagenoſis, & ab Alexandro abbate Aquicinctenſi in excelſa S. Mariæ dedicatio ſpectatur.* Monaſterium eſt ordinis S. Benedicti in dioceſi Atrebatenſium qua & agro Virmatenſi.

B

*** XLI. AD ABBATEM S. REMIGII Remenſis, & priorem S. Martini de Campis.

Cauſam abbatum duorum judicandam committit.

Alexander papa III. abbati ſancti Remigii Remenſis, & priori ſancti Martini de Campis.

EX tranſmiſſa conqueſtione G. abbatis de Gardo ad aures noſtras pervenit, quod abbas & canonici eccleſiæ S. Petri de Serenicuri monaſterium ſuum quodam tertio injuſte propter martirionem miniſtrationum ſpoliarunt, & ipſum illicite detinent occupatum. Quia vero inter viros religioſos non debet diſſenſionis ſcrupulus remanere, aut materia jurgiorum, quos quidem convenit fraternæ contemplationi vacare: vobis, de quorum prudentia & honeſtate confidimus, cauſam ipſam committimus audiendam, & debito terminandam. Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, cum exinde requiſiti fueritis, in unum pariter convenientes, utramque partem ante veſtram præſentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eamdem cauſam infra duos menſes, ſublato appellationis remedio, concordia, vel mediante juſtitia decidatis. Ita quidem, quod & hinc inde conſtituti prædictum abbatem a præſcripta terræ ſuiſſe poſſeſſione contra rationem ejectum, ei prius poſſeſſionem ipſam appellatione remota reſtitutis reſtituat. Si vero hinc rei vos ambo intereſſe non poteritis, alter non minus in eadem cauſa procedat. Datum Tuſculani, 12. Kal. Decembris.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Abbatis de Gerde.) Ordinis Ciſtercienſis in diœceſi Ambianenſi, ad quam tertiam pertinet annotationis, ordinis Prymonſtratenſis.

*** XLII. AD PRÆPOSITUM ET DECANUM REMENSEM.

Ut decimæ reſtituantur clerico, cui eas pater ſuus, olim emptas, eleemoſynæ nomine dederat.

Alexander papa III. præpoſito & decano Remenſi.

EX tranſmiſſa conqueſtione Stephani clerici de Roi acceptatum, quod cum pater ſuus quaſdam decimas, quas jure hæreditario poſſidebat, voluiſſet pro ſuæ animæ ſalute, ſibi in eleemoſynam dediſſe, Radulfus traditor eas ſub temerario ſibi vendicatæ præſumpſit. Cumque monitus clericus præfatum R. in præſentia venerabilis fratris noſtri archiepiſcopi veſtri conveniſſet, ut coram eo juſtitiam obtineret: compulſus eſt ad noſtram audientiam appellare. Verum, licet pater ſuus eas de jure ſibi dare non potuiſſet, quia tamen tutius ut idem clericus ipſas habeat, quam ad laicum devoluantur: diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus, ſtita eſt, infra xl. dies poſt harum ſuſceptionem, memoratum R. moneatis & diſtricte compellatis, ut perceptas decimas prænominato clerico ſine diminutione reſtituat, & de percipiendis nullam ſibi moleſtiam inferat, vel gravamen: ita tamen, quod poſt deceſſum prædicti clerici præſcripte decimæ eccleſiæ, ad quam de jure pertinere noſcuntur, reſtitui debeant, pacifice que dimitti. Quod ſi monitis noſtris parere contempſerit, ipſum uſque ad earumdem reſtitutionem excommunicationis vinculo, omni appellatione remota affringatis. Datum Tuſcul. 111. Idus Junii.

*** XLIII. AD ABBATEM & CAPITULUM SANCTI REMIGII.

Ut Mr. clerici de aliquo beneficio eccleſiaſtico providendi.

Alexander papa III. abbati & capitulo S. Remigii.

PAſtoralis cura & ſolicitudo, quam licet immeriti diſponente Domino gerimus, nos admonet propenſius & hortatur, ut pro religioſis, & præſertim pro his qui nullum habent eccleſiaſticum beneficium, & funt bonæ opinionis & famæ, ſolicitos ſemper & ſtudioſos eſſitare, & eccleſiarum poſſe ſtatue ut eis in competentibus beneficiis providenter, propenſius invitare. Hac itaque ratione inducti, & de veſtra nihilominus devotione confiſi, pro dilecto filio noſtro M. clerico, latore præſentium, qui aſſerit, ſe ſtudium eccleſiæ veſtræ devotum, cujus mores & converſationem dilecti filii noſtri fratres noſtitiæ Templi, circa quos eſt converſatus, pluribus commendant, exiſtenti veſtræ preces affectioſas porrigimus: devotionem veſtram per apoſtolica ſcripta rogantes attentius, monentes, atque mandantes, quatinus eidem clerico, Divini amoris intuitu, & pro reverentia B. Petri aconoſtra, in aliquo beneficio eccleſiaſtico ſibi competenti, unde vitæ neceſſaria in veſtra ſemper devotione poſſit honeſte percipere, liberaliter providere: ut liberalitas & devotionis veſtra exinde commendabilis debeat apparere; nos quoque vobis, propter hoc uberes gratiarum actiones exſolvetes, preces & petitiones veſtras, cum ſe opportunitas obtulerit, libentius & effacius admittamus. Datum Tuſculani, v. Idus Auguſti.

*** XLIV. AD REMORUM ARCHIEPISC.

Ut cuique idoneo liceat ſcholas regere.

Alexander papa III. Remorum archiepiſcopo.

DIlectus filius noſter abbas S. Petri de Montibus, tranſmiſſa nobis relatione monſtravit, quod magiſter ſcholarum Parisiacæ eccleſiæ in terra jam dicti abbatis ſibi ſcholarum magiſterium vendicat, & nullum per abbatem ibi regere ſcholas permittit. Unde quoniam, cum donum Dei ſit ſcientia litterarum, libertum deber eſſe cuique talentum gratis cui voluerit erogare: fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus tam abbati, quam magiſtro ſcholarum præcipias, ne aliquem prohum & litteratum virum regere ſcholas in civitate, vel ſuburbiis, ubi voluerit, aliqua ratione prohibeant, vel interdicere quæ libet libet occaſione præſumant. Non enim debet venale eſſe quod, quod munere gratiæ cœleſtis acquiritur: ſed gratis debet omnibus exhiberi, ut impleatur quod ſcriptum eſt: *Gratis accepiſti, gratis date.* Verum licet idem magiſter ſcholarum, illud ibi forte in civitate ipſa obtentu præve conſuetudinis vendicet: hoc in terra abbatis non poteſt aliquatenus vendicare. Datum Tuſculani, Idibus Julii.

Matth. 10.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Liberum debet eſſe.) Quod de magiſtris hoc loco cenſet Alexander III. id ipſum de ſcholaribus ſtatuit Alexander IV. pro Dominicanorum ſchola in hæc verba ſcribens epiſcopo Parisiensi: *Inſuper Universitati, ne ſcholares omnes, tam religiosi de prælatorum ſuorum licentia Parisiis gratia ſtudii quandiu commorantes, quam etiam ſæculares, ubi eumque voluerint, lectionibus vel prædicationibus audiendis, five quæſtionibus diſputandis, libere valeant intereſſe.*

A

B

*** XLV. AD CLAREVALLENSEM ET S. REMIGII ABBATES.

Ut Dervenſe monaſterium reforment.

Alexander papa III. Clarevallenſi & ſancti Remigii abbatibus.

CUm dilectum filium noſtrum Dervenſem abbatem propter diſſipationes bonorum monaſterii ſui, & diffolutionem, quam per eumdem abbatem audiveramus jampridem factam fuiſſe, ad rationem poſuiſſemus: ipſe ſe ſuper his coram nobis, & fratribus noſtris prudentes & laudabiliter excuſavit, aſſerens quod cum multitudo Brabentium partem quandam terræ monaſterii ſui hoſtiliter invaſiſſet, & ad reliquam occupandam intenderet; coactus eſt debita plura contrahere, ad terram ipſius monaſterii poſſet ab illius inique gentis manibus liberare. Adjecit inſuper, quod reditus ejuſdem monaſterii quibuſdam perſonis aſſignavit, ut ex his eadem debita perſolvantur, & quod nec in his culpa ſua gravatum ſit idem monaſterium, nec in aliis diſſolutum. Ceterum, quoniam hæc nobis non conſtant, horum cognitionem & correctionem experientiæ veſtræ, de qua plene confidimus, duximus committendam: diſcretioni veſtræ præcipiendo mandantes, quatinus ad monaſterium ipſum præmiſſa accedentes, rei veritatem diligenter & ſolicite inquiratis, & quæ in abbate, & monachis invenerit eſſe corrigenda, authoritate noſtra, ſublato appellationis remedio, adhibita gravitate & modeſtia corrigatis. Quod ſi moveritis monaſterio expedire, ut aliqui ex monachis ipſius loci amoveantur, eos inde authoritate noſtra, appellatione ceſſante, amovere minime differatis, & alios de religioſis illic inſtituatis: in his ſuper his diligentes & providi exiſtentes, quod fiducio & diligentia veſtra in meliorem ſtatum jam dictum monaſterium authore Domino reformetur, & ſolicitudo ac vigilantia veſtra preconia multæ digna commendationis exſiſtat. Reditus vero ipſius & monaſterii perſonis, quibus pro ſolutione debitorum ſunt aſſignati, ſi ſolutioni debitorum convenienter non interſint, eos eoldem reditus bene diſpenſant, authoritate apoſtolica auferatis, & eos perſonis aliis cum conſilio abbatis & fratrum monaſterii, qui magis providi fint & diſcreti, aſſignare curetis: per quorum ſtudium & providentiam celerius & convenientius eadem debita perſolvantur. Si qui autem ex ipſis abbat & monachi, vobis in his contumaces fuerint, vel rebelles, eos quo minus mandatum noſtrum in hac parte adimplere poſſitis: in eos auctoritate noſtra, ſublato appellationis remedio, canonicam ſententiam proferatis: qua non ſententiam, quam in ipſos canonice protuleritis, authore Domino ratam & firmam habebimus. Datum Tuſculani, v. Kal. Junii.

NOTA JAC. SIRMONDI S. J.

Molitrede Arebrunionum.) Qui vel ſua ſponte, vel alterius ſuſpicitur vendaſſi, per hæc temporis intervalles omnia populabantur, & diripiebant, nec monaſteriis parcebant: ut eſt in concilio Lateranenſi Alexandri papæ, cap. XXII.

C

*** XLVI. AD ABBATEM S. REMIGII, & Fulconem decanum Remenſem.

Litem judicandam committit.

Alexander papa III. abbati ſancti Remigii, & Fulconi decano Remenſi.

D

COnſtitutus in præſentia noſtra Conſtantius ſubdiaconus lator præſentium, ſua nobis conqueſtione monſtravit, quod G. de Poegni quandam domum ſuam ſeam in villa de Poegni violenter ſibi abſtulit, & injuſte detinet occupatam. Unde cum uterque eſſet propter hoc in præſentia dilecti noſtri R. canonici Remenſis conſtitutus: præfidibus ſubdiaconus tamen ſe præparavit, ad noſtram audientiam appellavit. Verum quoniam ea convenientia inter nos pro tempore, aliquem ex his refpondalem tranſmittit: cauſam ipſam experientiæ veſtræ, de qua plene confidimus, committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus, cum exinde requiſiti fueritis, utramque partem ante veſtram præſentiam convocetis, & rationibus hinc inde diligenter abditis & cognitis, eamdem cauſam infra xl. dies poſt harum ſuſceptionem, ſublato appellationis remedio, concordia vel juſtitia terminetis. Dat. Tuſculi vi. Kal. Septemb.

E

*** XLVII. AD .....

Cauſam judicandam committit.

Alexander papa III.

EX tranſmiſſa conqueſtione Euronii meminimus, nos cauſam que inter eumdem Euronium & Rolandum vertitur, experientiæ tuæ committere. ſed quia ſuam accepimus, quod in eodem cauſa juxta tenorem mandati noſtri proceſſiſti: præſentibus R. falſa ſuggeſtione ab apoſtolica ſede literas obtinuit: magiſter Joannes vero prædictum Euronium in tuis excommunicationis innodavit. Quoniam igitur ſententia non poteſt, ſicut non debet, tenere: diſcretioni tuæ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus prædictum Euronium noſtra fretus authoritate abſolutum publice denuncies, & præfatum R. de cetero non audias, neque appellationem ejus ad præſentium noſtrum ullo modo recipias, & rei veritate a venerab. fratre noſtro Catalaunenſi epiſcopo diligenter inquiſita, R. & Salannum uxorem ejus inſtanter commoneas, & diſtricte compellas, ut infra viginti dies poſt harum ſuſceptionem, omni contradictione & appellatione remota, ſupradicto Euronio res & expenſas ſuas reſtituant. Si autem monitis tuis obtemperare contemplerint, eos vinculo excommunicationis affringas. Poſſea ſi idem R. adverſus Euronium agere voluerit, coram venerabili fratre noſtro Catalaunenſi epiſcopo ordine judiciario exſequatur, & ipſe cauſam audiat, & debito fine decidat. Datum Tuſculani, vi. Idus Auguſti.

F

G

A

B

C

D

E

F

G

*** XLVIII. AD ABBATEM S. REMIGII, & Fulconem decanum Remensem.

Causam judicandam committit.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & Fulconi decano Remensi.

EXparte cujusdam mulieris filiastræ nobilis viri R. militis de Vilario, nobis est auribus intimatum, quod cum ipsa quondam rediret, qui terragia dicuntur, G. avunculo suo canonico Ambianensis ecclesiæ, pro xxx. libris jampridem pignori obligasset: idem canonicus redditos suos illi restituere contradicit, licet ultra sortem suam pleraque deductis expensis recepisse dicatur. Quoniam igitur in laicis, nedum in clericis, detestabile & horrendum existit usurarum crimen, utpote utriusque testamenti pagina condemnatum: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus utraque parte ante vestram præsentiam convocata, exinde rei veritatem diligenter inquisitis, & si ita vobis constiterit, memoratum canonicum monendo, & nostra authoritate districtius compellatis, ut præscriptos redditus supradictæ mulieri, & appellatione cessante, sine qualibet exactione restituat, & in pace dimittat. Quocirca vero aliae, si quæ hinc inde verteruntur, studiosius audiatis, & eas concordia, vel mediante judicio decidatis.

Datum Tusculani IV. Non. Maji.

*** XLIX. AD EOSDEM.

Causam judicandam committit.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & Fulconi decano Remensi.

CAusam quæ inter R. de Vilers, & Amilium militem de Becliso super dote uxoris prædicti R. diutius est agitata, & ad nos fuit deducta per appellationem delata, experientiæ vestræ, de qua plene confidimus, committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus pollo quam evidue requisiti fueritis, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eamdem causam, si vobis constiterit eam ad nos per appellationem delatam fuisse, ablato appellationis remedio, concordiæ, si quam inter vos fuerit, deridatis. Nihilominus etiam per hæc scripta authoritate mandamus, ut aliæ querelæ de quibus vobis adversus se propoluerint audiatis, & eas commissa vel judicio terminetis. Si autem hoc causa aliquam potuerit impedire, aliter verbum eidem caulæ, prout dictum est, finem imponere non postponat.

Datum Tusculani v. Non. Maji.

*** L. AD EOSDEM.

Causam judicandam iis committit.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & Fulconi decano Remensi.

EX litteris quas nobis venerabilis frater noster Henricus Remensis archiepiscopus destinavit, evidenter accepimus, quod Balduinus de Aigne Hierosolymam profectarus, cuidam forori sue viduæ Agneti nomine, quæ in domo suo manebat, tres modios frumenti, & unum avenæ, de decima sua annuatim percipiendos concesserit. Mortuo vero eodem B. in peregrinatione, Girardus de Landas, qui ejus Balduini filium in matrimonio duxerat, pretatus Agneti jam dictos modios frumenti & avenæ violenter auferre non dubitavit. Unde cum idem Girardus ad curiam ipsius archiepiscopi appellatus, & mulier partes, in eadem archiepiscopi essent præsentia constituti: mulier reflex legitimos & idoneos produxit, & adjudicatis ibi præfatis quatuor modiis, de quibus controversia vertebatur, ab eodem archiepiscopo in cumulum fuit redditus pagina condemnatum: discretioni vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus partibus ante vestram præsentiam convocatis, super his rei veritatem studiosius inquiratis: & si invenerit præfatum pignoratitium chirographum in conspectu clericorum & laicorum ductile, & rata causa tantam præfatis scholaribus injuriam intulisse, aut ipsi ita inconte anthemati subjecisse, ipsum, auctoritate nostra, sublato appellationis remedio, de tanta levitate, præsumptione, & audacia, dure & aspere punitatis: & si vobis constiterit eos hoc compleviste, in aliquos præditorum scholarium, qui essent clerici, violentas manus injecisse, ipsos, authoritate apostolica freti, omni contradictione & appellatione postposita, publice excommunicatos denuntietis, & fortiatis fuse excommunicatos cautius evitari: donec pafsis injuriam congrue fatisfecerint, & cum vestra cum collegio literarum apostolico fe confpecturi repræsentent; & prohibetis omnibus, ne præfatos scholares contra libertatem eorum in aliquo molestare audeant vel gravare, quandin coram magistro suo parati sunt justitiæ flare.

Datum Tuscul. vi. Idus Novemb.

*** LII. AD ABBATES S. REMIGII, ET S. DIONYSII E REMENSIS.

Causam judicandam iis committit.

Alexander papa III. sancti Remigii & sancti Dionysii Remensis abbatibus.

CAusam quæ inter G. Remensem & A. mulierem super quadam domo coram dilecto filio nostro B. archidiacono Remensi diutius est agitata, & de jure delata, ad nos per appellationem delata experientiæ vestræ committimus audiendam, & appellatione remota, fine congruo terminandam. Idcirco discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatinus, cum eadem requisiti fueritis, utramque partem ante vestram præsentiam convocetis, & si cognoveritis causam eandem ad nos per appellationem fuisse delatam, rationibus hinc inde auditis, & cognitis, eamdem causam, sublato appellationis remedio, concordia vel judicio terminetis.

Datum Tuscul. xvi. Kalend. Aprilis.

*** LIII. AD PRESBYTEROS & CLERICOS parochiarum ad monasterium S. Petri de Montibus pertinentium.

Ne parochianos suos in ecclesiis suis fepeliant: sed in monasterio S. Petri de Montibus fepelianture.

Alexander papa III. presbyteris & aliis clericis parochialium ecclesiarum ad monasterium S. Petri de Montibus pertinentium.

PErvenit ad nos, quod cum habitatores parochiarum vestrarum ex antiqua consuetudine apud monasterium S. Petri de Montibus confuevere fepelri, vos contra confuetudinem illam corpora defunctorum in vestris ecclesiis fepelitis.

QUoniam igitur non decet vos præscripto monasterio vinculum jurisdictionis auferre, cui juxta vires debeati filii integra conservare debeatis: per apostolica vobis scripta præcipiendo mandamus, quatinus, si ita est, in ecclesiis vestris nominem de habitatoribus ipsius ad sepeliendum recipere præsumatis, nisi apud vos elegerint fepelri: nec quemquam de cetero latenus infra muros ecclesiarum vestrarum fepeliendum permittatis, quia id indignum est, & ab institutione ecclesiastica penitus alienum.

Datum Tuscul. Non. Febr.

*** LIV. AD WILLELMUM SENONENSEM archiepiscopum, & suffraganeos ejus.

De canonizatione S. Thomæ Cantuar. archiepisc.

Alexander papa III. Willelmo Senonensi archiepiscopo, & suffraganeis ejus.

RErdolet Anglia fragrantia, &c. *Extat supra eisdem plane verbis data ad omnes Christi fideles pag. 105.*

Datum Tuscul. IV. Non. Aprilis.

*** LV. AD ABBATEM S. REMIGII, ET DECANUM REMENSEM.

De controversia monasterii Virtuensis cum Man. presbytero.

Alexander papa III. abbati sancti Remigii, & decano Remensi.

DIlecti filii nostri I. sanctæ Mariæ Virtuensis abbatis, de quibusdam gravaminibus ecclesiæ suæ illatis nobis super questis acceptimus: quæ tanto citius hoc debito volumus terminari, quanto fe ecclesia majori pauperiate laborat, & abbas ecclesiæ negotia minus poteli pro imbecillitate virium fuffinere. Quocirca eft enim, quod Man. presbyter ecclesiam de Alvesiolo, a bonæ memoriæ B. Catalaunensi quondam episcopo ecclesiæ Virtuensi concelsam, ad nos absque ejus & præfatæ abbatis & de restitutione conventus, ad appellationis diffugium fe dicitur contulisse: fed nec per se, nec per alium præsentium suam exhibere curavit. Ab Eur. etiam de Colonejo decimas laborum fuorum, & eenfum annuum domus fuæ, *de S. R. de Colonejo & fratribus qui terram ejus colebant* ecclesiæ pertinentes contra justitiam detinet. G. etiam de Bergerius in molendino apud Clamagnam duodecim annonæ fextarios sidem præsumit auferre: & fæpe communicatos reddere contradicit. Unde quia plurimum de vestra difficultate confidimus, & præfatus abbas non parum indiget ecclesiæ præsidio confoveri: per præsentia vobis scripta mandamus, quatinus fupradictas res, & partem ejusdem abbatis ante vestram præsentiam convocatis, & quoties ecclesiæ ac rationibus partium inquisitis diligenter & cognitis, ita eis finem debitum imponatis, ut prænominatus abbas laborare diutius pro defectu justitiæ non cogatur. Si autem illi aut copiam fui facere, aut judicio vestro ftare contemperint: cenfura eos ecclesiastica compellatis, episcopo eorum ex parte nostra denunciantes, ut latum in eos fententiam, usque ad condignam fatisfactionem, faciat observari. Porro, quia fupranominatus M. presbyter appellationem fuam, ut dicitur, profequi non curavit: causam illam, fi hoc ita constiterit, appellatione remota terminari mandamus.

Datum Beneventi v. Idus Febr.

LVI. AD ABBATES S. REMIGII, A ET S. NICASII.

Causam judicandam committit.

Alexander papa III. sanctis Remigii & sancti Nicasii abbatibus.

EX transmissa relatione E. mulieris accepimus, quod cum G. ab ea quinquaginta quinque libras Remensis monetæ influxerer exigeret, illa proponente quod marito suo, dum esset in patria, idem G. jam dictam pecuniam condonasset, super hoc ad audientiam venerabilis fratris nostri Remensis archiepiscopi causa fuit deducta: cujus examine nullier ad nostram audientiam appellavit. Quia vero B mulierc nuncium fuum destinante, altera pars nec venit, nec aliquem pro fe refpondalem tranfmifit: experientiæ veftræ, de qua plene confidimus, cauſam ipſam committimus audiendam, & fine debito terminandam. Ideoque diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus cum extitit fueritis requiſiti, viris diſcretis & honeſtis vobis aſciſtis, utramque partem ante veſtram præſentiam convocetis, & rationibus hinc inde plenius auditis & cognitis, eandem cauſam, appellatione remota, meſſatne juſtitia decidatis. Si autem adverſarii G. legitime citati, ad præſentiam veſtram venire, vel judicio veſtro parere contempſerint, eos auctoritate noſtra eccleſiaſtica cenſura compellatis. Datum Tuſculani, XIII. Kalend. C Junii.

APPENDIX SECUNDA.

Epiſtolarum Alexandri Papæ III.

Ex Tomo IV. collectionis Duchesianæ Franc. hiſtorio.

I. AD GISLEBERTUM CISTERCIENSEM abbatem, & reliquos ejuſdem ordinis.

Eorum inſtituta confirmat, & privilegiis ornat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Gisleberto Cistercienſi, & cæteris abbatibus & monachis eam profeſſionem quam futuris, regulariter vitam & inſtituta Cistercienſis ordinis profeſſis, in perpetuum.

Manſ. epiſt. in multis codicibus ex antiq. Lucæ Tudens. Rigordi ſcriptis.

SACROſancta Romana eccleſia, ſicut in B. Petro apoſtolorum principe a Domino promiſſionem obtinuit, quod univerſalis eccleſiæ fundamentum exiſteret, & præceptum accepit, ut Chriſtianæ fidei profeſſores in fide & religione, omnique ſanctimonia confirmaret: ita pro univerſarum eccleſiarum profectibus ſollicitam ſe ſemper exhibuit, & de inſtituendo, confirmando, & providendo in omnibus eccleſiis cultu facræ religionis, E fuit omni tempore ſtudioſa, ita ut ab ea ſicut a fonte ad univerſas eccleſiæ filios fit religio derivata: & quod ab aliis qui Spiritus primitia acceperunt, religioſæ ac ſalubriter inſtituta eſt, per eandem immutabilem acceperit firmitatem.

Inde eſt, dilecti in Domino filii, quod facræ religionis veſtræ opinione, tanquam agri pleni cui benedixit Dominus, provocati, religioſis precibus veſtris benignum impertimur aſſenſum, & regulares inſtitutiones veſtras auctoritate apoſtolica confirmamus. In quibus ſub certis capitulis quæ inferius annexa fant decrevimus exprimenda.

Primum quidem, ut in omnibus monaſteriis veſtris, ſicut in Ciſtercienſi eccleſia, B. Benedicti regula perpetuis temporibus obſervetur, & in electionem ejus nullus de ordine veſtro præter ſimplicem & communem intelligentiam quemlibet alium ſenſum inducat: ſed ubi auctoritatem, & ſicut quæque diffinita noſcuntur, intelligantur ab omnibus, & inviolabiliter obſerventur, & eardem penitus obſervantiæ, idem cantus, & iidem libri qui ad eccleſiaſticum officium pertinent, per omnia monaſteria veſtri ordinis teneantur. Nec aliqua omnino eccleſia vel perſona ordinis veſtri adverſus communia ipſius ordinis inſtituta privilegium aliquod poſtulare audeat, vel obtentum quomodolibet retinere.

Deinde ut nulla eccleſiarum veſtrarum, ei quam genuit, aliquam terræ commoditatis ſeu rerum temporalium occaſionem imponat; nil quod eam gravet, nil quod ejus ſubſtantiam minuat, ejus eam agere diſponat: nec, dum abundare de alterius pauperrate cupit, avaritiæ malum, quod ſecundum apoſtolum idolorum ſeruitio comprobatur, exitare non poſſit. Quram tamen animarum abbas matris eccleſiæ ſit ea, gratia caritatis, ſibi retineat: ut ſi quando a fancto propoſito & obſervantia ſanctæ regulæ declinare, quod abſit, tentaverit, per ejus ſollicitudinem ad rectitudinem vitæ redire poſſit.

Item ut omnes abbates ordinis veſtri ſingulis annis ad generale capitulum Ciſtercienſe, poſpoſita omni occaſione excuſationis illis ſtatutis exceptis quos a labore vie infirmitas corporis retrahendavit; qui tame idonenm nuacium delegare debebunt, per quem neceſſitas remorationis eorum capitulo valeat nunciari: ſi his item exceptis, vel in remotioribus partibus habitantes, fuæ grandi & evidenti difficultate ſingulis annis ſe nequiverint capitulo præſentare. Qui nimirum ſecundum tempus tenant, quod in ipſo eis capitulo fuerit inſtitutum. Quod ſi aliqua controverſia inter aliquos abbates ordinis veſtri emerſerit, vel de aliquo eorum tum gravis culpa fuerit prolata, ut ſuſpenſionem, vel etiam depoſitionem mereatur: quidquid exinde a capitulo fuerit ſecundum veſtrum ordinem diffinitum, ſine retractatione aliqua obſervetur. Si vero pro diverſitate tenentiarum in diſcordiam cauſa deveneriť, illud irrefragabiliter teneatur, quod abbas Ciſtercienſis aut pro tempore fuerit, cum his qui ſantoris conſilii & magis idonei apparuerint, judicabit.

Hoc obſecro, ut nemo eorum, ad quos ſpeciaIiter cauſa reſpexerit, diſtinctioni debeat interſe. Si quis autem abbas prolimitatæ vel puſillanimitate ſua ſe videre ab abbatiæ ſuæ ordine relaxandum, ab abbate domus illius, unde ſua proceſſit, humiliter poſtulet relaxari. Qui tamen petitioni ejus non leviter adquieſcat, nec quoquam ſua auctoritate efficiet: ſed congregatis aliquantis abbatibus ordinis veſtri, cum eorum conſilio peraget, quod inde partuer videritin adimplendum.

Si quis autem abbatum ordinis veſtri, vel ipſius ordinis preyaricator, aut commiſſorum ſibi fratrum vitiis conſentiens apparuerit: abbas matris eccleſiæ per ſeipſum, vel priorem ſuum, vel quomodolibet non verit expedire, cum ad id ſecundo vel tertio monuerit uſq; quater. Quod ſi culpam ſuam correxerit, vel a ſuſcepæ proviſionis officio cedere forte noluerit: aliquanti abbates ordinis veſtri in nomine Domini aggregentur, & communicato conſilio, ſi viderint opportunum, cum a regimine ſubmoveant abbatie: ac poſtmodum alter qui dignus eſt, conſilio & voluntate partis abbatiæ, a monachis domus illius cum abbatibus, & qui ad eam pertinent, eligatur. Si autem is qui deponitur, vel monachi ejus, datę in eum ſententię contumaciter decreverint

A Vatic. edit. quam... ſe Bullarium. Matthæus.

rint

rint relaxandum: abbas matris eccleſiæ, cæterique abbates plenam habeant poteſtatem cenſuras eo diſtrictionis eccleſiaſticæ coercendi. De quibus ſane ſi quis reverſus ad eos, & de ſua contumacia reſipiſcens, mariis ſue miſericordiam poſtulaverit humiliter, ſicut filius pœnitens recipiatur.

Quomodo autem, aliqua eccleſiarum veſtrarum abbate propriis finibus deſtituta: pater abbas de cujus domo domus illa exiit, omnem curam habeat ordinationis domus illius, donec in ea abbas aliut eligatur. Electus autem nullo archiepiſcoporum vel epiſcoporum emancipatus, vel quaſi abbatibus tradatur: Sed nec poſt factam archiepiſcopo vel epiſcopo loo profeſſionem, oceaſione ejus ordinis ſui conſtitutionem tranſgrediatur, vel in aliquo prævericator ejus exiſtat.

Præterea, ſi forte abbates ordinis veſtri matrem veſtram Ciſtercienſem eccleſiam a facre religionis obſervantia neceſſarie perſpexerint: ipſius loci abbatem per quatuor primos abbates, de Firmitate, de Pontiniaco, de Clarevalle, & de Murimundo, ut corrigatur, & ſubditus ſuo corrigere laboret, ammoneant, & omnia quæ de aliis abbatibus ſupra dictimus circa eum adimpleant. Excepto quod ſi ſponte abbatem reliquerit, nec deponere cum nec, ſi contumax apparuerit, excommunicationis ſententia poterunt innodare: donec vel in generali capitulo, vel, ſi illud vilum fuerit fine grandi periculo expectari non poſſit, convocatis abbatibus qui de Ciſtercio exierunt, & aliquibus etiam aliorum, virum inutilem ab officio abbatis amoveant, C & tam ipſi quam abbates & monachi Ciſtercienſes aliam idoneam abbatem ei ſtatuant ſubrogare. In illum porro, qui depoſitus fuerit, & monachos ejus, ſi recalcitrare præſumpſerint, ſententiam ſeveritatis eccleſiaſtice non dubitent promulgare. De quibus poſthæc ſi aliquis cuilpam ſuæ contumaciæ recognoſcens, ad aliquam quatuor prædictarum eccleſiarum ſe ſalutis cauſa contulerit: ſicut domeſticus recipiatur, quoad ulque, prout conveniens fuerit, ſue reſtituatur eccleſiæ. Interim autem annuus abbatum conventus non apud Ciſtercium, ſed ubi a quatuor primo nominatis abbatibus prævilum fuerit, celebretur.

Quoniam autem Ciſtercienſis eccleſia mater eſt omnium veſtrum, & aliam patrem abbatem ſuper D ſe non habet, ſicut ad eandem & ordinis cuſtodiam ratuallis: per eoſdem abbates annuus ibi fiat viſitatio, & ad ſuggeſtionem eorum, ſi quid inveniri, emendandum. Sed & quoties ſine abbate propriis ſuis Ciſtercienſis extiterit: ad ipſos quatuor ejus circa reſpiciat, & tam ab eis quam ab aliis abbatibus ad Ciſtercium pertinentibus, qui per dies ad minus XV. fuerint convocati, & a monachis Ciſtercii, perſona idonea eligatur.

Liceat autem eniamque matri eccleſiæ ordinis veſtri tam de monachis, quam de ipſis abbatibus eccleſiarum, quæ ab ipſa proceſſiſſe noſcuntur, ſi hi quemcunque voluerint, ſi tamen ordinem exercuerit, aſſumere in abbatem. Perſonam autem de alio E ordine nulla eccleſiarum veſtrarum ſibi eligat in paſtorem, ſeu nec veſtri ordinis aliquis in abbatem aliut alterius ordinis monaſterio ordinetur.

Hæc igitur de multis inſtitutionibus ordinis veſtri exceripſimus, & propriis curavimus capitulis deſignare. Adjicientes, ut nullus epiſcoporum abbatiæ veſtri grangiis veſtris + aliqua religioſorum ſeu ſecularium habitatione, unde vobis inquietatio poſſit provenire, ſuperindicari permittat: ſed cui qui ſuperindicatæ tentaverint, nec id facinat, ab epiſcopis, quorum diœceſani ſunt, ſub anathematis interminatione prohibeant. Nemo etiam

+ *Forte, ali-quas... ſe Bullarium. Matthæus.*

a profeſſis vetres, monachos, vel converſos, ſine licentia abbatum ſuorum recipiat, aut ſuſceptos audeat retinere.

Quia vero ſingula quæ ad religionis profectum & animarum ſalutem regulariter ordinatis, præſentis abbreviationi nequierunt annecti: nos cum his quæ præſcripta ſunt, omnia quæ continentur in charta veſtra, quæ appellatur cartularis, & quæcumque inter vos religionis intuitu regulariter ſtatuitis, auctoritate apoſtolica roboramus, & robis veſtriſque ſuccelſoribus confirmamus, & omnibus quibus veſtrum præſeſſ fuerit, inviolabiliter perpetuis temporibus decernimus obſervanda.

De cetero, quia propoſitum firmum in haberis habitationi veſtræ loca extra converſationem haberis- B rum eligendi, grangias veſtras ſitas eccleſiæ a pravorum incuriaſi ac violentia liberas ac quietas eum Dominus conſtituit, nullus omnino audeat auferre, ſpoliare, rerberare, aut rapinam exercere præſumat, in virtute ſpiritus ſancti inhibemus. Sanctientes etiam, ut propter communia interdicta terræ, nullis eccleſiarum veſtrarum a Divini conſeſſatur officiis abſtinere. Interdictimus iterum, ne aliqua omnino perſona fratres ordinis veſtri antequam ad ſecularia judicia provocare: Sed quoſcunque ſibi advertus eos aliquid crediderit de jure competere, ſub eccleſiaſtici judicis examine experiendi habeat facultatem. Salva in omnibus ſedis apoſtolicæ auctoritate.

Determinus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel præſumptuo inſtitutionibus veſtras ſuſa temerario violare. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, ſecundo tertiove commonitus, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorifque ſui dignitate careat, ſciatque ſe Divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei ac Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ſubjiciat ultioni. Servantibus autem hæc ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatinus & hic fructum bone actionis percipiat, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen.

II. AD BITURICENSEM ARCHIEPISCOPUM & ſuffraganeos, abbatesque illorum epiſcopatuum.

Encyclica eſt, & data a pacifice ad omnes archiepiſcopos. Erosat. ex ed. concilium Lateranenſe.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Bituricenſi archiepiſcopo, & ſuffraganeis ejus, & dilectis filiis abbatibus per eorum epiſcopatus conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUONIAM in agro Domini, &c. *Extat ipſa initio Lateranenſis concilii eadem epiſtola archiepiſcopo Piſano & ejus ſuffraganeis inſcripta. Ex quo apparet encyclicam iſtc, & datam a paribus ad unum archiepiſcopos. Quæ ſequuntur, non repetimus, encyclicam: ſed hujus ad Bituricenſes epiſtolæ ſunt propria.*

Ad hæc, commendamus vobis attentius dilectum filium Octavianum ſubdiaconum noſtrum, virum utique provitum, induſtrium, & diſcretum, & inter alios clericos ſui ordinis curam nobis admodum & acceptum. Cui, cum ſit de mensa noſtra, condenter, pro fus probitate, fide, ac prudentia, recreationis hujus ſolicitudinem duximus imponendam: & uni-

& univerſitatem veſtram monemus propenſius, & A
mandamus, ut ita ipſum benigne recipiatis, &
honeſte tractetis, quo & devotio veſtra erga ho-
minem eccleſiam incumbenter apparet, & ſe
ipſum, cum ad nos Domino donante redierit, de
reverentia quam erga beatum Petrum & nos ipſos
habetis poſſit grata referre.

VIII. AD MAGISTRUM GIRARDUM Puellam.

Redditus ſchiſmatis tempore ſponte remiſſos reſtituit.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, magiſtro Girardo Puelle, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

LITTERATURA tua ac probitas ac morum honeſtas nos monent propenſius & hortantur, ut te ſicut probum, honeſtum, & litteratum virum, ſenſero diligamus caritatis affectu, & ſpeciali prerogativa amoris & gratie foveamus. Hac igitur conſideratione inducti, & perſonam tuam ſpeciali volentes diletſionis noſtre privilegio decorare: tibi reddituri, quos in partibus Teutonico in fervore ſchiſmatis nullo cogente ſpontaneo remiſiſti, de conſueta clementia & benignitate tecum apoſtolice, interventu quoque venerabilis fratris noſtri Magunttini archiepiſcopi, reſtituimus: ſtatuentes, ut non obſtit tibi ad diminutionem vel B
maculam famæ tuæ, nec circa promotionem tuam tibi præjudicium valeat in poſterum generare, quod aliquandiu redditus inter ſchiſmaticos nec ſeceris tenuiſſe. Datum Laterani, Id. Martii.

IX. AD MAGISTRUM GIRARDUM.

Ut redditus omnes ipſi tribuantur etiam abſenti, uſque ad quadriennium, a ſcholas exercenti.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio magiſtro Girardo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. D

ATTENDENTES litteraturam & ſcientiam tuam, & quomodo compoſitione monus & honeſte ſe præſtare nihil minus cogitanes: cogimur communi & ſpeciali debito tuis profectibus & incommodis intendere, & multa tibi benignitate deferre. Nos igitur, dilecte in Domino filii, cum ſub magiſterio tuo ſcholas per Dei gratiam proficiant in ſcientia litteraria, auctoritate tibi apoſtolica duximus indulgendum, ut ubique ad quadriennium, ſi ſcholas rexeris, reddituſ tui quos habes in Anglia, nullius contradictione vel appellatione obſtante, libere tibi, & ſine diminutione qualibet redantur in ſcholis. Ita quidem, ut nulli fas ſit tibi quicquam de illis reddi- E
tibus diminuere, vel ſubtrahere, aut circa res tuas indebitam moleſtiam vel gravamen inferre. Nec cogaris infra terminum ipſum ſcholas dimittere: niſi alicui eccleſiæ, in qua perſonatum vel magnum beneficium habeas, ea neceſſitas immineat, quod merito tuum ſibi debeas preſentiani & patrocinium exhibere. Datum Anagniæ VII. Idus Februarii.

X. AD PETRUM CARDINALEM S. Chryſogoni apoſtolice ſedis legatum.

Conqueritur de Pariſienſi epiſcopo quod archidiaconatum, contra mandatum papæ & appellationem factum, contulerit.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Petro S. Chryſogoni preſbytero cardinali, apoſtolice ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

SI innoteſceret cariſſimo in Chriſto filio noſtro Ludovico illuſtri Francorum regi, quam gravi iter de inſolentia & temeritate Pariſienſis epiſcopi, qui contra mandatum noſtrum, & appellationem a te ſuper hoc ad nos interpoſitam, archidiaconatum eccleſiæ ſuæ, non ſine gravi contemptu & injuria noſtra, non eſt veritus pro ſua voluntate conferre, ſinditorum patrum inſtitutionibus & Romane eccleſie decretum ſit dignitatis ad inpatientia, ſicut creditmus, ſuſtinieret tantam & tam gravem præſumptionem debita ſeveritate punire: nec moveretur, ſicut communitas eſſe dicitur, ſuperbo quod tam horrendum & deteſtabile factum non dubimus approbabunt. Verum de iuſtere poſſe regium magnitudinem, quam graviter in ſubſcripta ſua ſit iuſtorum patrum ſanctionibus, & dignitas apoſtolice ſedis, que in appellationibus ex majori parte conſiſtit: volumus, & tue diſcretioni mandamus, quatinus præfatum regem adeas, ſibique prene, prudenter, & diligenter aperias, quam graviter contra ſacrorum canonum & auctoritatis Romane eccleſie ſit detractum, ſuper eo quod præfatus epiſcopus poſt appellationem, quam de mandato noſtro ad nos interpoſuiſti de diuoicetis, præſentium archidiaconatum dare præſumpſit, & quomodo ex hoc pravum & iniquum exemplum trahibit ad poſteros: cum ſine iuſtione canonice ſanctionis, & derogatione juſtitie, non poſſit ecclaſticum concinqui, quod contra appellationem a quolibet attentatur. Hec autem & alia diligenter proponendo, prædictum regem a propoſita & inſtitutione ſua ſuper hoc ſtudeas ſollicite revocare. Sed ſi ab hac revocari ſe poterit, proponas ei ex parte noſtra, quod ſine gratiſſime devotionis intuitu ſuſtum ipſius epiſcopi, quantumcumque premere nobis iit & moleſtum, & ſanctorum patrum inſtitutioni contrarium, eapto animo ſuſtinemus, & epiſcopo, & nepoti dilecti filii noſtri Galterii regii Camerarii offenſam iſtam dirimus remittendam. Nec ei occaſionem hujus offenſe aliquod gravamen ſeu moleſtiam inferemus, & ſententiam, ipſius propter hoc in ipſos latas eſt, relaxamus & profecutionem appellationis eis remittimus, & quam interpoſuiſti ſuſtentur. Caterum te nos vel dilectus filius Grat. ſubdiaconus noſter tantum confidimus videamur & verecundiam habiſſe patris gratia regi ſcandalum hoc nobis & epiſcopo G. taliter in hac parte providerat, ut digniam poſſimus inde conſolationem recipere, & regiam providentiam merito in Domino commendare.

Datum Anagniæ VIII. Idus Novembris.

XI. AD EUMDEM, ET HUGONEM ſancti Angeli diaconum, cardinales.

Ut regis Francorum filia vel ducatur a filio regis Anglorum, vel patri reſtituatur.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis Petro S. Chryſogoni preſbytero, & Hugoni ſancti Angeli diacono, cardinalibus, apoſtolice ſedis legatis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

CUm ſilia cariſſimi in Chriſto filii noſtri Ludovici illuſtris Francorum regis, quam, imperitem

de Henricus illuſtris rex Anglorum filio ſuo Richar- A
do duci Aquitanie in matrimonio copulandam ſuſceperat, ad annos nubiles pervenille dicatur: idem, rex Francorum videtur gratiam de nobis quærere, quod nobis, ſicut aſſerit, tolerantibus, nec ei eadem filia ſua reſtituitur, nec a prefato duce traducitur, licet traduci deberet. Quotiam igitur idem Francorum rex ad horum ſatisfactionem inſtat, nos ſibi nolentes in hac parte, ſecus non debemus, deeſſe: cum indignum ſit, inhonum, & abſurdum, ut filia ipſius regis tali modo deſponſata diutius detineri: diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus præfatum regem Anglorum communiter & diviſim ex parte noſtra & veſtra ſollicite monitis & hortationibus laboretis inducere, ut memoratam filiam ejuſdem regis infra duos menſes a præmonitato duce mageſtice, ſicut decet utrumque regem, traduci faciat: aut eam prædicto regi reſtituere non poſſonat. Si vero neutrum iſtorum ad commotionem veſtram infra præſcriptum terminum fecerint: tota patentia Cæſarieuſis, ſublato appellationis remedio omnia Divina, preter baptiſma parvulorum, & penitentias morientium, donec horum alterum faciat, auctoritate noſtra prohibeatis officia celebrari: Et ſi hec ſe reſpuerit, totum committum Pictavenſem ſimili ſententie ſubponatis. Porro ſi unus veſtrum his exequendis nolueris vel non poterit intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exſequatur. Datum Anagnie XII. Kal. Junii.

XII. AD LUGDUNENSEM ARCHIEPI- C
ſcopum S. A. L. & ſuffraganeos ejus, &c.

Petrum S. Chryſogoni cardinalem, legatum ſuum, commendat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus, Lugdunenſi archiepiſcopo, ſuffraganeis ejus, & ſuffragenſibus ejus, & dilectis filiis abbatibus & univerſis clericis & populo per Lugdunenſem provinciam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

GAUDEMUS admodum, & exultamus in domino, quod dilecto filio noſtro Petro tit. Sancti Chryſogoni preſbytero cardinali, quem in pro- D
vincia vellra, & in aliis locis legatum ledis apoſtolice conſtitimus, honum, per Dei gratiam, & laudabile teſtimonium perhibuit. Fraternitas ſiquidem & laudabilis converſatio ejus, una prudentia, & prudentia, de ipſo nos ſecerant jam pridem confidere, quod tuum dominio cooperante plenius in operibus exhibitione dilicitus: quia tanto vos fieri devotos & ſpeciales eccleſie filios abundantiori caritate diligimus, tanto vobis perfectum magis modum, providum, & deferum, in legatum diximus providendum. Licet autem de ipſius legationis jam prædem alias litteras ad vos direximus: quia tamen eundem cardinalem ſpeciali prerogativa diligimus, & eorum acceptamque nouemus, literata vobis ſcripta dirigimus: monentes univerſitatem veſtram, & præcipiendo mandantes, quatinus prædictum cardinalem, ſicut decet tanium virum & legatum apoſtolice ſedis, cum debito honore & reverentia curetis recipere, & ad vocationem ejus ſine contradictione qualibet accedentes, ipſius illatura & monita ſalcipiatis firmiter, & ſervetis, ſibique ſicut legato apoſtolice ſedis honorem & reverentiam impendatis. Ita quod ipſe vobis & aliis poſſit ſalubriter Domino cooperante proficere, & non de fructu legationis ſue omnipotenti Domino debitas gratias exſolvamus. Datum Anagnie. XIV. Kal. Decembris.

XIII. AD PETRUM CARDINALEM ſancti Chryſogoni, apoſtolice ſedis legatum.

De pace cum Friderico imperatore nondum facta: & de filia regis Francorum, quam vel ducere debet filius regis Angliæ, vel patri reſtituere.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Petro tit. ſancti Chryſogoni preſbytero cardinali, apoſtolice ſedis legato, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

A fice a clero & populo recepti fuimus, venissemus: venerabilem fratrem nostrum B. Portuensem episcopum, & dilectum filium nostrum I. diaconum cardinalem, honestos utique viros atque prudentes, ad eundem carissimum filium nostrum Ludovicum illustrem Francorum regem pro utiliratе ecclesiæ ac pace regni mittere dispoluerimus. Postea vero per dilectum filium nostrum O". sancti Odonem Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem ad nos redeuntem, & nobis terræ illius plenius agnoscentes, mutuo confilio, venerabiles fratres nostros Henricum Remensem archiepiscopum, Lingonensem & Silvanectensem episcopos, ad prædictum regem duximus destinandos. Et ideo fraternitatem tuam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus ipsa apud memoratum regem ita cures in negotio nostris diligenter assistere, quod beati Petri apostolorum principis & nostram, atque totius Romanæ ecclesiæ pollis ampliorem gratiam promereri. Non enim perfonam tuam exaltare, in quantum ex Deo poffumus, & honorare intendimus, & habere te inter dilectos beati Petri filios jugiter cariorem. Datum apud Montempessulanum, II. Kal. Maii.

" " XXIX. AD HUGONEM SUESSIONEN. episcopum.

Efficiat, ut rex Francorum abstineat a colloquio quod cum Friderico imp. habere dispolit.

Alexander episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri H. Suession. episcopo, salutem & apostolicam benedictionem.

FIDEI ac devotionis tuæ constantiam attendentes, & qualiter te pro unica matre tua ecclesia Romana ecclesia, contra fchismaticam pravitatem murum inexpugnabilem opposuerit, interna confideratione penfantes: te tanquam carissimum fratrem nostrum sincera in domino caritate diligimus, & pure affectionis brachiis amplexamur: atque ad ea tractanda, quæ in exaltationem nostram, & ecclesiæ pollint commodum terdundare, solicitudinem tuam fiducialiter invitamus. Credimus enim de fine dilectionis tuæ, quod ex eo illic sincere devotionis affectu, quem circa ipsam universalem ecclesiam, & præcipue circa nos habere noscitur, non concepisti dubietatis, multiplex nobis commodum, & eidem ecclesiæ authore domino plenarium partes incrementum. Inde eft quod tue fraternitatis prudentiam qua omnia fideliter apud ipsos scripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus carissimum in Christo filium nostrum Ludovicum illustrem Francorum regem cum omni studio diligentia commonere, ut in fide ac devotione, quam semper circa ecclesiam Dei, & præsertim in hoc tempore demonstravit, constans & firmus existat, & ad exaltationem sancte matris ecclesie, ac nostram, taoquam principes catholicus, & rex Christianissimus, vigilanter intendat. Speriatter autem super eo quod disposuit cum Friderico dicto imperatore se colloquium habiturum, eum diligentius ammonere non differas: ut quia creditmus & timemus colloquium illud tam ecclesiæ Dei ac nobis ipsis, quam etiam eidem regi ac regno suo multipliciter fieri posse damnosum, ab eo abstineat, & tale penitus propositum deferlinquat. Datum Minate, IX. Kal. Augusti.

" " XXX. AD LUDOVICUM VII. FRANcorum regem.

Regum Francorum, & præterim Ludovici, pietatem, & meritis ega fedem apoſtolicam commendat.

Alexander epiſcopus ſervorum Dei, caríſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUANTUM illuſtres & magnifici proavi & progenitores tui reges Francorum ſacroſanctæ eccleſiæ devoti ſemper & obſequentes exiſtiterint, quanta ei commoda & devotionis obſequia exhiburint, non ex multis & magnificis utilitatibus, quæ per eos tandæ Dei eccleſiæ provenerunt, manifeſte cognoſcimus: & tu ipſe, qui diutius fuiſti in Romana eccleſia converſati, id ipſum plenius agnoveruni. Tu vero progenitorum tuorum laudabilis imitator exiſtens, ut ita paternarum virtutum ſerus & regni hæreditate te veraciter exhiberes: ad eorum exemplum, ſingularem & unicam matrem tuam ſacroſanctam Romanam eccleſiam, ex quo excellentiæ tuæ regnum a Deo conſtitutum eſt gubernandum, propenſius diligiſti, in preſſuris & neceſſitatibus tuis ei fideliter aſſiſtiſti, & nihil unquam fuiſti, quod a devotione & ſubventione ipſius regnum poterit animum revocare. Illo ſiquidem Fridericus, qui pro ſui officii debito adverſatus eccleſiæ ac defenſor deberet exiſtere, adverſus eam crudeliter ſæviente: tu, ſicut chriſtianiſſimus, cum diligis Deum, & ipſum ſincero veneratis affectu. Quæ utique in omni tribulatione fua, tam apud prædeceſſores tuos, quam apud te ipſum, & optatæ portum quietis obtinuit, & refugium ſemper opportunum exiſtit. Gallicanum quoque eccleſia inter omnes alias orbis eccleſias, quæcumque alię provenientibus ſcandalis in tribulatione mutabilitat", tanquam a Catholicæ matris eccleſiæ unitate ſeceſſit, nunquam ab ejus ſubjectione & reverentia ſe ſubtraxit: ſed tanquam devotiſſima filia, firma ſemper & ſtabilis in ejus devotione permanſit. Unde ipſi ſunt matter omnium & magiſtra Romana eccleſia progenitores tuos, & te ipſum inter ceteros orbis principes, Gallicanam quoque eccleſiam, ſpecialis & ſingulari prærogativa dilexit: ad honorem, incrementum, & exaltationem veſtram intendit: & in omnibus in quibus fecundum Deum potuit, veſtræ ſatisfactionis voluntati, perſonas veſtras propenſius honoravit. Nullum ſiquidem in toto orbis terrarum principem ſic credimus, quem ad neceſſitates noſtri, & noſtræ, ampliori affectione diligere teneamur, & cui magis amore ſit quam tuæ celſitudini deferendum. Firmam itaque in nobis amicitiæ retinemus, & tam ex publica fama, quam ex archiepiſcoporum & epiſcoporum relatu gaſi, & dilectorum filiorum noſtrorum Hen. vv. & Odonis cardinalium, quos pro neceſſitatibus eccleſiæ, probonore quoque & utilitate regni & tua ad partes illas deſtinavimus, tranſmiſſa relatione cognovimus, & qualiter ſecut tu ipſe hæc vice nobis propriis literis inſinuiſti, ad recipiendum eos honorifice, quicquid alii facerent, regium animum ab ipſo principio efferuerter induxiſti. Et alii ſunt exemplo tuo ad illud idem vehementius provocati, & in noſtra devotione ſuccenſi. Unde & ab omnium conditore, cujus gratia tuum propoſitum ita laudabiliter direxiſti, præmium indefeſſum tua excellentia obtinebit: & nos ipſi, quantum gratia Divina permiſerit, ſerenitati tuæ curabimus pro tanta devotione utiliter reſpondere. Proinde licet de proſperitate tua, & commiſſi tibi regni, interna affectione gaudemuſita & de adverſitate, ſi quando, quod Deus avertat, accideret, doloremus plurimum, & vehementius graveremur. Propoſitum ſiquidem, & promptam admodum voluntatem habemus, pacis & quieti tuæ, & regni tuæ gubernationi conſulti, libenter intendere. Super his autem, quæ nobis proprijs literis tua excellentia indicavit, ſolicite apud nos deliberabimus, & cum fratribus noſtris tractabimus: & quicquid ad honorem Dei, Romanæ eccleſiæ, & tuum, videri nus pertinere, curabimus libenter efferre. De quibus utique per dilectum filium noſtrum fratrem Guidonem Majoris-monaſterii monachum, ſerenitati tuæ plenius authore Deo voce in noſtra reſponderе curabimus. Ad hæc venerabilem fratrem noſtrum M. Auxelianenſem epiſcopum, pro quo nos regia celſitudo ſatis affectuoſe rogavit, licet quidam ſimilia de eo in noſtris auribus ſuſurraverint, eli certum quod nos effet, quod laſionem nobis aliquam intuliſſet, amore tamen & interventu tuo ſincera volumus affectione diligere, & eum ſicut ſanctiſſimum fratrem noſtrum, quantum cum Deo poſſumus, intendimus honorare, & in ſuis poſtulationibus libentius exaudire.

Datum Anagniæ xvi. Kal. Febr.

" " XXXI. AD LUDOVICUM REGEM.

Cœnobium Ferrarienſe ipſi commendat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, caríſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

DECET clementiam regiæ dignitatis eccleſias & eccleſiaſticas perſonas lineæ charitate diligere, & earum jure tua manu tueri pariter ac fovere. Inde eſt quod Ferrarienſem eccleſiam, quæ ad jus ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ſpecialiter pertinet, & fratres inibi ad Dei ſervitium commorantes, celſitudini tuæ attentius commendamus: rogantes pluriumum, quatinus pietatis intuitu, & pro reverentia beati Petri ac noſtra, eoſdem fratres & eccleſiam ipſam diligas, manuteneas, ac defendas, & eorum jura a pravorum incurſibus integra eis & illibata conſerves.

Datum Januæ v. Idus Febr.

" " XXXII. AD LUDOVICUM REGEM.

De ſuo & eccleſiæ ſtatu.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, caríſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

FIRMA ſpes, & plena fiducia, quam de tua maieſtatis excellentia in omnibus obtinemus, inducit nos modis omnibus, & hortatur, ut ſtirum unica matris tuæ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ ac noſtrum tanto tibi libentius exponamus, quanto celſitudinem tuam circa eam & nos ipſos ſolicitam magis exiſtere noſcimus & intentam. Ut igitur ſtatus eccleſiæ lereniſtati tuæ plenius valeat innoteſcere aliquos fratres noſtrorum cardinalium, qui nobiſcum ſunt, ad partes tuas in proximo diſpoſuimus auctore domino deſtinare. In præſentiarum vero ſublimitatem tuam nolumus ignorare, quod ad Montempeſſulanum ducturi dominio applicantes, a dilectis filiis noſtris comite ſancti Ægidii, & VV. de Montepeſſulano honorifice ibi ſuſcepti & devote ſuſcepti, & tam nos, quam fratres noſtri ibidem per Dei gratiam fuit & incolumes commoramur. Ibi etiam dilectum filium noſtrum, Trincavillum, & nobilem mulierem Herm. de Narbona, atque

atque plures alios illius regionis barones, ad nos A venientes recepimus, & tam ab ipſis quam a ceteris circumpoſitis Dei fidelibus devote colimus, & eccleſiaſtici honoramur. Datum apud Montempeſſulanum. xii. Kal. Maii.

" " XXXIII. AD REGINAM FRANCORUM.

Hortatur ut erga ſedem apoſtolicam devota eſſe pergat, & Regis devotionem foveat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, caríſſimæ in Chriſto filiæ illuſtri Francorum reginæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

VIVIT in ſacroſancta Romana eccleſia, glorioſa tuorum progenitorum memoria, qui quam devoti & humiles erga Deum beati Petri ſemper extiterint, beneficia præditæ eccleſiæ ab eiſdem plenillime collata declarant. Unde nos ex ſemper præ oculis cordis fine aliqua oblivione tenentes, gratias omnipotenti Deo inceſſanter exſolvimus, qui talem illorum nobis " reſervavit heredem: de cujus magnificentia ſacroſancta Romana eccleſia majora etiam beneficia præſtoleatur. Inde eſt quod ſublimitatem tuam per apoſtolicas ſcripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus ſupernæ Divinitatis intuitu talem te circa eccleſiam Dei, & nos ipſos, ſtudeas exhibere, ut eos quibus clariſſimi ſanguinis poſſeritate fuceedis, laudabili etiam fidei & devotionis exemplo æquiperes. Dominus proſpera tibi imitteris. Studeas igitur & labores, cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Ludovicum illuſtrem Francorum regem virum & dominum tuum, ita in devotione beati Petri ac noſtra fovere propenſius, & ſolicite confirmare: ut illa ſinceritatis affectio, quam eum circa nos & eccleſiam Dei gerere nullatenus dubitamus, de bono in melius parte " conforta ac perficiat, & le de die in diem ſicut confidimus ad ulteriora producat. Specialiter autem prudentiæ tuæ volumus innotescat, quod cum venerabilem fratrem noſtrum B. Portuenſem epiſcopum, & ſanctæ Mariæ in Cosmedin diaconum cardinalem ad prædictum regem pro negotiis eccleſiæ deſtinare diſpoſuerimus, poſtulata tamen ab illuſtri rege Francorum dilecti filii noſtri O. ſancti Nicolai in carcere Tullino diaconi cardinalis ad nos redeuntis plenius cognoſcentes, & ei carum admodum eſſe perſpiciones, mutato conſilio venerabiles fratres noſtros Henricum, Remenſem archiep. Lingonenſem, & Silvanedectenſem epiſcopos, dilectum etiam filium noſtrum abbatem Grandimontis, ad regiæ dignitatis præſentiam duximus deſtinandos. Unde magnificentiam tuam modis quibus poſſumus ſolicite commonemus, ut prædictum regem inducere ſtudeas, & propenſius exhortari, ut quod de eis ſibi fuerit ex parte noſtra propoſitum, credat indubitanter, & benigne ſuſcipiat; & illud, ſicut de eo ſperamus, utili complemento perfectæ non poſſponat. Datum apud Montempeſſulanum, 11. Kalend. Maii.

" " XXXIV. AD LUDOVICUM VII. FRANcorum Regem.

De negotio eccleſiæ Flavinacenſis.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, caríſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

LITTERAS celſitudinis tuæ tanto benigniori animo, & majori meotis alacritate ſuſcepimus, quotiens eas tranſmittere te contigit, & in ipſis aliquid poſſutare: quanto excellentiam tuam ſinceriori affectione diligimus, & quanto pro multa & ampla devotione circa ſacroſanctam Rom. eccleſiam & perſonam noſtram a tua ſerenitate exhibita, pertitiones tuas cogimur amplius exaudire. Sanctæ ſiquidem & reverendæ Rom. eccl. per ſinceriſſimam tuæ devotionis ſervorem, in hac neceſſitate tantam emolumentum & exaltationem, tantumve eſt commodum conſecuta: quod tam in te, quam in omni poſſeſſione tua, a noſtra ſucceſſoribusque noſtrorum memoria nulla poſſit oblivione deleri, & ab animo noſtro nulla temporis diuturnitate convelli. Inde utique fuit, quod litteras ſuper negotio Flavinacenſis eccleſiæ a tua nobis excellentia deſtinatas multo gaudio & animi jocunditate ſuſcepimus: & preces tuas, quæ in eiſdem continebantur, quantum cum Deo poſſumus, curavimus exaudire. Venerabilibus ſiquidem fratribus noſtris H. Belvacenſi, & M. Pariſienſi epiſcopis cauſam ipſam communibus audiendam, & remoto appellationis obſtaculo fine cauſatico terminandam. Ea propter ſerenitatem tuam rogamus & volumus eſſe ſolicitam, ut ſi aliquis quo minus prohibitus ſuper eadem cauſa ſententia obſervare noluerit impedire, tam omnino prohibeas, & ne hoc præſumat, ex cogceſſa tibi deſuper poteſtate compellas. Datum Tarrac. III. Kal. Decembr.

" " XXXV. AD LUDOVICUM VII. FRANcorum Regem.

Ejuſdem argumenti.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, caríſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

LITTERAS quas nobis pro venerabili fratre noſtro Eduenſi epiſcopo tua celſitudo tranſmiſit, debita benignitate ſuſcepimus: & juxta earum tenorem prædicto epiſcopo ex officii noſtri debito, & ſuæ eccleſiaſticæ dignitatis honorem & affectionem libenter impendimus. Cauſa vero quæ inter eum & abbatem Flavinacenſem vertebatur, diutius ſub noſtro examine ventilata, cum idem epiſcopus contra ipſum abbatem teſtes de ſpontanea abbatiæ abrenunciatione produciſſet: abbas abrenunciationem ipſam non ſponte, ſed coactam, & fuiſſe ſimulatam, & inper hoc teſtes & producere poſſe aſſerens, in ipſos etiam teſtes epiſcopi aliquid ſe habere nihilominus allegabat. Verum ipſa ad continuo proiecta non verebar, indacias a nobis ad hoc exequendum inſtantius poſtulavit. Unde quia eas ſibi, ſicut non debuimus, ita nec potuimus de jure aliquatenus denegare, nolentes aliquem in jure tuo preſertim ſub noſtro examine, quod libet præjudicium ſuſtinere: hinc ad octavas ſancti Michaelis, de communi fratrum noſtrorum conſilio, interim ex diuturnis indulgentiis, ut tunc ad preſens non haberem ita redeat tam ſuper his, quam ſuper capitulis illis, quæ ſibi fuerant in præſentia dilecti filii noſtri VV. ſancti Petri ad vincula presbyteri cardinalis objecta & interrogare inſtructus, quod plenius de cauſa cognoſcere, eamque poſſimus annuente Domino juſtitia mediante finire. Interea vero ne caſtrum Flavinacum ipſi Flavinacenſi eccleſiæ, de ſerenitati tuæ, atque prædicto epiſcopo, valeat aliquatenus deperire: memoratum abbatem fecimus in præſentia noſtra jurare, ſecut ex ſcripto ipſius ſacramenti, quod ibi tranſmittimus, poteris intueri: ut eum ſub juramine in manibus tuis, vel certi nuncii a te delegati recipiat:

gnet: libera tamen interim sibi abbatiæ adminiſtratione tam in temporalibus quam in ſpiritualibus reſervata. Cum etiam idem dilectus ad honorem & ditionem regni tui reſpicere videatur: multo dignius duximus ipſum per regiæ magnificentiæ gubernationem ſervari, quam alicui alii cuilibet eidem committi. Inde eſt quod nobilitatem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus prædictum caſtrum, libera tamen abbatiæ adminiſtratione prout dictum eſt reſervata, recipere non poſſponas, & ipſum ujque ad cauſæ terminum ita facias præſtante Domino cuſtodiri, quod nec epiſcopo, nec abbati, aliqua inde valeat injuria vel incommodum provenire. Nos enim eis dedimus in mandatis, ut infra tempus iſtud nulla alter alterum ratione impugnet, & qui B capti fuerint, libere hinc inde permittantur abire. Extranei quoque excommunicati eis eodem caſtro diſcedant. Ut autem hæc omnia diligentius cures regia celſitudo compleri, dilectum ſilium Stephanum ſubdiaconum noſtrum, virum utique honeſtum & literatum, quem carum admodum accepimus tenemus, cum ſupradicto epiſcopo juxta peritionem ſeam ad tuam præſentiam duximus deſtinandum: ſublimitatem tuam rogantes attentius, quatinus tam eum, quam ipſum epiſcopum pro reverentia beati Petri ac noſtra regia benignitate recipias, honeſte tractes, & ea quæ ſublimitati tuæ ex parte noſtra ſuggeſſerint, ita indubitanter credas, quaſi ab ore noſtro tuæ fuerint celſitudini declarata. Datum apud Montempeſſulanum, 11. Non. Jun.

** XXXVI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De legatis quos miſſurus eſt.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUAM promptæ devotionis affectibus Dei eccleſiam & nos ipſius ſpeciales amplexatis, quam ſincere exeritaris hoſtibus unicam Chriſti ſponſam inter ceteros catholicos principes foveas ac defendas, hinc eſt plurima per te nobis collata declarant, & regiæ literæ tuæ fidei inviſtiſſima manifeſtat. Non enim opus eſt, nec nuncia poſtulet ab apoſtolicæ ſedis memoria quantum diſtet ſucceſſu temporis aboleri, quomodo te ab ipſo noſtræ promotionis exordio pro domo Iſrael murum inexpugnabilem conſtituerit, quomodo fluctuantem Petri naviculam fidei auctoritate prudentiæ tuæ remiſi, firmam in media veteris tempeſtate. Inde eſt quod te tanquam catholicum principem, & ſpecialem Chriſtianiſſimum regem ſincera in Chriſti viſcera affectione diligimus, honori & exaltationi tuæ libenter intendimus: & pro conſervanda tuæ celſitudinis gloria omnipotentem Dominum devotis jugiter precibus exoramus. Literas igitur, quas per dilectos filios noſtros I. abbatem S. Germani, & B. familiarem clericum tuum, viros quidem induſtrios ac diſcretos, ad tuæ celſitudinis devotiſſimos, regia nobis ſerenitas deſtinavit, debita benignitate recepimus: & inde tam nos, quam fratres noſtri, ingenti ſimul hilaritate gaviſi. Unde tam ex ipſis literis, quam prædictorum relatione, tua voluntate plenius intellecta, nos quoque voluntatem veſtram per eoſdem tibi duximus exponendam. Ut igitur dilectus filius noſter ..... abbas Grandis ſilvæ, quem ad tuam excellentiam miſeramus, quo eaſi neceſſarius, otuiſcrat, perſtos valeat tue ſublimitatis auribus intimari. Paramus etiam in continenti duos de fratribus noſtris, quos inter alios fratres noſtros caros ſatis & acceptos habemus, ad præfeutium tuæ celſitudinis deſidera. Per quos utique & datum eccleſiæ, & voluntatem noſtram, plenius tibi curabimus indicare, & tuam verſa vice, Domino auctore, ſcitemus, ſcut illius utique principis, de quo pleoiſſimam ad honorem & exaltationem eccleſiæ Dei fiduciam obtinemus: ut per te ſcilicet ad tranquilliſtatis portum veniat & lalutis. Regiam igitur majeſtatem præſentium ſignificatione rogamus, monemus, & exhortamur in Domino: quatinus, cum ante conſpectum regiæ majeſtatis eos contigerit præſentari, ipſos pro reverentia beati Petri & noſtra regia recipias, honeſte tractes, & his quæ tibi ad honorem Dei, & tam eccleſiæ quam regni tui commodum & exaltationem, ex parte noſtra proponent, aſſenſum præbeas, & reſtitem fauſtria effectum. In quod inde ab æterno rege indefinenti premii remunerationem accipere, & ſedis apoſtolicæ gratiam quam poterunt edebras tibi uſque poſteris plenius in omnibus amplitare. Datum apud Montempeſſulanum, VI. Idus Julii.

** XXXVII. AD LUDOVICUM VII. FRANcorum Regem.

De ſuo & eccleſiæ ſtatu.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

SICUT meminiſſe poſſumus, excellentiæ tuæ quam erga ſacroſanctam Ro. eccl. devotiſſimam novimus, tanquam illius utique qui inter reliquos mundi principes in fide catholica animan ſuam ferre præcipue ſtuduit, & ſincere: quod ad terram & communiſm magnificentiæ tuæ regnum pro negotiis & agendis univerſalis eccleſiæ, atque pro pace regni & utilitate diſpoſitorum pertinentes, apoſtolicis literis olim inſinuare ſtudimus. Speramus & confidentes in Domino, quod præcipue magnificentiæ atque prudentiæ tuæ conſilio & auxilio, ac aliorum qui eccleſiam Dei diligunt, ſtatus matris tuæ ſacroſanctæ Ro. eccl. poſſet in melius reformari, & ad pacis bonum reduci, qua ſunt orta diſcordia perturbata. Sane prædeceſſorum nostrum catholicorum regum veſtigia laudabiliter proſecutus, ſemper Romanam eccleſiam, & perſonam noſtram, atque ipſe hoc beatum Petrum, in cujus cathedra licet immeriti reſidemus, præcipue hoc perſecutionis tempore, honoraſti, ancoram ſpei tuæ immobiliter fingens in eum qui dixit apoſtolis ſuis, *in eis primitive eccleſiæ, Ecce ego vobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſæculi*: neſciſque temeſtatum ſluctibus, nullis perſuaſionibus vel blanditiis, tua potuit fidei ſinceritas inclinari, quo minus regia via rex glorioſe procederes, & ambulares ſemitam quę ducit ad cęleſtis patriæ clariſtatem. Unde poſtquam Domino ducente ad Montempeſſulanum, in quo magnifice ac honorifice a clero & populo recepti fuimus, venerabilem, archiepiſcopum fratrem noſtrum B. Portuenſem epiſcopum, & dilectum filium noſtrum I. Diaconum cardinalem eccleſiæ ſanctæ Mariæ in Cosmedin, ad tuam preſentiam mittere diſpoſuerimus. Poſtea vero ex relatione dilecti filii noſtri O. ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis ad eandem apoſtolicam reduxiſti, de ſtatu terræ illius plenius cognoſcentes: mutato conſilio venerabiles fratres noſtros Henricum Remenſem archiepiſcopum, & Lingonenſem, & Silvanectenſem epiſcopos, ad te duximus

mus delegandos. Rogantes, monentes, & exhortantes in Domino, quatinus eos clemenser & benigne recipias, & his quæ prudentiæ regiæ, una cum dilecto filio noſtro ..... abbate Grandis ſilvæ, ex parte noſtra inſinuare ſtuduerint, fidem adhibeas, tanquam ab ore noſtro diſcretioni tuæ fuerint intimata: & ea, ſicut de tua ſublimitate confidimus, utiſi ſtudeas effectui mancipare. De cetero, quod nobilis vir Raimundus comes ſancti Ægidii magnifice nobis occurrit, & ſe ac terram ſuam nobis expoſuit, & nos, atque in perſona noſtra beatum Petrum apoſtolorum principem, venerationi debita ſtudiit honorare: uberes gratias ſublimitati tuæ perſolvimus, & tempore opportuno ipſi pro debito noſtro offici, quantum cum Deo poterimus, ſtudebimus rependere. Datum apud Montempeſſulanum, 11. Kal. Maji.

** XXXVIII. AD LUDOVICUM REGEM.

Conqueritur de Auriliensi epiſcopo canonicos annullos injuſte vexante.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUam acerbæ & irrationabilis ſeveritatis inſtantia ille frater noſter Aurelianenſis epiſcopus dilectos filios noſtros Leotoldum, M. Capellanum, & Adam, Aurelianenſes canonicos, fuerit hactenus perſecutus: & nos ex multiplicis eorum querela cognoſcimus, & regia exceſſentia licet credimus non ignorat. Eos enim pro ſua reverentia juſtitia jam ex longo tempore ſepius appellando, a propriis finibus exulare cogit, & ipſos ad nos venientes, vel in noſtra preſentia conſtitutos, bonis propriis inſolite penitus & irrationabiliter ſpoliavit. Cumque ſuper hoc noſtra ſæpe ſcripta receperit: eis omnino ſpretis atque contemptis: neque illis juxta mandatum noſtrum ablata reddere, nec juſtitiæ voluit plenitudinem exhibere. Cum autem ſui, quos ad nos propter hoc aliquando deſtinavit, poſtea ad fruſtratorias dilationes poſtulandas intenti, eorum ad juſtitiam exhibendam inſtructi. Et ſic præfati canonici pro ſua juſtitia diutius exulare compulſi, nos ſunt ex longo tempore D terra vastitate ſecuti. Unde, niſi tua ſublimitatis prece placeri, ejus nobiliſſimus consuetudinem ſedis apoſtolicæ manifeſtudine tolerare: potuimus cum atque debuimus juxta rigorem canonum ſatis gravius vindicare. Hactenus igitur quæ tuæ ſublimitatem tuarum precum intuitu con omni patientia ſuſporantes, nuper ſibi per literas ſcripta mandavimus, quod vel præfatis canonicis univerſa abſata cum integritate reſtitui, vel in proximo feſto Lucæ ad præſentiam noſtram per ſe vel ſufficientem reſponſalem plenarie illis ſuper his omnibus reſpondurus accedat. Aliquem ex tunc nec iſtorum juſtitiam eſſe patiemur aliquatenus diminutam, nec illius contumaciam authore Domino pretermittimus impunitam. Datum apud Montempeſſulanum, 11. Idus Julii.

** XXXIX. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Scribit Fridericum imperatorem ad officium rediiſſe.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

DIlectum filium noſtrum magiſtrum I. clericum tuum, qui multo ſervore devotionem & A ſincerirate fidei erga honorem & exaltationẽ tuam exuberare videtur, cum ab excellentia tua pro vnlo pacis ad nos fuerit ſpecialiter deſtinatus, cum certo vobis pactis ad te remittimus. Licet autem propter hoc, magnum & honoriſcum auditum tuæ propoſitionis tenentes eas tranſmittere, quem licuit, pro cunctis mortalibus eccleſiæ ac nobis in noſtræ perſecutionis tempore miſtimum & fruſtuoſiſſimum exiſtiſſe, cui etiam poſt Deum alcriabiliter quidquid poſſemus, ac nobis, poſſeſſionalis, honoris, & gloriæ accidit: attendentes tamen, & considerantes devotionem ac fidem ac laudabile propoſitum præditi clerici tui, per cum tibi tantam ſilio cariſſimo & Chriſtianiſſimo regi ſelices pacis ſucceſſus ſignificamus. Noſcat itaque magnitudinis tuæ ſerenitas, quod cariſſimus in Chriſto filius noſter Fridericus illuſtris Romanorum imperator cum principibus ſuis, quos ſecum habebat, & eccleſiaſticis in maxime, Divina tamen intuitu ſuſpirante gratia & ſolita benignitate, ſuis imbre perfuſus, vanitatis errorem prorſus depoſuit, & ad obedientiam eccleſiæ ac noſtram, humilians ſe in conſpectu Dei, & in oculis hominum, humiliter & devote, ſicut decuit, redit, & B. Petro in noſtri ſuique reverentiam de honorem exhibuit, quem anteceſſores ejus noſtris conſueverunt anteceſſoribus exhibere, & de cetero ſe firmiter & immobiliter exhibiturum promiſit. Super quo utique, altiſſimo, a quo omne bonum procedit, laudes devotiſſimas agimus, & conſequenter tibi & regno tuo gratias multiplicandas eruditimus: per quos tantilum & potentiam, præeunte cæleſti gratia, nos ad tantum & deſiderabile bonum perveniſſe non dubitamus. Rogamus itaque ſublimitatem tuam, monemus, & exhortamur in Domino, quatenus unam cum regno tuo reverentiam & devotionem, quam mitti tuæ Lacroſanctæ Romanæ eccleſiæ in nobis exhibuiſti, de cetero firmiter & conſtanter exhibeas: & ita honori ejus & exaltationi ſerventer intendas, quod ex hoc regnum valeas adipiſci eccleſiæ, & tibi ſuper his gratiarum actionem exhibere. Cum autem ſui, quos ad nos propter hoc aliquando deſtinavit, poſtea ad fruſtat

vine gratiæ depofito vanitatis errore, ad viam ve- A ritatis converſus, ad obedientiam eccleſiæ & noſtram reverenter & devote, ſicut decuit, redit, & illam B. Petro in nobis reverentiam & devotionem exhibuit, quam anteceſſores ejus noſtris conſueverunt anteceſſoribus exhibere. Super quo utique laudes altiſſimo agimus, & conſequenter regi & regno gratias copioſas referimus, de eo quod ecclefiam & nos ipſos in tribulationibus & perſecutionibus noſtris nequaquam deſeruit: ſed uſque in finem magnifice juvit, atque defendit. Monemus itaque dilectionem veſtram & hortamur attentius, quatinus eccleſiæ & nobis in proſperitatibus conſtantiores in devotione B. Petri & noſtra firmiter, fideſque ſtabilis perſeveretis, & regnum ut in eodem cum regno ſuo perſiſtat, monere pro- B peniſus & inducere ſtudeatis. Datum in Rivo-Alto, vi. Kal. Auguſti.

*** XLI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De diſciplina eccleſiæ S. Victoris collapſa.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carifſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

COnſiderantibus nobis extimia gloriæ tuæ prærogativa, nihil facile videtur excurere, quod tanta commendatione digne exciſtat, & tam fecu- C rum de ſempiterna retributione poſſit efficere, quam quod ſincera devotione religionem diligere comprobaris, & ad eam in regno tuo plantandam, juxta quod regiæ convenit officio dignitatis, libenter intendis. Utinam qui ſunt in ordine ſacerdotum, ad inſtitutionem & conſervationem religionis eo animo & cura præcederent, quo ſervi regius ad defenſionis auxilium ſequeretur. Credimus enim quia iſti per regnum tuum totius ſtatus eccleſiæ ſe haberet, quod & nomen Domini honoraretur in omnibus, & turbæ fidelium populorum in via vitæ duces plurimos invenirent. Nunc autem dormitantibus ſacerdotibus, quos aliorum cuſtodiæ oportuit intendere, tepefcit in multis locis ſacra religio & , ut cujuſdam verbis utamur, *Virgil. ecl. 3.* *Pro molli viola, & purpureo narciſſo, Inſtitæ lolium & ſteriles dominantur avenæ.*

Hoc fane in eccleſia S. Victoris non modicum dolemus accidere, quæ cum olim in religione floreret, ita nunc, quod triſtes dicimus, in ſue profeſſionis officium obſervantia negligit: ut quæ multis malum in via ſalutis erranti ſubjiciebat, nunc auxilio alieno indigeat, & non inveniat qui ſublevet eam. Nec tamen ex eo perhibetur accidere, quod non ſint ibi plures, qui & notitiam religionis habeant & amorem. Sed quibuſdam cum ſuo capite membris languentibus, in eadem eccleſia ſervor religionis noſcitur tepuiſſe. Nos autem, cum jamdudum ad nos ſuper eorum reprehenſi relatio pervenerit plurimorum, diſſolutus hactenus autem E apponere, & neceſſariam adhibere tam gravi valetudini medicinam: expedabamus, ſi aliquando reſipiſcerent oculos ad ſe ipſos, & de reformanda religione ſtudioſius cogitarent. Capite vero quo ad emendationem ſuorum ſobolitorum pertinent negligentius evoquente, nos jam tandem executioni eorum, quæ dicta ſunt, oportet intendere: &, ſi verus fit rumor qui notiens aures noſtras afperſit, quia in propria perſona non poſſemus, per alios invenire. Ita quidem ut ſi vera comparuerint quæ dicuntur, per eoſdem dilatione ſepoſita, medicina, quam videritur neceſſariam, apponatur. Vene- rabilibus ergo fratribus noſtris N. vices noſtras in hoc negotio providimus committendas, qui quanto pleniorem & facilioremhujus rei potuerint habere notitiam, tanto eam minori gravamine ſalutis remedia providebunt. Quia vero magnificentiæ tuæ ad eamdem mercedis accedet, ſi religionem inſtantiam favore regio imminente prudentia ſtatus eccleſiæ dirigitur: celſitudinem tuam monemus & exhortamur in Domino, quatenus ad executionem hujus negotii favorem tuum impendas, & nullam pariatis conditionem apponi, quo minus ibi quæ prædicti viri ſtatuenda viderint, ſtatuantur. Ne, ſi forte diutius mandata tardaverit, & diſſimulatibus nobis languor creperit aggravatis, ſenſucutiam doloris intorqueat, & cum multa difficultate poſtmodum vix redeat ad ſalutem.

*** XLII. AD GUILLELMUM SENONENSEM archiepiſc. A. S. L. & S. Meldenſem epiſc. & abbatem Vallis-Secretæ.

Ut in S. Victoris comobio collapſum diſciplinam reſtituant.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratribus W. Senonenſi archiepiſcopo, apoſtolicæ ſedis legato, & S. Meldenſi epiſcopo, & dilecto filio abbati Vallis-Secretæ, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

CRebra jamdudum fuggeſtio fuper ſtatu eccleſiæ S. Victoris noſtris auribus inſtitit auditum, & timemus non in extremo examino ſcrertius judicandos, ſi ad inquirenda & corrigenda quæ fuggeruntur tardi fuerimus, aut remiſſi, dicere fuggeſtiva *Malefactis ne prohibeſ judicium ab omni ſanguine* *ſunda ne.* Olim fane ad doctrinam ſalutis, quæ de loco illo fluebat, & bonæ converſationis odorem, quo eadem ſtagrabat eccleſia, in multis pene locis & prava in Ecclefia, & alpera convertebantur in vias planas, & erat vere puteus aquarum viventium, de quo arentia cordamultorum ad extinguendum mundanorum fedeferunum allum, portam vitæ haurirent. Nunc autem, ut dicitur, dormitante pastorum cuſtodia proviſoris, & refrigeſcente in capite religionis amore, ad partem quoque membrum rum quidam ſe letalis torpor effudit, & factum eſt ibi quod de quodam dicitur per prophetam: *Obſo* *derunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit. Sed & cani* *effi ſunt in eo, & ipſe ignoravit.* Nec hoc tamen dicimus, quod non credamus fabbi & ſapientes & religioſos viros plurimum invenirí, qui multis effe poſſunt odor vitæ in vitam. Sed non eſt facile cum multa quoque vi remigum dirigi navem ad portum, & nec dor qui clavum tenet, imperitus facrit aut remiſſus. Icirco ne forte contingat illi quod de ſe ipſo lamentabatur prophetæ, dicens: *Amici* *meo & proximi mei adverſum me appropinquaverunt & ſteterunt: & qui juxta me erant a longe ſteterunt:* quia in propria perſona eandem eccleſiam viſitare non poſſumus, ei viſitationis officium dereviimus deputendum per apoſtolicis vobis ſcripta mandatis quatinus illuc accedentes, de ſtatu ejus, & de aliis abbatis & fratrum, maturitate ac diligentia qua convenit inquirentes: & quicquid ibi cognoveritis corrigendum, vice noſtra taliter corrigatis, ut & religio ibi per ſtudium veſtrum ex gratia Divina reflorent, & nos de diſſolutione tantæ domus non teneamur in die judicii reddere rationem. Si videritis autem, quod niſi per amotionem unius aut plurium perſonarum ſtatus eccleſiæ reformari non poſſit: nec in hoc pateat gladius veſter: ſed plenam a nobis authoritatem accipiat, appellatione remota, quæ evellenda fuerint evellendi; & quæ plantanda fuerint, Domino adjuvante plantandi. Non enim ita per vos apud Deum reſtimamus excuſabiles inveniri, ut non ſit qui *anobis de ſpi-* *Cant. quod* rituali ejuſdem eccleſiæ detrimento in extremo examine roquirabur. Si autem his exequendis vos tres non poteritis intereſſe, duo veſtrum non minus hæc quæ dicta ſunt materias exequantur. Datum Tuſcul. Kal. Febr.

*** XLIII. AD ABBATEM ET CANONICOS S. Victoris Pariſienſes.

De eodem argumento.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis abbati & canonicis ſancti Victoris Pariſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

JAmdudum ad nos de ſtatu veſtro pervenit, quod requiri diſtrictius, & corrigi oportebat. Nos autem, quia eccleſia veſtra longo tempore per Dei gratiam religione floruit & ſcientia, ita ut in odore vaguenterum veſtrorum multi concurrerint, & in lemine veſtro viderint lumen: expectavimus habemus, & tandem per vosmetipſos rediretis ad vos, & de medio veſtri, diſſenſionis & ſcandali materiam tolleretis. Ceterum quia in expectatione noſtra non tam correctionem ejus ſubſequi, quam infirmitatem veſtram aggravari, conſpicimus: dignum duximus ad eccleſiam veſtram perſonas aliquas de Ditmars, venerabilibus fratribus noſtros VV. Senonenſem archiepiſcopum, apoſtolicæ ſedis legatum, & S. Meldenſem epiſcopum, & dilectum filium M. abbatem Vallis Secretæ: qui quomodo ſe habeat Ratus veſter inquirant; & quæ corrigenda cognoverint, appellatione remota corrigant & emendent. Quocirca per apoſtolica vobis ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus præfatis eis eam ad vos veniendi, quæ neceſſitas & emendatio veſtra poſcit exponi, quæ inter vos ipſi, vel duo eorum, aut de reformanda ordinis diſciplina, aut de perfonis, ſi res exegerit, mandavimus, ſtatuendam eſſe cognoverint, ſuſcipiatis humiliter, & firmiter obſervetis. Datum Tuſcul. Kal. Febr.

*** XLIV. AD CAPITULUM S. SATYRI.

Ut retinentes ſtat diſciplinæ,

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis capitulo ſancti Satyri, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

EOs, qui relictis vanitatibus & mundanis illecebris, in ſacriori vita devoverint Domino famulari, ſemper & diligentia oportet vigilare jugiter, & intendere, qualiter aſſumptæ religionis habitus moribus & vitæ concordes, & propoſitum ſuum ſtrenue & immobile conſervare: ne ſuper arenam, ſed potius ſuper firmam petram Domini videantur fundaſſe. Inde eſt, quod caritatem veſtram nuntemus, mandamus, atque præcipimus, quatinus dilectio filio noſtro abbati veſtro omnimodam obedientiam & reverentiam devote & humiliter impendentes, circa cultum religionis & honeſtatis, & canonici ordinis obſervantiam, ſicut olim bonæ memoriæ Radulfi quondam abbatis veſtri, ferventer & unanimiter inſtendatis: & conſuetudines illas probatas, quæ in diebus ejuſdem abbatis ſalubri & rationabili providentia in monaſterio veſtro inſtitutæ fuerint pariter & ſervatæ, præſertim in cænaculis eius abſtinentia extra claſtrum, ſicut in claſtro, nullatenus violare tentetis. Si quis autem veſtrum contra eaſdem inſtitutiones

A temere venire tentaverit: uſque ad ſatisfactionem congruam eum eſſe ſeu tenuit ſubjectum decernimus, quem præditos abbas in eorumdem tranſgreſſores rationabiliter noſcitur ſtatuiſſe. Ad hæc, authoritate vobis præcautum firmiter inhibemus, quod in capitulo noſtro veſtrum pro evitanda diſciplina ita vocem appellationis pronunpat: & ſi pro tali cauſa duxerit appellandum, appellationem ipſam nullius momenti eſſe censemus, cum minus ſecundum veſtri ordinis inſtituta regulari diſciplinæ ſubdatur. Datum Beaventi.

*** XLV. AD CANONICOS S. VICT. PARIS.

Reſtitutam diſciplinam gratulatur: & electionem abbatis, in locum ejus qui ſponte abdicarat, confirmat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis canonicis eccleſiæ S. Victoris Pariſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUanto eccleſia veſtra majori hactenus religione floruit, & abjecti roſuliet gloria monetur: tanto, audita reformatione ipſius, lætati fumus amplius & gavifi, de ipſius comodo & profectu exhilarati. Audivimus ſane, quod venerabilis frater noſtris Bituricenſis & Senonenſis archiepiſcopis cooperantibus, & ad hoc juxta mandati noſtri tenorem tuto ſtudio laborantibus, eccleſia veſtra in ſtatum & gradum ſit priſtinum reformata. Et ſane, quondam abbate veſtro ſponte ſuo in preſentia dilectorum noſtrorum A. tit. S. Laurentii in Lucina, & T. tit. S. Vitalis, presbyterorum cardinalium, apoſtolicæ ſedis legatorum, amministrationem cedente, cujus cedpa ſtatus ejuſ fuerat in parte non modica deformatus, perſonem idoneam, honeſtam, & litteratam, in abſentem veſtrum communiter elegiſtis, & providere vobis curaſtis amminister in paſtorem. Nos vero, quibus convenit rationabilibus votis atque ſtatutis gratuitum præſtare favorem & incrementa deſiderare virtutum, electionem veſtram, & de communi conſenſum illius, de communi fratrum noſtrorum conſilio ratam & firmam habemus, & confirmamus. Univerſitatem veſtram monemus atque mandamus, quatinus abbati veſtro, quem elegiſtis, debitam reverentiam & obedientiam impendatis, & ita vos ibi devotos & humiles exhibere curetis, quod per obedientiam veſtram, & providentiam illius, ordinem honeſtis, & honeſtatis in eccleſia veſtra reflorear, & plenius valeat auxiliante Domino conſervari. Datum Tuſculani, III. Idus Aprilis.

*** XLVI. AD G. ABBATEM S. VICTORIS.

De eodem argumento.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio G. abbati ſancti Victoris, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

E

INtellecto & cognito, quod cum Emiſo quondam abbate eccleſiæ, cui præeſſe diuſcretis, libera & ſpontanea voluntate adminiſtrationi cedente, fratres ipſius eccleſiæ te ſibi elegiſſent communi voto & deſiderio in abbatem: tanto inde magis lætamur atque gaudemus, quanto de ipſius eccleſiæ turbatione dolebamus amplius, & pro ejus ſtatue majori anxietate & ſollicitudine angebamur. Undequia decet te ſollicite attendere, quantæ religionis & honeſtatis eccleſia, ad quam ex Domino providente vocatus, hactenus exiteriſ, & quomodo ibi rigor regularis diſciplinæ vigneri: diſce-

diſcretionem tuam moſtenus, atque mandamus, A quatenus injunctæ tibi amminiſtrationi prudenter & conſtanter intendas, & ita commiſſum tibi officium ad honorem Dei & edificationem tuam, & eorum qui tibi commendati ſunt, cum auxilio cœleſtis gratiæ efficaciter & diligenter exerceas, quod ibi per prudentiam & ſolicitudinem tuam religionis ordo ſemper reſtoreat, & de die in diem magis ac magis ſuſcipiat incrementum. Nos enim te & eandem eccleſiam diligere volumus & fovere, & vobis, cum fuerit opportunum, apoſtolicæ defenſionis patrocinium miniſtrare. Datum Tuſculani, III. Id. April.

*** XLVII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ne Prioris Cereſ. iter in Angliam diu differatur.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

B Cum dilectum noſtrum Priorem hoſpitalis domus, quæ apud Cereſ. ſita eſt, ad noſtram super præſentiam vocaverimus, eum in Anglium pro quibuſdam eccleſiæ negotiis tranſmiſuri, preces a tua ſublimitate directas ſuſcepimus, ut et ad hoc inducias præberemus. Quia vero grave noſis cognaticlivus & damnoſum, ſi hoc ejus iter diutius differatur: rogamus attentius ſereuitatem tuam, C quatenus eidem Priori ad aggrediendum quod ſibi injunximus iter licentiam largiaris. Datum Senonis, v. Idus Novembris.

*** XLVIII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ut P. miles qui Hieroſolymam ire optabat, poſſeſſiones ſuas vendere poſſit ſine conſenſu conjugis.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

D Illos tuam decet magnificentiam pia proteſtione defendere pariter & foveri, qui tollentes crucem, ſancta & venerabilia loca, quæ Dominus corporalis præſentia illuſtravit, viſitare diſponunt, & ibi contra inimicos crucis Chriſti domini militare. Veniens autem ad noſtri apoſtolatus præſentiam P. miles lator præſentium, votum ſuum nobis propoſuit, & ſe velle Hieroſolymam ire confitteri aſſeruit. Verum quia uxore ſua circa cum ſe turpiter & inhoneſte habente, & ſe ob perpetrati ſceleris crimen ab eo abſentante, iſte paternam hæreditatem ſine ipſius conſenſu vendere non debebat, nec pignori obligare: diſpoſitum iter nullateaus valet adimplere. Sed quoniam uxor totum matrialem, ſeu dicitur, peradulterium commiſcuE rit, dummodo iſte velit continenter vivere, ad eam non cogitur ulla ratione redire: ſereuitatem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, & exhortamur in Domino, quatenus ad ita eſt, Divini amoris intuitu libertum ei facias, ut ipſi poſſeſſiones ſuas vendere eui voluerit licitum ſit, vel pignori obligare, & hic quibus vendiderit, ſeu pignori obligaverit, nullam patiatis ſuper hoc injuriam vel moleſtiam indebite irrogari. Datum Turonis, x. Kal. Januar.

*** XLIX. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ut R. ſacerdoti poſſeſſiones ſuas reſtituantur ab injuſto poſſeſſore.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Expoſcit tuæ celſitudinis pia devotio, his ſemper intendere, quæ ad comunodum indigentium clericorum non eſt dubium pertinere. Pervenit autem uſque ad nos, quod Joannes Basil. R. ſacerdoti domum quandam & vineas, quas jure hæreditario poſſidebat, auſu temerario abſtulit, & eas ſibi reddere contradicit. Unde magnificentiam tuam rogamus, & tanquam in Chriſto chriſtianum eccleſiæ filium attentius exhortamur, quatinus, ſi ita eſt, ita ſeiat tua diſcretionis ſublimitas præfato ſacerdoti in preſentia tua, vel alterius de quo plenarie poſſis confidere, juſtitiæ plenitudinem exhiberi, ut idem clericus jus ſuum ſe gaudeat ſuiſſe plenarie conſecutum. Datum Senonis, XVI. Kal. Aprilis.

*** L. AD SUESSIONENSEM EPISCOPUM.

Ut A. qui monaſterium reliquerat, poſſit iter Hieroſolymitanum in illud recipiatur.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri ..... Sueſſionenſi epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Latoris præſentium A. a Hieroſolymis redeuntis nobis nuper relatio patefecit, quod timore V. abbatis ſui peretrare Dei ſepulchrum monaſterium, in quo monaſticum habitum ſe aſſerit ſuſſeciſſe, irregulariter dereliquit. Poſtea vero ab abbate ſuo licentia, ſicut dicitur, impetrata, terrum quam Dominus corporaliter viſitavit, initia devotionis petivit, & per nos rediens, apoſtolicæ ſedis imploravit auxilium. Ideoque fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus abbatem jamdicti monaſterii diligenter commoneas & inſtanter, ut memoratum A. diſciplina ſecundum regulam beati Benedicti & conſuetudinem ordinis ejuſdem monaſterii ſervata, in monaſterium ſuum recipiat, & paterna benignitate pertractet. Datum Anagniæ, VII. Kal. Maji.

*** LI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ut cœnobii Caſtriforti bona diſſipari & auferri ab excommunicato Priore prohibeat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Quis de regiæ ſublimitatis induſtria exiſtimatio ſemper talis procedit, ut ſuperna cœleſtialionis amore circa conſervationem eccleſiarum ſedulum operam & curam probeis impenderet piam ſolicitudinem tam commendamus in Dominо, qui te volumus & deſideramus ſemper circa pia opera exercitari, & ſicut regem Chriſtianiſſimum in omnibus tuis bonis actibus proſperari. Inde eſt, quod ad tuæ magnitudinis notitiam volumus pervenire, nos ex tenore literarum venerabilium fratrum noſtrorum ..... Turonenſis archiepiſcopi, & ..... Andegavenſis epiſcopi, & dilecti filii noſtri ..... abbatis Majoris monaſterii evidenties acq cepiſſe,

cepiſſe, quia ..... Prior Caſtriforti, & alii fauto ejus in acculatione dilecti filii noſtri ..... Burgulienſis abbatis viri quidem religioſi & Deum timentis, penitus detecerunt, & omnino ſoni mendacem reperti, & propterea excommunicationis vinculo innodati. Ceterum quia præditus Prior bona eccleſiæ ipſius loci diſſipare præſumit, & illicita involuone auferre ceſtſtudinem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, monemus, & exhortamur in Dominoquatinus pietatis intuitu, & pro reverentia B. Petri ac noſtra, res & bona Burgulienſis eccleſiæ protegas, manuteneas, & conſerves, & præfatum Priorem noſtra ratione foveas, ſed ipſum tanquam excommunicatum attentius evites. Dominum quoque Caſtriforti abbatem, in cujus ſede ſanctí Chriſtophori fus violentia dicitur inviſile, ad ablata omnia eidem eccleſiæ reſtituenda, & de deinceps tatia contra præfatam eccleſiam attentare præſumat, vel ſanc dictum Priorem fovere, commiſſa tibi deſuper poteſtate compellas. Datum Senonis, VIII. Idus Decembris.

*** LII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Regis congreſſum & conſecutum. Datum Sec.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

C Rdiem ad nos dilectus filius P. ſubdiaconus noſter diligenti nobis narratione propoſuit, quomodo ſublimitatis tuæ clementia eum honorificè & decenter ſuſcepit, & omnem illi honorem & gratiam, quam magnificentiam de Chriſtianum principem decuit, ob Dei & noſtri reverentiam exhibere curavit: qualiter etiam ex, quæ regiæ magnificentiæ ex parte noſtra propoſuit, cum omni manſuetudine & diligentia, tua ſincerittima benignitatis affectio exaudivit. Dilectum autem filium noſtrum nobilem virum Hugonem baronem tuum, per quem nobis ex excellentia tua reſpondit, debita benignitate ſuſcepimus, & ejus verbis prompta diligentium adhibentes, conſilium tuum gratum omnimodis & acceptum habemus. Verumtamen in hoc circa nos & eccleſiam Dei admiranda tua devotionis ſincerita- tas evidenter comparuit, qui ob reverentiam Dei, & honorem B. Petri, ac noſtrum, uni de clericis noſtris tantam gratiam exhibuiſti. Inde ſequitem eſt, quod nos tam ſuper his, quam ſuper aliis, nobis & noſtris multiplicitet a celſitudine tua collatis, omnimodas fineritas tuæ gratiarum referimus actiones: magnificentiæ tuæ præſertim ſignificatione norum fieri cupientes, quod quam citius cum opportunitate fieri poſſet, præfatum tuam veſtimus & conſilium ſuper his, quæ nobis ſignificaſti, libenter habere. Datum Senonis, Idibus Januarii.

*** LIII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Qua victus ratione uti debeat quavis feria ſexta feria.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

Deſiderium & affectum tuum, quem circa obſequium ſuperni conditoris, ob tuorum peccatorum veniam obtinendam regia magnificentia habere dinoſcitur, gratum admodum & acceptum habemus, & tum dignitiſſimis in Domino laudibus *Concil. General.* Tom. XIII.

A commendamus. Acceptimus autem et literas tuis, regiæ celſitudini per alia ſcripta non fuiſſe expreſſum, utrum in quatuor-ſexta feria ſitam relationem, quam in ſexta feria allorum temporum tibi feciſmus, debeas obſervare. Unde nos eandem relaxationem taliter duximus diſtinguendam ſicilicet ut in quadrageſima, quæ dicitur B. Martini, uſque ad adventum Domini, in ſexta feria uno ſercuſo piſcium, & vino temperate ſumpto utaris. In adventu vero & in majori quadrageſima conſuetam abſtinentiam tempore ſexta feria obſervabis. Si autem debilitas corporis non poterit abſque gravi detrimento illam abſtinentiam ſuſtinere: volumus, & per apoſtolica ſcripta magnificentiæ tuæ præcipimus, ut in ſexta feria ſolum, & vino modice ſumpto utaris. Conſuetiſſimum ſereuitati tuæ, & ſuademus, ut ſecundum conſilium dilecti filii noſtri ..... capellani tui, etcuoſy nas tuas temporibus ipſis debeas augere. Noverit autem regia ſublimitas, quadrageſimam ab octavis omnium ſanctorum, & non ante, inchoari. Datum Senonis, XIII. Kal. Sept.

*** LIV. AD THEUBALDUM.

Ut abbatem & canobium Bonevallis protegat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio nobili viro Theubaldo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

C Religioſa loca, & honeſtas perſonas, tanto nobilitatem tuam convenit arctiori cariſtate diligere, quanto eas noveris ſerveriori ſtudio religioſæ converſationis ſervitio conditoris inſiſtere, & ad ipſius gratiam promerendam ex bonis operibus inſudare. Pro eccleſia itaque Bonevallis, & dilecto filio noſtro Walcro, quem fratres ejuſdem loci, alio remedio non valentes, ſibi præficere, in abbatem ſuum unanimiter & concorditer elegerunt, & pro eiſdem fratribus, nobilitatem tuam rogamus attentius, quatinus pro reverentia B. Petri ac noſtra, eccleſiam ipſam & perſonam ipſius abbatis & fratres dilligas, manuteneas, & a pravorum impetu eoſdem protegas viſitare & defendas. Ita D quod ab omnipotente Domino meritaris eande premium accrua retribuentis ſperare, & gratiam apoſtolicæ ſedis omni tempore obtinere. Datum Bituricis, III. Kal. Maii.

*** LV. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

In vaſtatores eccleſiæ Brivatenſis.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

E Ad tuæ ſublimitatis notitiam expeditus pervenire, quomodo comites Alvernis, ac vicecomes de Polennaco, villam Brivatenſem, qua tua eſſe dinoſcitur, irreverenter aggreſſi, ipſam Brivatenſem eccleſiam, quæ ad jus B. Petri ac noſtrum ſpecialiter pertinet ac tuelam, depopulari non ceſſant: & domum decani nequiter obſidentes, eam machinis quod poſſunt rapugnant. Unde nos tantam audaciam refringere non volentes aliquatenus incoreſtam, juxta officii noſtri debitum, tam eos quam præpoſitum & abbatem Brivatenſem, qui eos induxerunt, per noſtras ſatragimus literas ab hujus iniquitatis auſu damnabili revocare. In propoſito & voluntate habentes, ut ipſe fecun-

dum noſtra monita reſipuerint, quantum ad officium noſtrum pertinet, tam in eos, quam in terras eorum graviter vindicemus. Unde magnificentiam tuam rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus tu ipſe ad id cor ſingulorum attibue accingatis: & niſi reſipuerint, ad vindicandum in eos ſtudeas omnimodis & labores. Datum Pariſ. xiii. Kal. Aprilis.

✠ LVI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Monaſterium S. Maximini ipſi commendat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

LAudabilis propoſitum pietatis, quod circa landam Dei eccleſiam tam in capite quam in membris regis ſerenitate exhibet, attendentes, monaſterium beati Maximini, ac abbatem ac fratres Divinis ibidem obſequiis manci patos, ſolicite eolim tue commendavimus majeſtati: rogantes, ut idem monaſterium conſulta pietate diligeres, & ab injuquorum incuria regia magnificentie munimine defenſares. Quod utique bone hactenus, juxta beneplacitum Dei, preces, ac monita noſtra, te adimpleſſe cientes, gratum id admodum acceptumque tenemus, & celſitudini tue gratias exinde ubertimas exhibemus: ſtudium ſpem fiducimque tenentes, quod tibi exinde & honor augebitur interne gloriæ ac poteſtatis in terris, & ab æterno remuneratore ipſorum immarceſcibilis palma conferitur in celis. Verum quia, ſicut accepimus, ab earibus noſtris infonuit, quidam Aurelianenſis civis, Theobaldus ſcilicet Morini, præfatum monaſterium peconiæ indebitæ repetitione fatigat, O. de Beſſis, & M. Vidua monaſterium ipſum nimis repetitus debitorum exactione molleſtant: ſublimitatem tuam iterato rogamus, & exhortamur in Domino, quatinus ejuſdem monaſterii paupertates atque miſerias ſolita benignitate reſpicias: & donum in quod ab hoſtilia furit, prædictum indebitæ pecuniæ petitorem regia compellas authoritate deſiſtere, & eos qui lubitæ repetitioni debitorum inſiſtunt, quantum cum bona voluntate fieri poterit, opportunitatem facias idonei temporis expectare. Ut inde a Deo præmium, & a nobis debeat actiones recipere gratiarum. Datum Senonis, vi. Kal. Decembr.

✠ LVII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De electione eccleſiæ Carnotenſis.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

DIlecti filii noſtri tam decanus, quam ſubdecanus, & archidiaconus, cum magna parte canonicorum Carnotenſis eccleſiæ, in noſtra pariter præſentia conſtituti, nobis plenarie expoſuerunt, quam ineaute & inordinate in facto electionis ſuæ eccleſiæ proceſſerunt. Unde nos & adverſitatibus quidem eccleſiis compatientes, & opinioni eorum cautius hac occaſione plurimum eſt denigrata, integritatem ſuam recuperare optantes, ipſos ad pacis & concordiæ bonum cum omni diligentia formus hortati: eoſque monuimus, ut unanimiter in unum convenirent, & eccleſiæ ſuæ ſalubriter ſubdeant providere: & ad hoc utiliter conſummandum

ſententiam a tanto vito canonice promulgatam ſi- *Caſus, non* ne ejus conſcientia ſerie ſolveremus. Si vero uſque adeo de ipſo frate noſtro conſtiti, & negotium ipſum plurimum in animo tuo ſedet: poteſti tenum nobis tuum voluntatem reſcribere, & nos deſideratum tuum cerabimur authore Domino efficaciter adimplere. Datum Paris. xii. Idus Martii.

✠ LX. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Hoſpitale Compendienſe, ejuſdem urbis abbatiæ attributi:

Vide epiſt. 8. & 9. hujus t. 2. prædicti.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carißimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

ILlam ſinceriſſimam regiæ ſereniratis affectionem quam circa eccleſias Dei multimodis habere dignoſceris, magnificis in Domino laudibus commendamus: votivæ cordis affectibus exoptantes, ut ipſa immaculata Dei ſponſa viro ſuo Chriſto te valeat in æterna beatitudine præſentare, quam in terris innumeris devotionis indiciis, ſicut tex catholicus, & Chriſtianiſſimus probaris, noſteris ſerventius honoraſti. Ex litteris autem excellentiæ tuæ nuper accepimus, quod negotium illius hoſpitalis Compendienſis, unde ſæpius regiæ celſitudini ſcripſimus, noſtro arbitrio reliquiſti, & quod exinde ſtatuerimus magnitudinem tuam ratum & firmum habere, litteris aſſeveraſti. Unde quoniam præſcriptum hoſpitale cum omnibus pauperum perpetuo deputatum, ſicut ex ſcripto venerabilium fratrum noſtrorum B. Norwicenſis, & ..... Silveneſtenſis epiſcoporum, quibus hoc inquirendum conmiſimus, nobis innotuit, tempore Compendienſis eccleſiæ canonicos procuratores habebat: nos attendentes quod monaſteria & alia religioſa loca hoſpitalia domus ad receptiones pauperum habere ſoleant, & de regia clementia, qua, ſicut diximus, eccleſiam Dei diligere & ampliare conſueviſt, & diſpoſitionem ipſum noſtro relicuit arbitrio, plurimum confidimus, præfatum hoſpitale Compendienſi monaſterio apoſtolici ſcripti munimine duximus confirmandum. Ita quidem quod nibus pauperum deputatum, ad diſpoſitionem & curam dilectorum filiorum noſtrorum ..... abbatis & fratrum ejuſdem loci debeat in perpetuum fine omni inquietudine pertinere. Quoniea ſereniratem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus præfatis invitis, & pro reverentia B. Petri ac noſtra, memorato monaſterio idem hoſpitale tua pariter ſublimitatis ſcripto confirmes: nec ipſis eviade valeat aliqua in poſterum queſtio ſuboriri. Si vero quilibet eodem ſupior hoc moleſtiæ vel perturbare præſumpſerit, tu eos a præſumptione hujuſmodi præſtitate regia non diſſeras coercere: ut æterne felicitatis præmium propter hoc conſequi mereamur, & nos ipſi magnificentiæ tuæ cupiamus exinde gratias referamus.

Datum Senonis, xiii. Kal. Novembris.

✠ LXI. AD HUGONEM SUESSION. epiſcopum.

In angußtiis maximis poſitus ſubſidium aliquod petunie poſcit.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri H. Sueſſionenſi epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

ILla devotionis integritas & affectio caritatis, quam circa ſacroſanctam Romanam eccleſiam *Concil. Generat.* Tom. XIII.

A pertinam ſortabit, ſtudeas: ut in neceſſitatibus noſtris conſilium a te debeamus & auxilium poſſe. & imminentia nobis negotia tibi fideliter ſcripſerit. Quæſtier autem illi ſuper his rumoribus referentur eccleſiæ, fraterni ſui delicet, univerſitas omnium mirrem facietis cum Romanum eccleſiam honorificentiæ, eumque tuis curis opportune & inſcher- ad directionis tuæ notitiam non ſinbigimus pervenille. Qui utique tanquam lo rapiens & ragiens, poſitis in inſidiis, aditus viarum ita per ſatellites barbaros ferimtis obſtruxit, quod illi jam non valeant ufque ad nos tranſire, a quibus Rom. eccleſiæ in neceſſitatibus iuis opportuna recipere ſuffragia conſueverit. Unde cum eadem Romana eccleſia multis oppreſſionibus angußtata ſit his temporibus & afflicta, & magnis atque innumeris pene debitis aggravatavtad ejus onera ſuſportanda, & ad neceſſitates quas patitur relevandas, tanto ſtudiorius exurgere te oportet, & efficacius laborare, quanto amplius eadem mater eccleſia de tua devotione & fide ſincerius confidit. Intanto itaque neceſſitatis articulo conſtituti, de præteriti quidem ſubventione tibi gratias exſolventes, certitatem tuam rogamus plurimum, monemus, & exhortamur attentius, ut ad mentem revocare, quos & quanta gravamina & angußtias Romana eccleſia pro ſua & omnium eccleſiarum libertate tuenda hactenus pertulerit: conſiderantes etiam quid mortua capiti debeant, ad ſubventionem eccleſiæ, & ad ſolvenda debita, quibus premitur, manum adhuc liberalitatis extendas, & nobis tuo con ſolatione auxilium in tanto articulo, ſi ubique, tum deſtrimento eccleſiæ vue fieri poterit, largiris. Generis ſiquidem & obſequia quæ in neceſſitate præſentur, quodammodo tempore recipiendo, emolumentis gratiora. Abbates quoque & alios eccleſiarum prælatos in tuo epiſcopatu conſtitutos ad hoc idem ova omni diligentia exhortetis. In quocumque autem te nobis ſcripſerit ſubvenire, illud dilecto filio noſtro ..... latori præſentium te volumus allegnare, & nobis id ipſum litteris tuis ſignifices. Datum Anagoiæ xiii. Kal. Martii.

✠ LXII. AD HUGONEM SUESSIONEN. epiſcopum.

Silvaneceníi epiſcopo de vineis ipſi ademptis juſtitiam fiat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri H. Sueſſionenſi epiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

VEnerabilis frater noſter Silvanecenſis epiſcopus ſuus nobis litteris intimavit, quod Gil. de Hauguidin auser ejus, parochiani tui, quidam terras & vineas ipſius epiſcopi per violentiam detinere præſumunt, & eas cum frudibus inde perceptis eidem epiſcopo reddere contradicunt. Cumque præfatus epiſcopus ſepius eos propter hoc fubanonuiſſet, ut in curia ſua ſibi juſtitiæ plenitudinem exhiberent, ipſi tamen id facere noluerunt. Unde quoniam idem epiſcopus in præſentia noſtra ratione deeſſe poſſumus, vel debemus: fraternitati tuæ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, ſi cognoveris memoratum G. de Hauguidim ovorem ejus debere in curia ſua præfato epiſcopo ſuper hoc reſpondere, ipſos ad plenam juſtitiam in præſentia ejuſdem epiſcopi ſuper hoc exhibendam, monees inſtanter, & diſtricte compellas. Alioquin ea in præſentia venerabilis B. Belvacenſis epiſcopi ſufficienter ſuper hoc ſæpe dicto ſuo epiſcopo

coercas, & appellatione remota justitiæ plenitudinem exhibere: si vero id facere forte contempserint, eos ecclesiasticis censuris percellas.
Datum Senonis, VIII. Idus Octobris.

✠ LXIII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ut paupertem quendam protegat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

CONSUEVIT semper egregiæ clementiæ pietatis opitulorum & pauperum misereri, & circa eorum miseriam prompti affectu animi commoveri: scies scripturam elle: *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem.* Ea igitur consideratione inducti, & hujus pauperis M. præsentium latoris sæpe nobis preces devicti, qui molestias & injurias super possessionibus suis a quibusdam hominibus tuis potentioribus se queritur sustinuisse: regiam excellentiam & constuetam pietatem tuam rogamus attentius, quatinus pro amore Dei, & obtentu justitiæ, & nostro interventu, eum ab adversariis suis, a quibus se opprimi asserit & gravari, ita regiæ protectionis defendas, & immunem ab eorum facias infestatione, quod ab eo, qui cum divis esset, ad libertandum nos nostram fobiis paupertatem, æternum inde debeas promium expectare. Datum Turonis, XIV. Kal. Februarii.

✠ LXIV. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Adami & Gregorii fratrum causam commendat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

DILECTI regiam excellentiam ità diligenti cura intendere, per quæ in regno tuo sub regiæ celsitudinis munimine existentes suum valeant justitiam simiter obtinere. Quocirca serenitatem tuam rogamus attentius, quatinus dilectum filium, quem inter Adam & Gregorium fratres suum super quadam domo vertitur, quæ ad tuum dominium, sicut dicitur, spectat, diligenter audias, vel aliqui neutri parti obstet, ne falsa suspectur, juxta tuæ dignationis arbitrium tantam causam audiendam, & fine debito terminandam committas. Datum Senonis, IV. Idus Novembris.

✠ LXV. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Mittit nuncios cum mandatis, de iis quæ ex imperatore CP. accepit.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

DUM in mente revolvimus, & ad memoriam revocamus, qualiter cauſa Dei, & amore justitiæ, ob reverentiam quoque beati Petri apostolorum principis, causam ecclesiæ tanquam propriam assumpsisti, & eam, sicut tex catholicus & princeps Christianissimus, in augmentum & exaltationem ipsius pro aliis ardens principibus promovisti in hanc intentionem & animi voluntatem addu-

cimur, ut in qualibet causa ejusdem ecclesiæ, quæ aliquos momenti sit, absque serenitatis tuæ consilio & auxilio, cum id habere valemus, nullatenus procedamus. Credentes, tamen & certa veritate tenentes, te non leeus quam nos ipsos, rei quemlibet fratrum nostrorum, solius superni conditoris obtentu, ad honorem & incrementum ecclesiæ solicitum ac ferventem existere, atque ad exaltationem ipsius intento studio laborare. Inde est quod literas nuper literis a nunciis carissimi filii nostri... illustris Constantinopolitani imperatoris, qui ad sanctum Ægidium applicuerunt, quas utique regiæ serenitati quamprimum transmisimus, in quibus ejusdem continetur, quod ex parte ejusdem imperatoris quosdam dicta accommoda, & ad utilitatem respicientia, nobis tantum & ecclesiæ tuæ deferunt, proponendo: videlicet Dilectum filium H. Capellanum, & fratrem H. eleemosynarium nostrum, carellatæ tuæ fideles admodum ac devotos, regiæ celsitudini destinamus, per quos quædam super eodem negotio, quæ non decimus literis committenda, tuæ serenitati proponimus, & super quibus tuum consilium expectamus: rogantes attentius, quatinus eos regia pietate suscipiens, benigne audias, & consilium tuum, super his que tibi propoſuerint, per eosdem literis tuis aperias. Aliquas etiam à latere tuo cum prædictis filiis nostris ad memoratos imperatoris nuncios, qui iterum eis per terram tuam ufq; ad tuam & nostram præsentiam debeant præstare ducatum, nostro intervento transmittas.
Datum apud Dolense monasterium Idibus Julii.

✠ LXVI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De cauſa epiſcopi Camorcenſis, cui inducias ad. huc indulget:

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

VENIENS ad nos dilectus filius noster.... abbas S. Vincentii Silvanectensis, cum celsitudinis tuæ literis, apud nos diligenter institit, ut illi Cameracensi episcopo, quem contra honorem ecclesiæ & falsitatem ipsius, & utilitatem non vestram electus experiebamur, adhuc inducias præberemus. Ipse vero, sicut credimus, (& ut ipsam rei veritas aliter se habeat, non de neceſſitate aliqua, sed ut eroganem fuum filii clementiæ tuæ, & venerabilis fratris nostri Henrici Remensis archiepiscopi protectione valeat obumbrare, hujusmodi per nos occasionem prætendit. Nos autem, non petentiam, sed potius jnstam quærentes, & tuæ dilectionis obtentu, & conſideratione jam dicti fratris nostri, precibus, ac petitionibus, nisi contra Deum manifeste venerint, annuere volentes, eundem quantum vijque ad secundam dominicam proxime quadragesimæ adhuc dacimus expectandum. Ita quidem quod nisi illum, aut nuncium, vel literas ejus de reversione ipsius & certa promissione in prædicto termino receperimus, eundem ex tunc omni dilatione remota, publice excommunicabimus, & a corpore Christi, quod est ecclesia, sequestrabimus. Quocirca magnificentiam tuam præsentium ſignibus rogamus, ne tus sublimitas aliquibus precibus nos amplius super facto ipso convenias. Rogamus etiam excellentiam tuam, ut sicut per dilectum filium nostrum.... abbatem sancti Germani te rogavimus, ita efficias. Credimus enim quod hoc ad honorem tuum deuno spectabit. Datum Senonis, VI. Kal. Febr.

AD

✠ LXVII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Floriacenſe monaſterium ipſi commendat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

DILECTUM filium noſtrum... abbatem S. Benedicti ſuper Ligerim cum tua magnificentia literis ad nos venientem quia debuimus animi benignitate recipiens, & obtentu prorum tuarum, quibus, quantumcumque cum Deo poſſumus, prompti ſemper volumus diligentiam exhibere, inquo religionis honeſtatis intuitu, ipſum affectuoſius honorare curavimus, & in ſuis petitionibus efficaciter exaudire. Eum itaque cum plenitudine amoris & gratiæ ſuſcipiat, & propria redeuntem, regiæ ſerenitati propenſius commendamus: per apoſtolica ſcripta monentes, rogantes, & exhortantes in Domino, quatinus amorem Divinæ miſericordiæ, & pro reverentia beati Petri & noſtra, conſideratione quoque religionis & probitatis ipſius, eundem abbatem & fratres ſuos, & idem monaſterium, clementi ſemper benignitate reſpiciat, diligat, manuteneas, & honores: & tam eos, quam jura ipſius monaſterii, a pravorum incurſione, regia protectione defendas. Deprecamur ab omnipotenti Deo premium æterne beatitudinis exinde recipias, & nos regiæ majeſtati copioſas debeamus gratias exhibere. Datum Bituricis, VII. Idus Auguſti.

✠ LXIX. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De ſecreto quodam, quod imperatoris CP. nuncius papæ & regi communicandum habet.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

SICUT per ſervientem tuum, & etiam per literas noſtras, nuper regiæ celſitudini denotavimus, alter nuncium carillimi in Chriſto filii noſtri illuſtris Conſtantinopolitani imperatoris, qui nunc ad partes noſtras venerit, non & te velles habere præſentes, ut illud ſecretum verbum communicare nobis proponeret, ſicut ex mandato ejuſdem imperatoris ſe habere aſſerit acceſſiſſe. Unde & voluntatis ipſius erat, ut te ſimul nobiſcum apud Bituricas invenires. Nos vero conſiderantes, quod honori tuæ celſitudinis expediret: conſilium noſtrum ſuper hoc tam per nuncium tuum quam per literas noſtras regiæ magnificentiæ exponimus: proponentes honoriſicentiæ tuæ, quod priuſquam nos conveniremus in unum, per literas noſtras nuncius ad præſentiam tuæ ſublimitatis accederet: ne, ſi forte ad nos hæc occaſione venires, ei occurrere quodammodo videreris. Ex quo vero ipſe ad te venerit, & conſilii tui ſit, ut nos ſimul tecum debeamus ſuper hoc habere ſermonem in unum poterimus, ubi tibi viſum fuerit, convenire. Nos igitur cupientes in omnibus que cum Deo poſſumus majeſtati deferre voluntatem, ut priuſquam ad nos jam dictus nuncius veniat, ad præſentiam regiæ ſerenitatis accedat. Unde excellentiam tuam per apoſtolica ſcripta rogamus attentius, quatinus cum id tuum præſentiam venientem honeſte recipias, & conſueta benignitate pertractes: & verba quæ tuæ propoſuerit majeſtati, ea qua debet deliberatione conſideres & attendas. Si autem viſum tibi fuerit, aliquid nobis eſſe ſignificandum: poteris, cum tibi placuerit, indicare.
Datum Bituricis VIII. Kal. Septembris.

Camil. Generat. Tom. XIII.

✠ LXX. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Commendat ipſi archidiaconum Bituricenſem: de rebus Germanicis bene ſperare jubet.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & ap. sedis benedictionem.

DILECTUM filium noſtrum C. archidiaconum Bituricenſem clericum tuum, quem nobiſcum, de regia ſerenitate conſiſi, huc ſique retinuimus, ad te dactimus remittendum, & ipſum excellentiæ tuæ attentius commendamus, magnificentiam tuam per apoſtolica ſcripta rogamus quæ monemus, quatinus pro reverentia beati Petri ac noſtra, & illius devotionis ac fidelitatis obtentu, quam circa regiam celſitudinem multiplicitet geſtit; diligenter ac manu tenere intendas, & in ſua juſtitia de conſueta clementia conſovere. Ad hoc, quoniam ſi ſenet carissimum & ſpecialem eccleſiæ filium, & catholicum principem, ac regem Chriſti animabus, de ſtatu eccleſiæ & noſtro latiſcimo & fudiuſum exiſtere minime dubitamus, & de novis illis, quæ de Alemannia nuper venerunt, nec illium aliquam concepiſſe magnificentiam tuam rogamus, ut, ne monemus, quatinus a Dominum Deum, cujus ſpecies plenus & conſidas, quod ea que illi perfecutor eccleſiæ, qui cum ipſa ſimulatum ſemper patem queſivit, adverſus illum, & in detrimentum ejus putavit, non ſortiri credit, in ſei ipſius verecundiam & erubeſcentiam procul dubio redundabunt. Sicut enim pro certo accepimus, & dilectus filius noſter Maguntinus electus ſerenitati tuæ poterit plenius intimare: de toto terra ſua nominis tres abſolutum juramentum præſtare potuit coercere. Alii ſiquidem multi ſine ipſius licentia diſceſſerunt, & illi, qui cum conditione juraverant, jam ſunt a conditione appoſita abſoluti. Ceteri principes archidiaconus ſublimitati tuæ vira voce latius explicabit. Datum apud Anicium, II. Kal. Julii.

✠ LXXI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ut Thomæ Cantuarienſi archiepiſcopo exuli de aliquem epiſcopatum, aut abbatiam, ſi vacaverint.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

QUALITER venerabilis in Chriſto frater noſter Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus, propter tuenda eccleſiæ libertate & devotione noſtra, a ſede propria ſit exulare compulſus, notius extitit, in detrimentum noſtrum & jcturam eccleſiæ ullatenus conſentire: ad quas etiam neceſſitates ipſum cum aliis prædentibus & diſcretis viris, qui cum eo tiam in adverſitate tam laudabiliter quam fideliter imitantur, ſi, quod Deus avertat, diu perſecutio duraverit, oportet devenire: tua fatis recreditanda recognoſcit. Unde, licet regiam magnificentiam ad opera pietatis ita noverimus ſemper eſſe intentam, ut etiá ceſſantibus noſtris precibus, hi qui pro Deo & juſtitia & unitate catholica ſuſtinuerunt ſuſtinent, ſola pietate moniti auxilium oſferas & ſolamen, quod etiam in ipſo fratre noſtro jam maxime experti ſumus tantam regiam magnitudinē ſolicitis in Domino petitionibus exoravimus, monemus, & exhortamur attentius, quatinus obtento Divinę pietatis, & pro reverentia beati Petri ac noſtra, conſideratoritāque ſuę cęditia nobis & tibi a Deo pacę hāritorum

obſequii & honoris per eum tuę poteris excellentiæ provenire: ſi quem epiſcopatum aut abbatiam in regno tuo interim vacare contigerit, ſibi ad ſuſtentationem ſui & ſuorum, donec pax & cœlo nobis deſiderata donetur, regia liberalitas faciat aſſignari. Ex hoc enim & Deum te creditimus inhibituros habere debere propitium, & noſtro in hoc tibi fatis reddes obnoxios. Datum apud Montempeſſulanum, VIII. Idus Auguſti.

* * LXXII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De P. Bituricenſi archiepiſcopo.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

LITTERAS ſublimitatis tuæ debita benignitate ſuſcepimus, ſicut Chriſtianiſſimi regis, & illius principis, quem tota in Dominocreaturæ diligimus, & cujus honori & commodis, in omnibus quæ cum Deo poſſumus, aſpiramus. Unde, licet de ſuperabundanti fueris, quod pro venerabili fratre noſtro P. Bituricenſi archiepiſcopo preces nobis ſolicitas porrexiſti, cum non eum, ſolo honeſtatis fine ac probitatis intuitu, affectione ſinceriſſima diligamus, & commodis ejus & commiſſæ ſibi eccleſiæ ſtudeamus providere vehimus: ipſius tamen tuæ ſolicitudinis preces clementer admiſimus. Voluntatem & propoſitum aſſumentes, circa eundem archiepiſcopum, tam interventu tuo, quam ſine ſuæ diligentiæ probitatis obſtentu, ſalubria in nobis providentiam gerere, & juſtitiam ſuam tam in cauſa quam modo habet, quam in aliis omnibus, integram fibi authore Domino conſervare. Diledum quoque filium noſtrum magiſtrum R. beati Germani decanum, quem tua nobis ſerenitas commendavit, benigne recepimus: atque a nobis interventu tuo efficatiter obtinuit, quod rationabiliter poſtulavit. Datum Senonis II. Non. Februarii.

* * LXXI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Nuncium mittit cum mandatis.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

DIlectum filium fratrem F. familiarem noſtrum ad regium celſitudinem deſtinamus, per quem excellentiæ tuæ quædam verba voce proponimus, quæ non duximus ſtilterarum ſubdi commendare. Inde eſt quod ſerenitatem tuam rogę apoſtolica ſcripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus quæ tibi ex parte noſtra proponet, diligenter audias: & ea, quantumcumque cum honore tuo, ac regni tuæ gubernationi commiſſi fieri poterit, effectui ſtudeas mancipare, & quid inde facere diſpoſueris, nobis per eundem, ſi. fi. eut magnificentiæ tuæ viſum fuerit, ſignifices.

Datum Senonis, II. Kal. Januarii.

* * LXXII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Gratias agit, quod in excipiendo nuncio imperatoris Cſ. ſignificavit quanti pontificem faceret.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

ILLA devotiſſima excellentiæ tuæ ſinceritas, & ſinceriſſima devotio, in omnibus quæ facroſanctæ Ro. eccleſiæ pertinent, tantum ſempèr fervoren internæ affectionis oſſendit ut verus ejus filius, veras proiciſſe, & quodammodo ejus bajulus exiſtere videaris. Ita quod noſtras in orbe principes exiſtat, qui adeo, licet celſitudini tuæ, profectus & exaltatio ejuſdem eccleſiæ temporibus aſſeribatur. Unde nos omnipotenti Domino, cujus intuitu & amore ad hæc faciendà regiam animum induxiſti, gratiarum non ceſſamus actiones exſolvere, & quo clementiam ubilibis interceſſionibus exoramus: ut ut ita dignum ſolatium, & neceſſarium valde refugium inalem ſponſæ ſuæ in hęc tempora reſervavit, ipſe te fibi longo tempore conſervet incolumem, & ita regnare tibi concedat in terris ut æterne regnes hoc, indeficiens regnum conſequaris in cœlis. Accepimus ſiquidem, & veraciter intelleximus tam ex tuarum litterarum tenore, quam ex relatione dilecti filii noſtri B. nuncii tui, quod audita a nuncio carniſſimi filii noſtri illuſtris Conſtantinopolitani imperatoris, de honore & reverentia ab eodem imperatore nobis & ſanctæ Ro. Eccleſiæ exhibendà, tam ex quam ſuo ſermone tui, qui conſilio interfuerunt, intuitu habitæ circa nos devotionis, latitiam non modicam concepiſſe: judicantes, eos de cetero ſuæ alitis quæ attulerant negotiis audiendos nec ea illas judicaſtis eorum voluntatem a conſueta clementia tuæ manſuetudinis audiendà. Super quo regiæ ſerenitati ubertimæ gratiarum actiones, ſicut dignum eſt, exſolvimus, & tamen tuæ celſitudini preces clementer admiſimus. Volumtatem & propoſitum aſſumentes, circa eundem archiepiſcopum, tam interventu tuo, quam ſine ſuæ diligentiæ probitatis obſtentu, ſalubria in nobis providentiam gerere, & juſtitiam ſuam tam in cauſa quam modo habet, quam in aliis omnibus, integram fibi authore Domino conſervare. Diledum quoque filium noſtrum magiſtrum R. beati Germani decanum, quem tua nobis ſerenitas commendavit, benigne recepimus: atque a nobis interventu tuo efficatiter obtinuit, quod rationabiliter poſtulavit. Datum Senonis II. Non. Februarii.

* * LXXV. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Priorem S. Medardi ſibi a rege commendatum, vicillim regi commendat.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

CUm ad officium noſtrum ſpecialiter pertinere noſcatur, perſonas religioſas, & præſertim magiſtros eccleſiarum, promptà caritate diligere, & eis in omnibus utiliter providere: gaudio gaudemus, & gratum admodum acceptumque tenemus, quod ira ad hoc tuum quoq; mentem coteſtis ignis fervor accendit, ut non ſpiſa ad id tuis ſtudeas peticibus prodenter inducere, & noſtram aliquando ſolicitudinem prevenire. Preces itaque, quas per dilectum filium noſtrum R. priorem ſancti Medardi regia celſitudo nobis porrexit, benigne ſuſcepimus: volumtatem & propoſitum aſſumentes, eum, pro quo rogaſti, ſervenſori caritate, tam ex offerti nobis debito, quam tuarum precum obtenere, diligere, & ei quantum cum Deo poterimus utiliter providere. Rogamus autem ſerenitatem tuam, quatinus, ſicut eum nobis commendare curaſti, ita & tu eum habeas commendatum: ſcilicet, & æquæ ſuſtitiæ, tuamen & preſidium conferas opportunum.

Datum Senonis, VIII. Idus Novembris.

LXXV.

* * LXXVI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Ut vinctum, qui innocens eſt, dimitti jubeat & abſolvi.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUorumdam eſt nobis relatione ſuggeſtum, quod cum Iterius miles de Malonido Senonis perveniſſet, & inimicum ſuum, quem ibi caſu reperit, nudato gladio noſtrum aggreſſus, burgenſes ejuſdem civitatis ei fobito reſiſterunt: & cum ille fugiſſet, quendam ſocium ejus, Gaufridum ſeſſitet militem de Molinoro, qui, ſicut accepimus, nihil in hoc deliquerat, remoratum puiſſiper in eadem civitate operetur, eumque detinent, & pro te dimittere non præſumunt. Miles autem qui a prædicto Iterio ita fuerat impetitus hoſtiliter, aſſerit omnimodis ſe affirmat, quod nullatenus eum ille qui captus habetur offendiſſet, & hunc prædictum ſocium ſuum cum non præſiverat, ſecus aſſerit, & ſe jurare promittit, aliquatenus offenſum. Unde quoniam indignum eſſe videtur, ut hic, cui etiam ab eo qui captorum pertulit, & etiam a præpoſito tuo, innocentiæ teſtimonium perhibetur, pœna non meritа puniatur: rogamus ſereuitatem tuam, & exhortamur in Domino, quatinus eundem G. ſecundum conſuetam regiæ clementiæ pietatem, qui ſicut nocentes potenter deprimere, ita etiam innoxios indemnes conſervet illæſoſq; ſervare, libertas ſuæ abſolutioni reſtituas. Nil aliqrid commiſſe probabitur, quod regiæ fuerit contrarium majeſtati. Datum Senonis, XVII. Kal. Novembris.

* * LXXVII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De Nicolao quodam qui pontificī conqueſtus eſt de canonicis Turonenſibus.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, tariſſimo in Chriſto filio Ludovico illuſtri Francorum regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QUod Nicolaus Turonenſis, homo regiæ majeſtatis, pro eo quod B. eccleſiæ B. Martini Turonenſis canonicus contra compoſitionem, quæ de mandato piæ recordationis patris & prædeceſſoris noſtri Eugenii papæ inter eos facta fuerat, & præſtito corporali ſacramento firmata, violentiam ibi enormem intulerat, ad ſedem apoſtolicam tandem ad ſingulare præſidium accedit: non eo intuitu hoc fecit, quod crederet magnificentiam regiæ ſublimitatis offendere, ſed ut de pace ibi tenere violata, apud Romanam eccleſiam cujus auctoritate facta fuerat, & religione juramenti mutua, plenam juſtitiam obtineret. Sic enim ſerotinum canonum ſanxit authoritas, & imperatores, qui anteceſſores tui fuerunt, & reges Francorum, in ſuis inſtitutionibus hoc ipſum ſanxerunt, quod hi quibus a clericis injuria irrogatur, eos apud eccleſiaſticos judices debeant ſolummodo convenire. Idipſum præterim ſuper his quorum injuria infra fauces ordines peragitur, de cauſarumdine regni tui uſque ad hæc tempora accepimus obſervatum. Inde utique fuit, quod prædictus Nicolaus non crederes excellentiam tuæ celſitudinis minuere, nec jura vel conſuetudini regni tui in aliquo obviare pro violatione pacis favore apoſtolicæ ſedis firmatæ, nobis ſuam querimoniam præſentavit. Nos vero non attendentes hoc ad diminutionem honoris & exaltationis tuæ ullatenus accedere, nec credentes dilectionem tuam ſic ſtultam, ut ſine ratione

" " LXXX. AD LUDOVICUM VII. A Francorum regem,

Commendat ipsi concubinam Compendiensem.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

ILle affectus, quem circa regiam magnificentiam affluentiori gerimus caritate, inducit nos propensius & hortatur, ea tue serenitati suggerere, que ad honorem Dei, & salutem animæ tuæ, & etiam conservationem regni, noscimus potissimum pertinere. Cum enim opus pietatis sit, & aternæ felicitatis gloria dignum, sanctas Dei ecclesias, & religiosas personas diligere, & pie protectionis munimine confovere; illius ecclesiæ tua cessitudini convenit propensiori cura & diligentia respicere, & eorum jura clementiori benignitate tueri, que ab ipsa fundatione sui a tua magnificentia & gloriosissimi patrum tuorum, non modica beneficia percepere. Inde est quod Compendiensie monasterium, & abbatem ac fratres Divinis iisdem obsequiis mancipatos, tanquto attentius tue magnitudini commendamus: quanto idem monasterium ad jus B. Petri specialius respicit & tuetur, & regio tuitioni amplius noscitur pro visione commissum: per apostolica scripta cognites, monemus, & exhortantes in Domino, atque in peccatorum remissionem tibi injungentes, quatinus obtentu Divine miserationis, & ob veniam delictorum tuorum, prædictum monasterium, & ibidem Deo servientes, diligas, manuteneas, & honores: atque jura sua tua contra pravorum insidias protectione foliæ tueatis. Specialiter tamen tuam clementiam regiam rogamus, ut hospitalem domum quæ ad jus ipsius monasterii pertinet, a dilectis filiis nostris .... abbate & fratribus ejusdem loci non permittas ullo ratione turbari, vel aliquatenus impediri, quo minus illius hospitalitas, sua uti pie ecclesiæ, sicut tua discretio novit, utilis est admodum & necessaria, liberam administrationem posse hactenus ita quod peregrini gratiæ vel inhabitanti inde recipias, & ipsi fratres, incitate fulbimitatis tue favore tempestuosiore freti, ferventius possint religiosi offerre intellere, & ipsum monasterium tam D spiritualibus quam temporalibus incrementis Domino auxiliante augere. Datum tv. Idus Septemb.

" " LXXXI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De nuncio imperatoris CP. qui secretum habet pontifici & regi simul præsentibus aperiendum.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

CUm ex multis aliis super devotissima tincritate te ac nobis exhibita regiam excellentiam posiimus & vellimus implicitor commendare; in E hoc etiam quod super ad petitionem nostram pro præstanda fecuritate nuncius eausiimus filii nostri " .... illustris Constantinopolitani imperatoris proprium nuncium dilectum filium, hospitem regiæ majestatis non immerito commendamus, & copiosis exinde magnificentiæ tuæ gratiarum actiones exsolvimus. Noverit autem excellentia tua, quod alterò nuncium illorum, qui genere ut feruntur, apud S. Ægidium remoratur, alter ad præsentiam nostram accedit. Quia vero quoddam verbum secretum nobis & tibi tantum habet proponere, eum ex literis nostris olim ab eisdem nuncis destinatis, quas tibi

transmisimus, agnoscere potuisti: voluntatis illius est, si tue placitum fuerit majestati, quod in aliquo loco personæ simus, ut verbum illud a prædicto nuncio pariter audiamus. Sane prædictus nuncius tuus tibi plenius illius voluntatem exponet. Non vero licet pericitum tuum, tam pro hoc, quam pro aliis negotiis, libenter habere vellemus: tamen tuum erit cum familiaribus & consiliariis tuis deliberare, qualiter super hoc tibi sit procedendum, & quid in hoc facto honori & excellentiæ tuæ deleat convenire: & secundum quod honori tuo noverit expedire, procedes. Quicquid autem super hoc providerit faciendum, tam nobis, quam præfato nuncio, literis tuis studeas celeriter indicare.

Datum Biturigis XIII. Kal. Septembr.

B

" " LXXXII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De comite Arvernie quem absolvit, cum id regi non ingratum posse credit. Nihil enim se facturum unquam, quod ipsi displiceret posse.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

DUm adhuc Parisius præsentes essemus, firmiter nos sublimitati tue propositisse recolimus, quod nihil unquam velimus scientes efficere, quod C tue displicentiæ deberet regiæ celsitudinis provenire. Unde licet super comitem Arvernie in nostra præsentia positum absolverimus: eam tamen super hoc exactam habuimus, ut bene credaremus nos nostro & tuo pariter honori consulere, & etiam Brivatensi ecclesiæ utiliter providere. Non enim prius nocuit a nobis absolvi, quam tactis sacrosanctis evangeliis corporale præstiterit sacramentum, quod tam super restituenda filia vice-, quam etiam super corrigenda injuria ecclesiæ Brivatensi illata, nostrum deberet fulcipere firmitet & servare mandatum. Unde continuo filii sub illius fidei-menti distributione mandavimus, ut filiam tuam vivo, cui eam abstulerat, redderet: de universa bona Brivatensis ecclesiæ, quæ vel ad eum vel ad homines ejus devenerant, rehiganet. Accedit ad hæc, quod præfatus comes non per se principaliter pra dictum Brivatensem ecclesiam aggressum fuisse, sed in subditum nepotis sui servisse dicebat: quem nos nec adhuc absolvimus, nec etiam diuncpes, antequam plenarie satisfaciat, sed vel ejus contra ecclesiæ absolvemus. In ea quim, fixit divinus, voluntate, in eo sumus propositio solidati, ut super his, quæ gravia tibi cognoscimus, te incondito auditatenus procedamus. Quod si aliquanda inficiente cognitione id quid facceremus? non pigebit nos congrua in melius directione reducere, quæ tanto principi nouverimus displicere. Datum Turonis iv. Idus Junii.

" " LXXXIII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Castrum Flaviaslæum ab Odone Burgundiæ duce reddendum, vel regi, vel episcopo Educni.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

LIteras excellentiæ tue tanto jucundiori & benignatori mente fulcepimus, & earum tenorem cognovimus: quanto cas de puriori constantia & fervori ferventiori animi devotione liquidius intelleximus proceffisse. Nos enim illa memorialis & collaudanda regie ferventatis fiema & spem plenissimam, qua fatcsfancta Romana ecclesia de die in diem grande augmentum fulcipit & uberrimam, diligentius considerata, promptiores animum & ferventem voluntatem habemus, te ficut regem catholicum, & principem Christianissimum, toto cordis affectu diligere, & honori & exaltationi tue, & regni tui, affectatis proceffibus totideffectu afpirare, & tuis petitionibus falva conscientia commodum complementum libentissimi impertiri. Unde ad regias pulsationes tuam, nobilem virum Odonem Burgundie ducem atteote rogavimus, atque mandavimus, ut castrum Flaviaslæum, quod illicite ulurpavit, & detinet per violentiam occupatum, tue celsitudini, vel .... Educni episcopo reddeat: aliquam fententiam, quam idem episcopus in eum & terram fuam propter hoc canonice promulgavit, ratam habebimus, & ipsam a venerabilibus fratribus ..... Lingonenfi & .... Cabilonenfi, episcopis, mandavimus ratam haberi, & irrefragabiliter obfervari. Datum apud Dolum, x. Kal. Octobr.

" " LXXXIII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Gratias agit de conflantia quam præfe tulit in colloquio cum Friderico imp. Admonet egifle le apud regem Anglorum, ut regni fui vires omnes offerret regi Francorum.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

AUdivimus per venerabiles fratres noftros archiepiscopos & episcopos, qui tecum illi colloquio, quod cum Frederico dicto imperatore confitueras, interfuerunt, quantas molestias & gravamina in tua constantia fuftinueris. Cognito etiam poft difceffum eorum, inventa iniquitate & doloſitate prædicti F, & confiliariorum ejus, qui nitebantur fidei tue ferpiginem modis omnibus deperarare, quantam mentis conftantiam, & fpiritum fortitudinis induerit, quod malueris & decreveris te mortem ferrcum, & perfidium impugnabile pro dolo, quam fidem deperdere, & reliquo ad effionem fanguinis decertare, quam ab unitate ecclefiæ recedere, & tantæ malitiæ conſortes; omnipotenti Domino, qui te per infeffibilem gratiam fuam tam fortem, tam invictum pro immaculata fponfa fua, fancta videlicet ecclefia, quam pretiofiffimo fanguine fuo redimi voluit & honorari, contra perverſa conſilia infidelium defenſorem: & tibi ipſi, qui ſpretis omni mundana potentia ſolum Dum attendiſti, quantalcumque poſſumus & debemus gratiarum exſolvimus actiones: omnipotentem Deum devota precibus meditatione & fedulis precibus exoranter, ut te & regnum tuum confervet & protegat per tempora longiora, & de inimicis tuis & ecclefiæ victoriam tibi confcrat & triumphum. Et adeo ad gloriam tui nominis amplificandam, & ad vigorem fortitudinis inferendum, cariſſimo in Chriſto filio noſtro Henrico illuſtri Anglorum regi per venerabiles fratres noſtros ..... Eboracenſem archiepiſcopum, ... Eboracenſem, & ..... Lexovienſem, epiſcopos, & alios ineſtios nuncios ſuos, atteneſ ſuggerere ſtuduimus, & ejus animum modis omnibus inducere & exhortari, ut tibi tanquam domino ſuo vires & auxilium præbet, & regias ferenitati ſtudeat in omnibus & per omnia deferere. Iſte vero noſtris exhortatio-

A nibus latatus plurimum & gavifus, & ex prudentia animi quid tibi debeat ſtudioſius attendens, dilectum filium noſtrum nobilem virum R. de ſancte Valerico, & alios Brennos & cætos nuncios, ad tuam excellentiam deſtinavit, per quos & de tertum ſuam, & tuas vires quas habet, & honorem & fe delitatem, & exaltationem regni tui expoſuit. Et ut hæc de præſtando vires & auxilium tuæ indemnitatis propoſuerunt, nobis mandavit: & ſi opus eſſet, per hos nobis conſulendum eſſe non deſpondet ſibi conſtitueremus. Nos vero devotionem & puritatem ipſius, qua circa te & nos ipſos ſervere dinoſcitur, diligentius attendentes, & deſiderantes plurimum tam per eum, quam per alios magnificos vires tuum potentiam augeri, & in omnibus B ampliari: volentes quantum tam per nos, quam per alios devotos eccleſiæ filios tibi tanquam catholico filio noſtro vires & auxilium efficaciter miniſtrare, & tam temporaliter quam ſpiritualiter vim & opem tibi conferre, pro eo, & ſecundum quod tua ſtuducia nos ſuſcipere conſtituimus. Unde rogamus exceſſentiſſimam ferenitatem tuam, & prodentiam exhortamur, quatinus prædictos nuncios, licet decet tam induſtrium & prudentem eſſe, in cita benignitate recipias, & in omnibus ſtudeas honorare, atque prædicto regi pro tanta affectionis & fidelitatis oblatione magnifice gratias exhibere, & invitum apinum tuum pro his erga eum prompta benevolentia mitigare. Nos enim præſentium regem, quem in puritatis terra feria ad noſtram præſentiam expectabas, ſicut ſemper feciC mus, ad honorem & fidelitatem tuam, & profectum regni tui indicere curabimus, & modis omnibus exhortari. Hæc vero quæ dilectus filius P. Capellanum & ſubdiaconum noſtrum præſentium latorem, tux ceſſitudini plenius duximus intimanda. Datum apud Dolum, xv. Kal. Octobr.

" " LXXXIV. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Mittit Portuenſem epiſcopum cum mandatis.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

D

EXhortans circa nos & eccleſiam Dei regie devotionis & ſinceritatis affectio, in ea ſtudeta mentem noſtram conſtituit, ut de te, tanquam unico poſt Deum eccleſiæ defenſore, omni dubitatione poſt poſita confidamus: de tua magnificentia ſtrmiſſime præſumentes, quod nunquam matri tun eccleſiæ Romanæ aliqua velis occaſione deficere, qui præcipuus inter orbis principes, tanquam ſpiritale rector & veritatis amator, ejus ſcopuli cauſam viriliter adjuvare. Unde in negotiis ipius & noſtris, tanto fiducialius ad regie prudentiæ conſilium auxiliumque recurrimus: quanto expreſſius tux devotionis fidelique conſtantiam, noſtræ mentis oculis quaſi coram poſitam intuemur. Hujus igitur certitudine fecuritatis induſti, venerabilem fratrem noſtrum B. Portuenſem epiſcopum, virum utique induſtrium & diſcretum, pro eccleſie negotiis ad regiam præſentiam duximus deſtinandum: E eligentes potius voluntatem noſtram ad te referendam illi committere, quam eam exceſſentiæ tuæ præſentibus literis intimare. Quocirca ſubſtinentatem tuam per apoſtolica ſcripta rogamus, monemus, & exhortamur in Domino, quatinus prædictum fratrem noſtrum quem carum inter ceteros acceptumque tenemus, benigne recipias: ita ſibi in his que regie majeſtati ex noſtra parte proponet, efficx-

efficacem præbiturus assensum, quod spes nostra, A
quæ de tua post Deum, fuit diximus, sublimitate
depondet, utilem in his tortiture effectum, & ple-
nius fumat in aliis incrementum. Si enim ea quæ
ab eo tuæ fuerint propositæ majestati, efficaciter
fuerint Domino volente completa: tanto magis id
nobis gratum erit in omnibus & acceptum, quanto
ex his mater tua Sacrosancta Romana ecclesia ma-
joris accipiet pacis & prosperitatis augmentum.
Datum Taronis, IV. Nonas Novembris.

* * LXXXV. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Admonet de celebratione concilii: alia quædam.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

Dilectos filios nostros, Barbadorum, & milli- B
tem qui cum eo venit, ad præsentiam nostram
a tua celsitudine destinatos, debita curavimus be-
nignitate recipere, eisque super his quæ nobis ex
tua parte propositerunt sufficienter fiduimus ad
singula respondere. Quare autem super his litteras
fecerimus tuæ non transmiserimus, prædicti ma-
gnificentiæ tuæ nunci vivæ tibi voce poterunt in-
timare. Præterea licet per venerabilem fratrem
nostrum Maurisium Parisiensem episcopum tam de
celebratione concilii, quam de nostro ad partes il-
las adventu, tibi nos significasse credamus: dubi-
tantes tamen, ne forte ad notitiam tuam nondum
plenarie ipsius epistopi relatione perveneris, illud
eidem injungimus tuæ dilectioni significare referen-
dum. Quod ergo ipsi existe tuæ sublimitati reu-
lerint, de propositio nostro procedere minime pote-
ris dubitare. Datum Turonis, VI. Idus Decemb.

* * LXXXVI. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

De canoellario Frideici imp. cujus mandato ope-
rarii in Gallia confimili jam operari coeperant.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

Dum multitudinem beneficiorum, quæ sacro-
sanctæ Romanæ ecclesiæ ac nobis ipsis regia
ferenitas semper, & in hoc præcipue turbationis
tempore, placida mente exhibuit, attenta medita-
tione pensamus: dum consideramus etiam, quam
liberaliter & quam devote in patrem & regnum
tuum ad obsequium beati Petri & beneplacitum
nostrum exposuisti: si honorem, incrementum, &
exaltationem tuam, & ipsius regni non tocia affe-
ctibus diligeremus, & tibi tanquam Christianissi-
mo regi & catholico principi non studoremus in
omnibus, quantum cum Deo & justitia possumus,
ferventi animositate deferre: & Deum, cujus in-
tuitu causam ecclesiæ suscepisti magnanimiter de-
fendendam, gravibet timeremus offendere, & a no-
bis quoque offendi debito videremur penitus decli-
nare. Litteritaque celsitudinis tuæ quanta de-
cuit hilaritate animi & mentis jocunditate lusce-
pimus, & illius devotionis fervore, quem circa pro-
fectum ecclesiæ ac nostrum intima tui pectoris ge-
runt, plenius nobis ex ipsarum litterarum serie de-
claratis regie super hoc sublimitati devotiores com-
pellimur gratias agere, & tuis commodis & incre-
mentis ferventius spirare. Præfectum cum litteras
nostras, sicut nuncii nostri & clericorum tuorum
relatione didicimus, devotione prompti sima rece-

pisses. Unde præsentium significatione tua celsitu- A
do cognoscat, quod nos a quodam abbate, qui de
partibus Burgundiæ venit, fatis evidentem certi-
tudinem obtinuimus, quod cum ab B. quondam
cancellario F. dicti imperatoris complices operam
jam fuissent conducti, & de ipsius mandato in con-
fimio regni tui, fuit dictus, operari cœpissent;
dilectos filios nostros Petrum subdiaconum, Con-
radum scholasticum & fructuosum inducere, ut-
dem operarios audacter de loco ejecit, & eis & alii
qui hæc attentarent scriber comminatus, eorum
mentibus non minimam terrorem incussit. Verum
quoniam prædictus cancellarius nequitiam a tua
malitia desistens, pecuniam multam reliquit, ut
quod prave intendit, ad effectum perducat: tua in-
teresti, habito consilio baronum, & prudentum vi-
rorum regni tui, factum ipsum, ne ultra proce-
dat, prorsus destruere, & iniquorum malignita-
tem penitus impedire. Non enim prompti adno-
dum & parati super hoc consilium & auxilium im-
pendere, Lugdunensi electo dedimus firmiter in
mandatis, ut hinc rei nulla ratione assentiat, sed
eum quantum poterit fetagat disturbare. Datum
Senonis, III. Kal. Augusti.

* * LXXXVII. AD LUDOVICUM VII. Francorum regem.

Willelmum, electum Carnotensem episcopum regi
commendat: hortatur, ut sit constantia in
defendenda ecclesiæ causa adversus
Fridericum imperatorem.

Alexander episcopus servus servorum Dei, carissimo in Christo filio Ludovico illustri Francorum regi salutem & apostolicam benedictionem.

Alexander episcopus servus servorum Dei, Onufrio Archimandritæ sancti Salvatoris Messanensis, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris.

APOSTOLICÆ sedis, cui, quanquam immeriti, providente Domino præsidemus, authoritate, debitoque nobis officii compellimur, vitæ religiosas sinceræ caritate diligere: & ne cujuslibet temeritatis incursus, aut usus a fato propositio revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat, apostolico ipsas præsidio communire.

Exproptet precibus carissimi in Christo filii nostri Guillelmi illustris Siciliæ regis, benignius inclinati, & vestris postulationibus favore gratuito annuentes, præfatum monasterium, in quo Divino cultui obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus qui secundum Deum, & beati Basilii regulam, quæ in eodem monasterio antiquitus instituta esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea quæcunque possessiones, quæcunque bona, quæcunque obedientias, & abbatias, tex Rugerius recol. mem. eidem monasterio per privilegium suum, bullâ aurea communitum, concedit, omnem quoque honorem, dignitatem, confœderationes, & quidquid aliud vobis vestrisque successoribus contulit, sicut in privilegio suo plenius continetur, firma vobis vestrisque successoribus, & illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. *Eorum possessiones enumerat.*

In superadditis si quidem, monasteriis omnibus, debet tu filii Archimandritæ at tui post te successores, abbates instituere, consilio & consensu qui in eis fuerint monachorum. Et si quis abbatum indignus fuerit abbatia cui præest, tu illum & tui successores & juste & canonice amovere debetis, & alium substituere in loco ejus, quem dignum providerint, juxta Dei timorem & regulam monasterii vestri. Liceat quoque vobis in superadditis omnibus monasteriis & obedientiis examinare & judicare abbates, monachos, & laicos eorum, tam de spiritualibus, quam temporalibus, & causas eorum juste & canonice definire. Ipsi vero tibi tuisque successoribus debeant obedientiam & reverentiam debitam exhibere, tanquam patri & archimandritæ eorum, & justitias vobis solvere constituras.

Ad hæc, quæcunque possessiones, quæcunque bona, tam de piscationibus, vivetis, memoribus, molendinis, terris, vineis, cannetis, & pomariis, quam de hominibus, a quibuscunque aliis, idem monasterium in præsentiarum ibi juste & canonice possidet, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum; oblatione fidelium, seu aliis modis præstante Domino poterit adipisci, ipsa vobis, & ipsi monasterio authoritate apostolica confirmamus. Eo tenore quod Messanensi archiepiscopo, & successoribus ejus, tam tu filii Archimandritæ, quam successores tui, vigini solidos, centum libras cereæ, viginti incensi, & totidem cados olei, pro censu annuatim solvere debeatis. Sane novalium vestrorum quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de quibuscunque aliis provectibus vestris, vel de nutrimentis animalium vestrorum, aulus vos a vobis vel ab hominibus vestris decimas exigere, vel extorquere præsumat.

Liceat quoque vobis clericos, vel laicos, libertos & obsolutos, e fœculo fugientes, ad monasterium vestrum recipere, & eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ut nulli fratrum vestrorum post factam in monasterio vestro professionem, fas sit de eodem loco, nisi arctionem religionis obtentu, sine Archimandritæ sui licentia discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere.

Prohibemus etiam, ut nullus ipsum monasterium interdicere audeat, vel monasteria aut obedientias ejus, seu homines eorum. Libertates quoque & immunitates antiquas, & rationabiles consuetudines monasteriis vestris concessas, & hactenus observatas, ratas habemus, & eas perpetuis temporibus illibatas remanere censemus.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci archimanditæ, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur: nisi quem fratres monasterii, communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Dei timorem, & monasterii regulam, de ipsis providerint eligendum.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed illibata omnia & integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Salva sedis apostolicæ authoritate & Messanensis archiepiscopi, sicut superadditum est, annuo censu.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, præsentis constitutionis paginam sciens, contra eamere temere contraverit: secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digne satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate carebit, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei, ac domini redemptoris nostri Jesu Christi, aliena fit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Datum Anagniæ per manum Gratiani sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi & notarii, XIV. Kalendas Novembris, Indictione IX. Incarnationis Dominicæ MCLXV. pontificatus vero D. Alexandri papæ III. anno XVI.

XXII. AD GUIDONEM PRIOREM Carthusiæ ejusque fratres.

Eorum institutum approbat.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis Guidoni Priori Carthusiæ, ejusque fratribus tam præsentibus quam futuris, in perpetuum, salutem & apostolicam benedictionem.

CUM vos per Dei gratiam multa promereatis gloria meritorum, & vitam solitariam eligentes, Divinæ contemplationi assidue inendatis: bonus odor religionis vestræ ad id nos inducit, ut communi & speciali debito, quieti vestræ debeamus intendere, & jura vestra summopere conservare.

Exproptet, dilecti in domino, vestris justis postulationibus clementer annuimus, vestramque & alias domos ordinis vestri, & cum omnibus bonis, pacuis, possessionibus, quas in præsentiarum juste & canonice possidetis, aut in futurum justis modis, præstante domino poteritis adipisci, sub beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti privilegio communimus, & termino, quo rationabiliter statuistis, vobis, & dominibus vestris authoritate apostolica confirmamus.

Ad hæc authoritate apostolica arctius interdicimus, & sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis infra terminos vestros, vel domorum vestrarum, hominem capere, furtum feu rapinam committere, vel homicidium facere audeat, aut hominem ad domos venientes, vel ab eis recedentes, quomodolibet contristare, ut ab eis reverentiam Dei, & locorum vestrorum infra hos terminos, non solum vos, & fratres vestri, sed etiam alii, plenum pacem habeant & quietem. Adjicientes quoque statuimus, ut infra dimidium leucam, a terminis possessionum, quas habetis, nulli religiosæ domui, quod absit arctionem constituere, vel possessiones acquirere.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, vos super possessionibus vel pacuis vestris temere perturbare, aut super his vobis molestium vel gravamen inferre, vel eas ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigitare. Sed illibata omnia, & integra conservantur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salva tedis apostolicæ authoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit: secundo tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digne satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo corpore & sanguine Dei, & dominirredemptoris nostri Jesu Christi, aliena sit, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

Ego Alexander catholicæ ecclesiæ episcopus subscripsi.

Ego Hubaldus Hostiensis episcopus subscripsi.

Ego Joannes SS. Joannis & Pauli presb. card. subscripsi.

Cons. Generat. Tom. XIII.

Ego Albertus presb. card. tit. S. Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Roet. presb. card. S. Petri ad vincula subscripsi.

Ego Bofo presb. card. S. Pudentianæ subscripsi.

Ego Joannes presb. card. tit. S. Marci subscripsi.

Ego Theodinus presb. card. tit. S. Vitalis subscripsi.

Ego Petrus presb. card. tit. S. Susannæ subscripsi.

Ego Hyacinthus S. Mariæ in Cosmedin diaconus cardinalis subscripsi.

Ego Cynthius diaconus sancti Hadriani subscripsi.

Ego Hugo card. diac. S. Eustachii juxta templum Agrippæ subscripsi.

Ego Laborans diac. cardin. S. Mariæ in Porticu subscripsi.

Datum Anagniæ per manum Gratiani sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi & notarii, quarto Nonas Septembris, Indictione nona, Incarnationis Dominicæ anno MCLXV. pontificatus vero D. Alexandri papæ III. anno XVI.

XXIII. AD P. CARDINALEM S. A. L. IN GALLIA.

De mercede eorum qui scholas regunt.

Alexander episcopus servus servorum Dei, dilecto filio P. ..... tit. sancti Chrysogoni presbytero cardinali, apostolicæ sedis legato, salutem & apostolicam benedictionem.

LICET mandaverimus, ut hi qui volunt docere, nihil pro scholis regendis ab aliquo exigant, juxta illud, *Vox de nub.* volentes tamen honestari & litteraturæ M. Petri cancellarii Parisiensis, quantum salva honestate possumus, propensa benignitate deferre, quem specialis prærogativa diligimus, & volumus honorare, dilectioni tuæ mandamus, quatinus habito consilio cum venerabilibus fratribus nostris, Willelmo Senonensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato, & H. Remensi archiepiscopo, & aliis dignis & honestis personis, super regimine scholarum Parisiensium, quod tibi visum fuerit, ita quod personam jam dicti Petri non excedat quod extinde fecerit, circumspecta diligentia provideas atque dispones, cum cautelam & maturitatem adhibituros, quod non videatur modum excedere, & illi qui scholas rexerint, non debeant immoderate gravari. Datum Ferent. IV. Kalend. Novemb.

XXIV. AD DECANUM ET CAPITULUM PARISIENSE.

Confirmat ecclesiæ Parisiensis possessiones.

Item de præbenda S. Genovefe in ecclesia Parisiensi.

Alexander episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis B. decano & capitulo Parisiensis ecclesiæ, salutem, & apostolicam benedictionem.

QUanto fervorem devotionis vestræ laudabilius summus & efficacius in multis experti, tanto libenatius jura & libertates ecclesiæ vestræ conservare volumus & tueri, & vestris justis postulationibus benignius condescendere: ut de sinceritate devotionis, quam erga nos, & Romanam ec-

clesiam geritis, gratiam nostram uberius sentiatis. Eapropter, dilecti in Domino filii, officii nostri debito prouocati, & petitionibus vestris clementer inducti, liberates, & antiquas & rationabiles consuetudines excitate vestræ, a tempore fanctæ recordationis patris & prædecessoris nostri Eugenii papæ, usque ad nostra tempora obseruatas, ratas habemus & firmas, easque authoritate apostolica confirmantes, perpetuam in posterum decernimus habere firmitatem. Ad hæc cum quædam monasteria & ecclesiæ prohibendas habeant in ecclesia vestra, & dilecto filio nostro magistro Mainerio prædicta Sanctæ Genouefæ cancellis fit: veritì ne paulatim subrependo in detrimentum prædictorum monasteriorum & ecclesiarum, & in gravamen vestrum, hujusmodi consuetudo in ecclesia vestra, postulatis a nobis ut super hoc juri vestro, & indemnitati eorumdem monasteriorum & ecclesiarum, pastoralì deberemus sollicitudine præcauere. Inde est quod præsenti priuilegio arctius inhibemus, ne de aliquibus prædendarum, quas præscripta monasteria vel ecclesiæ habent in ecclesia vestra, quamlibet personam canonicam cogamini. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis & constitutionis infringere, vel etiam aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se nouerit incursurum. Datum Ferentini v. Kal. Nouembris.

Mandatio spiritualium vel monasteriorum.

XXV. AD DECANUM ET CAPITULUM PARISIENSE.

De stipendiis canonicorum.

Alexander episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis decano & capitulo Parisiensis ecclesiæ, salutem & apostolicam benedictionem.

Ex Ms. decretor. Nicolaitti.

IUSTITIA postulat, & ratio persuadet, ut his uiribus debeamus gratiam impendere, & suis justis postulationibus benignum nostrum impertiri fauorem, qui circa nos & Romanam ecclesiam multa noscuntur deuotionis seruore, & nostram exequuntur facilius voluntatem. Inde est quod D cum vos ad preces nostras dilecto filio nostro Roberto de Beclei vicario B. Petri Fossatensis super illas ostio libras, quas in ecclesia vestra pretter illationes & minutos redditus solebat annuatim percipere, fexelibras annis singulis liberaliter addidetitis: nos prouidaque voluptes, ne vobis in damnum vel prejudicium conuertatur, quod ob reuerentiam nostram prompta deuotione facilitas, apostolica authoritate statuimus, ut occasione additionis quam Rexistie memorato Roberto, aut dilecto filio nostro magistro Macario, cui prædenda fanctæ Genouefæ concessa est, non possitis a præscriptis ecclesiis quomodolibet molestari, quominus post eorumdem Roberti & Mainerii decessum, in eundem statum eadem prædenda redeant, in quo E ante additionem factam fuisse noscuntur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se nouerit incursurum. Datum Ferentini v. Id. Nouembris.

XXVI. AD EPISCOPUM ANAGNIENSEM

Et capitulum ejusdem ecclesiæ.

Ut eorum domestici sint a tributis & omnibus oneribus liberi.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei, venerabili fratri episcopo & dilectis filiis capitulo Anagn. salutem & apostolicam benedictionem.

MERITIS vestræ deuotionis inducimur, ut B.Ms. vos fauore benevolo prosequamur, & inhi- Ms. bemus quæ digne cupitis, habeamus providentiæ studium efficax. Sane lecta coram nobis vestra petitio continebat, quod predecessor, concilium, populus ac vitatis Anagn. familiares, & seruientes vestros ad solvendum, contribuendumque cum aliis civibus Anagn. in datiis, collectis, angariis, & parangariis, expensis, & aliis oneribus laicalibus, propria temeritate compellunt in vestrum prejudicium, & gravamen. Quare humiliter petebatis a nobis, ut providere super hoc paterna solicitudine curaremus. Nos itaque vestris in hac parte gravaminibus occurrere cupientes, ut familiares, & seruientes vestri, commorantes dumtaxat, in datiis, & aliis præmissis, solvere & contribuere minime teneantur, nec ad ea compelli valeant, sine speciali mandato sedis apostolicæ facultate plenam & expressam de præsentibus mentionem, vobis authoritate apostolica indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus, se nouerit incursurum.

Datum Anagn. Id. Iunii, pontificatus nostri anno quarto.

Ejusdem pontificis epistolas aliquot vide infra in concilialibli Clarendonensi & Northamptonensi ann. MCLXIV. & in concilio Veneto anno MCLXXVII.

APPENDIX IV.

EPISTOLARUM ALEXANDRI III.

I. AD NARBONENSEM ARCHIEPISCOPUM ET HELENENSEM EPISCOPUM.

Confirmat sententiam interdicti auctoritate sedis Apostolicæ latam aduersus Abbatem Canigonensem.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei Ex Ms. venerabilibus fratribus Narbonensi Archie- Sancti piscopo & Elenensi Episcopo salutem & apostolicam benedictionem. Relatum est auribus nostris quod cum Abbas Canigonensis Crassensi monasterio nollet subesse, vel Abbati ejusdem monasterii obedientiam exhibere quam ei antecessores ejus antecessoribus exhibuerunt, in eum de mandato nostro interdicti sententiam protulistis. Unde quoniam ea, quæ de auctoritate sedis apostolicæ fiuntur rata nos conuenit, & firma habere, firaternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatinus si res ita se habet, præscriptam sententiam, quam nos ratam & firmam habemus, facta a vobis rationabiliter lata est, occasione & appellatione cessante facialitis firmitez & inviolabilitier obseruarifac nec fe prædictus Abbas refugeriti, manuve ftra-

super eum amplius aggraueris: quia nos ratum volumus & firmum haberi quod in ipsum duceritis canonice statuendum. Si autem ambo his sequendis interesse non poteritis, alter per alterum fibi viris prudentibus ea nihilominus exequatur. Datum Anagniæ Kal. Martii.

II. AD ARCHIEPISCOPUM TOLETANUM.

Ne jure Primatus utatur in provincia Tarraconensi.

Indidem p. 1138.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Toletanensi Archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem. Fraternitatis tuæ prudentiam credimus non latere, quomodo Tarraconensis Ecclesia, Archiepiscopus ipsius de medio Domino vocante sublato, pastoris sit nuper solatio destituta: quæ quoniam portus esse fi- Indidem. dem & quies in aliqua sui pressura turbanda, fraternitati tuę per apostolica scripta mandamus, quatenus in tota Tarraconensi provincia nec in ordinandis Ecclesiis nec in electionibus vacantium Ecclesiarum faciendis archiepiscopatum tuum nullatenus interpones, nec etiam ibi aliqua primatiæ jura attentes aliquatenus exercere donec causa quæ inter Ecclesiam tuam & illam vertitur ad sedem auditorium deferatur & auxiliante Domino fine congruo terminetur. Datum apud Dolense monasterium VII. Kal. Augusti.

III. AD CANONICOS PAMPILONENSES.

De episcopo eligendo intra spatium duorum mensium.

Indidem.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei dilectis filis Canonicis Pampilonensibus salutem & apostolicam benedictionem. Sacrosanctis Ecclesiis quanto ex defectu pastoris grauiora solent aliquando detrimenta & pericula gencrari, tanto hi nei gratia ex eis beneficia affidue consequuntur ad fuccurrendum ipfis in paftoris falutis ftudiis fus debent fatagere & totis affectibus laborare. Inde eft quod per literata fcripta univerfitati veftræ præcipiendo mandamus, quatenus infra duos menfes poft harum fufceptionem in aliquam perfonam idoneam honeftam & literatam patter convenientes, cum vobis in paftorem & Epifcopum veftrum unanimiter eligatis, electam vero Tarraconenfi Eccleſiæ, poſtquam fuerit ibi Archiepiſcopus auxiliante Domino ſubſtitutus, ſicut moris eſt, humiliter preſentare curetis, ita quod eadem Eccleſia optatum ſe gaudeat in proximo ſolatium paſtoris recepiſſe, & per ipſius prudentiam tam ſpiritualiter quam temporaliter jucunditate ſuaviſſima reſpirare. Datum ut ſupra.

IV. AD GUINARDUM COMITEM RUSCINONENSEM.

Confirmat ijus hæreditatem adversus Gaufredum Comitem Rusciuonensem, qui adulteram petitionaliter retinebat, legitima uxore dimissa.

De Balnei Mifereli. 1000. 1.9. 217

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio nobili viro G. Comiti de Rossillione salutem & apostolicam benedictionem. Nobiles & illustres personæ quanto fe beato Petro & nobis majori devotione fubjiciunt, tanto eas Romana Ecclesia arctiori conſueuit caritate diligere & in juſtitiis & honoribus fuis propenſius confouere. Eapropter tuæ devotionis obtentu, & dilecti filii nobilis viri Trencavel avunculi tui precibus inclinati, terram quæ te hæreditario jure contingit, nulla tibi quæſtione ab adulterа vel ejus filio fata, tibi auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus, ſtatuentes ut nulli unquam viro vel feminæ liceat tibi paternam hæreditatem contra juſtitiam auferre vel illicite perturbare. Si quis autem hoc tenere attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum apud Montempeſtulanum XIV. Kal. Septembris.

V. AD NARBONENSEM, BARCINONENSEM, HELENENSEM, & GERUNDENSEM EPISCOPOS.

De eodem re.

Indidem.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabilibus fratribus Pontio Narbonenſi & Hug. Tarraconenſi Archiepiſcopis, Helenenſi quoque & Gerundenſi Epiſcopis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Suggeſtum nobis eſt & certa quæ relatione manifeſtatum, quod inter nobilem virum G. Comitis de Roſſilione, legitima uxore dimiſſa, filii aliam per adulterium copulavit. Unde tam iple quam ejus adultera authoritate monemur vinculis innodari, & ſeu eredimus, antecellor noſter bone memoriæ Eugenius Papa prohibuit, ne filii qui ex adultera ſuſceperunt, in paternam ſuccedere hæreditatem. Ceterum quoniam ſecundum legum ſtatuta filius eſt quem legitime nuptiæ demonſtrant, nec filius eſt ſpurius dicitur qui de adultero naſcitur, fraternati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ne illi jure ſucceſſionis vel adultera aliquid de ſupraſcripta hæreditate ratione donationis propter nuptias ibi conceſſæ, vel alia quacunque probitatis, de hoc ſeni nullatenus permittatis, ſe ſi quis eidem G. ſuper hoc injurias vel moleſtiam inferre præſumpſerit, eam ad vos inde querela perferentes, ſine dilatione de ea plenam juſtitiam faciatis. Datum apud Montempeſſulanum XIV. Kal. Septembris.

VI. AD EPISCOPUM AUSONENSEM, EJUSQUE CAPITULUM.

Monet ut reſtituat de Granoyers, quam injuſte detinebant, monaſterio Ripipullenſi reſtituant.

Ex Append. ad Marc. Hiſp. p. 1347.

ALexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Epiſcopo & dilectis filiis capitulo Auſonenſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ad aures noſtras ex conqueſtione Abbatis & fratrum Ripipullenſis monaſterii noveritis pervenifſe, quod cum Eccleſia de Granoyers ad eos pertineat, vos eam contra juſtitiam detinetis. Unde quia prædicto monaſterio in ſuo nolumus nec debemus jure deeſſe, diſcretioni veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatinus prædicto Abbati & fratribus præſcriptam Eccleſiam line difficultate reddatis pacifice poſſidendam, aut ipſi eundem coram venerabili fratre noſtro Tarraconenſi Archiepiſcopo juſtitiæ non differatis plenitudinem exhibere, quod ipſe indeſtaverit ſuſceptore & inviolabiliter ſervaturi. Datum Anagniæ ſecundo Kalendas Julii.

VII. AD VICENSEM EPISCOPUM.

Ecclesiam S. Stephani vicecuparam ac detentam, monachis Rivi-pullensibus, infra 40. dies restituere jubet.

Indictum pag. 1246.

ALexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Vicensi Episcopo salutem & apostolicam benedictionem. Quoniam Ecclesiarum prælati quicquam efficiunt in quo debitum officii sui videantur excedere, aut quod juris eis alicujus contra justitiam occupant, officio nostræ follicitudinis imminet eos ab hujusmodi præsumptione coërcita nobis auctoritate compescere & jura sua singulis conservare. Sane ex transmissi conquestione dilectorum filiorum nobilium Abbatis & fratrum Ecclesiæ Rivipollensis accepimus quod Ecclesiam sancti Stephani ad jus eorum spectantem eis injuste abstraxisti & per violentiam detinet occupatam. Ideoque fraternitati tuæ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus præfatum Episcopum monearis & inducatis &, si opus fuerit, subtato appellationis remedio districtius compellatis ut præfatis Abbati & fratribus præscriptam Ecclesiam infra quadraginta dies poft harum fuscepti-onem, contradictione & appellatione cessante, restituat, vel in præsentia vestra, remota appellatione, justitiæ complementum exhibeat. Datum Anagniæ XI. Kal. Augusti.

VIII. AD OSCENSEM ET BARCHINONENSEM EPISCOPOS.

Jubet ut Episcopum Vicensem moneant ac inducant ad restitutionem Ecclesiæ S. Stephani, quam vi occupaverat.

Indictum.

ALexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Oscensi & Barchinonensi Episcopis salutem & apostolicam benedictionem. Ex transmissa nobis conquestione dilectorum filiorum nostrorum Abbatis & fratrum Ecclesiæ Rivipullensis accepimus quod venerabilis frater noster Vicensis Episcopus Ecclesiam sancti Stephani ad jus eorum spectantem eis injuste abstulit & per violentiam detinet occupatam. Ideoque fraternitati vestræ per apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatinus præfatum Episcopum monearis & inducatis &, si opus fuerit, subtato appellationis remedio districtius compellatis ut præfatis Abbati & fratribus præscriptam Ecclesiam infra quadraginta dies poft harum susceptionem, contradictione & appellatione cessante, restituat, vel in præsentia vestra, remota appellatione, justitiæ complementum exhibeat. Datum Anagniæ XI. Kal. Augusti.

IX. AD PETRUM ABBATEM ET MONACHOS VALLIS-LAURÆ.

Pro eodem Monasterio.

Indictum pag. 1251.

ALexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Petro Abbati & fratribus Vallis lauræ salutem & apostolicam benedictionem. Ex litteris dilecti filii nostri Cisterciensis Abbatis & nunciis vestræ relatione didicimus quod cum ungulis & importunitas tori vestri ad locum alium vos compellerent migrare, venerabilis frater noster Barcinonensis Episcopus in fine sui episcopatus fundum quendam vobis amore divinitatis indulsit, ubi tabernacula vestra figere deberetis. Hoc cum facere cupisseris, venerabilis frater noster Tarraconensis Archiepiscopus auctoritatem suam opponit, eandem locum ad suum afferens diocesim pertinere. Unde nos, quia contradictionis a vestro proposito vos retinet, & in loco vestro incommoditates plurimas sustinere compellit, statuimus illum per scripta nostra mandamus, quatenus usque ad sestum Assumptionis hujus quæstioni concordia vel judicio finem imponant, ut non sub ejus obstaculo non debeatis ulteriora concessi beneficii utilitate defraudari. Si ergo negotium illud usque in illum terminum non fuerit terminatum, ex tunc inhabitandi locum sine præjudicio partium auctoritate nostra licentiam habeatis. Datum Beneventi secundo Idus Aprilis.

B

X. AD EOSDEM.

De eodem re.

ALexander Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Abbati & fratribus Vallis lauræ salutem & apostolicam benedictionem. Quoniam super jure parrochiali loci in quo monasterium vestrum conspicitis inter venerabiles fratres nostros Tarraconensem Archiepiscopum apostolicæ sedis Legatum & Barchinonensem Episcopum quæstio est exorta, per apostolica vobis scripta mandamus, quatenus nostris illorum jure parrochiali obedientiam vel reverentiam exhibeatis donec determinatum fuerit ad quem illorum præceptus loci debeat de jure spectare. Data Beneventi IV. Idus Septembris.

C

XI. AD OMNES ARCHIEPISCOPOS, EPISCOPOS, ABBATES, PRIORES, & ceteros Prælatos Hispaniæ.

Pro Monasterio Rivipullensi.

ALexander Episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus universis Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, & aliis Ecclesiarum prælatis ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem. Discretionis vestræ prudentiam non credimus ignorare, qualiter recolendæ memoriæ Innocentius Papa prædecessor noster in Concilio Lateranensi generali decreto sancivit, ut quicumque in clericum, monachum, vel conversum conjurationem religiosis violentas manus injecerit, excommunicationis sententiæ subjaceat, ita quidem quod non nisi a Romano Pontifice vel de mandato ipsius absolutionis posset beneficium promereri. Hac siquidem consideratione indulti, & ex officii nostri debito nihilominus inclinati, universitati vestræ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus, quatinus si quis parrochianorum vestrorum in aliquem monachum Rivipullensem clericum sive conversum ejusdem loci violentas manus injecerit, vos eum omni contradictione & appellatione remota excommunicatum publice nuncietis, & sicut excommunicatum præfatis eum ab omnibus evitari, donec injurium pallo congrue satisfecerit & ad fedem apostolicam cum vestris litteris venire satisfactum. Quod autem de illis qui in monachum, clericum, vel conversum Rivipullensem manus injecerit superius diximus, sic intelligi volumus, ut omnes qui eos, personas eorum capiendo, vulnerando, aut res quas fecum habent auferendo debuerint evitari, sicut excommunicati ab omnibus evitentur donec ablata restituant, injuriam passo congrue satisfaciant, & ad fedem apostolicam satisfacturi accedant.

dant. Ad hoc, Rivipullensis monasterii fratres studiosa nobis narratione monstrarunt quod ipsi in montanis & locis asperis habitantes, victualia tia incommoditates plurimas sustinere compellit, statuimus per scripta nostra mandamus, quatenus usque ad sestum Assumptionis hujus quæstioni concordia vel judicio finem imponant, ut non sub ejus obstaculo non debeatis ulteriora concessi beneficii utilitate defraudari. Si ergo negotium illud usque in illum terminum non fuerit terminatum, ex tunc inhabitandi locum sine præjudicio partium auctoritate nostra licentiam habeatis. Datum Beneventi secundo Idus Aprilis.

XII. AD HENRICUM ARCHIEP. REMENSEM.

Superioribus litteris respondet.

Indictum pag. 1251.

ALexander Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Henrico Remensi Archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem. Cum significasses nobis quod nos litteras non amicius tuos benigniori oculo respiceremus, nec preces tuas fuper negotio Arebatensis Episcopi vellemus admittere, satis mirari fatemur quas de causis turbatio ista in antea tuo processerit, & quibus apparitionis gratiam & dilectionem nostram circa te refrigauisse conjicere potuisti. Non enim ita memores immus negotiorum devotionis & utilitatis obliqui quod nobis & Ecclesiæ Romanæ in necessitatis articulo prompto animo impenditi, ut non te sicut carissimum filium nostrum & fraternum eum solicitudine diligimus caritatis affectu, & tam nuncios quam litteras tuas liberali semper animo videamus, & gratanter pro te velimus efficere quæ tibi honori Dei & justitiæ & honestate nostra possimus & pro aliquo fratrum nostrorum effemus facturi; nec recolimus nos unquam vuis preribus obvisse, quas laiva forma juditii & honestate nobis posse potuimus accudere. Immo plerunque præter officii nostri debitum tue curavimus fraternitati deferre & satisfacere voluntati. Quapropter hec in animum tuum non defendant, sed omnem hujusmodi sollicitudinem & anxietatem deponas. Et si quando petitionibus tuis non ad votum annuimus, non voluntati nostre, sed potius meritis negotiorum & rationibus Dei & justitia & honestate nostra possimus & pro aliquo fratrum nostrorum effemus facturi; nec recolimus nos unquam vuis preribus obvisse, quas laiva forma juditii & honestate nobis posse potuimus accudire

enim pro quo eum mittifi cito satis & competendo expeditimus. Datum Beneventi VI. Kal. Septembris.

XIII. AD ROTRODUM ROTOMACENSEM ARCHIEP.

Excommunicatos a suffraganeis ante absolutionem non audiendos.

Ye Reiss Concil. Rotom. p. 83.

ALexander Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Rotrodo Rotomagensi Archiepiscopo salutem. Quoniam sanctum est a nobis ex parte tua, utrum licet tui eos, qui ab episcopis suffraganeis tuis sunt excommunicatione nodati, & audientiam tuam appellanti, absolvere, antequam tuo stent judicio: inquisitioni tuæ præsentibus literis duximus respondendum, quod si post appellationem in eos ett excommunicationis sententia promulgata, absolutionem petentibus indigent, cum sententia post appellationem lata nemiopon possit ligare. Si vero ante appellationem excommunicati sunt, aute ingressum easdæ, recepto ab iis juramento, secundum Ecclesiæ conssuetudinem debent eos absolvere, nisi episcopo a quo excommunicati sunt, in hac parte deferre voluerint, & eos ad ipsum absolvendos mittere. Cum autem ipse vel ab ipso fuerint absoluti, eandem audire debet, & sine debito terminare, quin nec excommunicati ante absolutionem tuam in causs sunt audiendi, nec causa adeos, a quibus appellatur ea eſt, debet remitti. Datum apud Tuſculum 5. Idus Octobris.

XIV. AD DECANUM ET CAPITULUM ECCLESIÆ PARISIENSIS.

De Reſidentia Canonicorum ſuiſnſcorum.

G. Rubr. Anecd. t. 3. p. 731.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectis filiis B. Decano & capitulo Pariſienſi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Ea quæ ad inviencmtem Eccleſiarum & venuſtatis ſpectante decorem, juxta offerii noſtri debitum ſtudioſius proſequi volumus, & iis promptam curam & diligentiam adhibere optamus, quæ ad veſtrum & Eccleſiæ veſtræ cognoſcimus pertinere profectum. De Ex literis autem quas nobis devotio veſtra tranſmiſit, evidenter accepimus quod quia quidam veſtrum alienis inſiſtentes negotiis, raro Eccleſiæ veſtræ ſui præſentiam exhibebant, & teteri eadem licentiam abſentandi ſe velle habere, communi conſilio illos Canonicorum veſtrorum forinſecos ordinaſtis qui per medietatem anni in Eccleſia veſtra ſervitio aſſidui non fuerint, ita tamen quod eirca quatuor marcas argenti de prædenda fua annuatim recipiant, eis exceptis qui in ſervitio noſtro vel Regis Francorum perſonaliter, & hoc ſub anathematis interpoſitione firmaſtis. Unde nos pari, quieti, & utilitati veſtræ, ſicut diximus, paterna mediatione providere volentes, præſcriptum inſtitutionem, ſicut a majori & ſaniori parte Capituli faſta eſt, ratam & firmam habemus, & ne quorumlibet vjleat præſumptione nnvari, eam auctoritate apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio communimus; ſtatuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Tuſculani 11. Idus Decembris.

Ne iſtes abſolvant, quos Rotomagenſis Eccleſiæ excipitium ſegnerit.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus univerſis Epiſcopis provinciæ Rotomagenſem provinciam conſtituta ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Cum eccleſia Rotomagenſis mater ita & magiſtra omnium eccleſiarum, quæ veſtro regimini ſunt conſtitutæ, debeat vos ipſam modis omnibus in his quæ ad Dominum ſunt, venerari, & juſtitiam ejus, quantum in vobis eſt, tueri diligenter & fovere, ut eam cumpotentiam ſuorum fideliter, quæ ad ejus ſpectant loſtrugio, & humili ſubjectione gaudere. Ex patteiquidem dilectorum filiorum noſtrorum Decani & Canonicorum ejuſdem eccleſiæ accepimus, quod cum ipſi aliquos de parochiis ſuis ad id ſtipendiis eccleſiis excommunicationis ſubiciunt, aut eorum terram interdicto ſupponunt, illi in quorum perſonas vel terras excommunicationis aut interdicti ſententia promulgatur, in Epiſcopum veſtrum quandoque ſe transferunt, & ſic ſeutentiam primque obſervare contemnunt: & quia tanquam excommunicati non evitantur, in ſua ſtantiat iniquitate perſiſtunt. Quia igitur eccleſiaſticæ animadverſionis ſcutentia, quæ in malefactores aliquos pro ſuis exceſſibus promulgatur, aliqua ad dignum ſatisfactionem adeqi inevitabiliter debet vari, Fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, & mandando præcipimus, quatenus ſi quando Eccleſia Rotomagenſis in aliquos malefactores ſuos proprios, ſive in ſuos ſeteres excommunicationis protulerit, vel eorum terram interdicto ſubjecerit, receptis literis capituli ejuſdem Eccleſiæ, ipſos excommunicatos, & terram eorum interdicto ſuppoſitam, etiamſi in veſtris Epiſcopatibus terram habuerint, publice denuncietis, & uſque ad dignam ſatisfactionem eoſdem præcipiatis ab omnibus cautius evitari. Datum Anagniæ 10. Kal. Maii.

XVI. AD SUFFRAGANEOS ECCLESIÆ TARRACONENSIS.

Dolet de cede Hugonis Archiep. Tarracon. illuſtres mouet, & hortatur, ut quamprimum alium eligant.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Epiſcopis ſuffraganeis Tarraconenſis Eccleſiæ ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Audita morte bonæ memoriæ Hugonis quondam Archiepiſcopi veſtri, vehementi dolore cordis ſumus turbati, & exinde tam vobis quam Eccleſiæ Tarraconenſi paterna mentis affectione compatimur, ſicut qui providentiam & regimen ejus Eccleſiæ Dei fructuoſam novimus & ubertim extitiſſe. Quod autem craſſatores in Chriſto filius noſter illuſtris Aragonenſis Rex iniques & ſceleratos illos qui præfatum Archiepiſcopum ned dederunt de regno ſuo ejecerit, gratum nobis eſt & acceptum, & exinde regiam providentiam prout commendanda eſt, in Domino commendamus. Unde quia mater illorum ſceleratorum filii ſuis favorem dicitur & conſilium in tanto ſcelitore præſtiſſe & fuiſſe tam atrox & immane flagitium machinata, ſi res ita ſe habet, eam ad diſtrictam ultionem tranſire cogatis, aut ſi vobis in hoc forte acquieſcere noluerit, apud eundem Regem ſerpicis, quatenus & cum viro, filiis, & negotiis, ſi quos habet, de regni ſui finibus expellatur. Ceterum quia de paſtoris abſentia & animarum periculo & damna rerum temporalium non eſt dubium Eccleſiis provenire, fraternitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus de conſtitutione Archiepiſcopi veſtri diligenter & fluidioſe eum capitulo ſuprædicte Eccleſiæ tractetis, & ad eandem Eccleſiam convenientes una cum eodem capitulo in perſonam idoneam honeſtam & literatam in officio eongruam unanimiter & concorditer convenire curetis, & eam vobis in magiſtram eligere, & ipſam in competenti termino apoſtolico conſpectui præſentetis, ut de electione ipſa plenius certiorari poſſimus. Sceleratos autem illos publice accenſis candelis excommunicatos denuncietis, & in locis provinciæ veſtræ ad quæ deveneritis, eos præſentes facetur, divina prohibeatis officia celebrari. Datum Tuſculani XIII. Kalend. Julii.

XVII. AD VILLELMUM ARCHIEP. TARRACONENSEM ET SUFFRAGANEOS EJUS.

Ut monoet Regem Aragonum, ne Robertum, qui in ortem Hugonis Archiep. Tarraconen. conſpiravorat, in regno ſuo habitare permittat.

Taddeum.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei venerabilibus fratribus Willelmo Tarraconenſi Archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis Legato & ſuffraganeis ejus ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Officio noſtro congruit ſcelera & enormitates ſceleratorum corrigere & delinquentium culpas debita animadverſione punire, ne aliis de impunitate faciendi relinquatur audacia delinquendi. Sane quam graviter & enormiter deliquerint qui nerem bonæ memoriæ Hugonis quondam Tarraconenſis Archiepiſcopi machinari fuus fraternitatis veſtræ prudentiam non debet latere. Accepimus autem quod Robertus in mortem prædicti Archiepiſcopi inſtigante diabolo conſpiravit, & in eam quod compertum eius iniquitatis eſtudit. Quoniam igitur tam iniquum & crudele factum non poſſumus nec debemus impunitum reliquere, fraternitati veſtræ apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatenus cariſſimum in Chriſto filium illuſtrem Aragonenſium Regem et patre noſtro & veſtra monendo & inducere modis omnibus laboretis ut prædictum Robertum in regno ſuo nulla ratione recipiat, nec ibi velit aliqua ratione retinere, nec ei exhibeat aliquod auxilium vel favorem. Si autem monitis veſtris acquieſcere forte noluerit, in regno ejus omni occaſione & appellatione remota divina, præter baptiſma parvulorum & penitentias morientium, prohibitio officia celebrari, & in ipſum Regem omni timore & favore poſtpoſito excommunicationis ſententiam promulgetis, & ſententiam ipſam uſque ad dignam ſatisfactionem faciatis irrefragabiliter obſervari. Datum Anagniæ VII. Idus Junii.

XVIII. AD ILDEPHONSUM REGEM ARAGONIÆ.

De eadem re.

Ildefons. p. 1256.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilecto filio Ildefonſo illuſtri Regi Aragonum ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum ſcriptum ſit, *Honor Regis judicium diligit*, honori tuo plurimum expedit & ſaluti juſtitiam diligere & eam amicuique ſecundum dignitatem a Deo tibi collatam ſervare, quia felix eſt gloria regnantis cum tuta eſt conditio ſubditorum. Sane quam graviter & enormiter deliquerint qui nerem bonæ memoriæ Hugonis quondam Tarraconenſis Archiepiſcopi machinati ſunt, regiæ celſitudinis prudentiam non debet latere. Acrepimus autem quod Robertus in mortem prædicti Archiepiſcopi inſtigante diabolo conſpiravit, & in eum quod compertum eius iniquitatis eſtudit. Quoniam igitur tam iniquum & crudele factum non poſſumus nec debemus impunitum reliquere, fraternitati veſtræ apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus & mandando præcipimus, quatenus cariſſimum in Chriſto filium illuſtrem Aragonenſium Regem et patre noſtro & veſtra monendo & inducere modis omnibus laboretis ut prædictum Robertum in regno ſuo nulla ratione recipiat, nec ibi velit aliqua ratione retinere, nec ei exhibeat aliquod auxilium vel favorem. Si autem monitis veſtris acquieſcere forte noluerit, in regno ejus omni occaſione & appellatione remota divina, præter baptiſma parvulorum & penitentias morientium, prohibitio officia celebrari, & in ipſum Regem omni timore & favore poſtpoſito excommunicationis ſententiam promulgetis, & ſententiam ipſam uſque ad dignam ſatisfactionem faciatis irrefragabiliter obſervari. Datum Anagniæ VII. Idus Junii.

XIX. AD EUMDEM REGEM.

Gratias illi agit, quod Robertum e regno expulerit; hortatur, ut eundem ejus progenitum ſoldalat ab eodem regno, eorumque bona ſibi addicat.

Ildefons. p. 1256.

ALexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei cariſſimo in Chriſto filio Ildefonſo illuſtri Aragonum Regi ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Scripſo nobis tuæ celſitudinis gratiarum actiones in Robertum & Berengarium, matrem quoque & heredes ipſorum, atrocitatem factinoris & ſæviſſimum facinus quod in morte archiepiſcopi Tarraconenſis Archiepiſcopi fuerat inſtigante diabolo perpetratum atrociter vindicaſti, & eos a regno tuo regio edicto proſcribi feciſti, gratum gerimus & acceptum. Inde regiæ magnificentiæ providentiam magnificentias in Domino laudibus commendamus. Et quia tam fuit eorum deteſtabile facinus quod perpetrum inde meruerunt æternitone punirí & toto vitæ fuæ tempore ad expiationem tanti delicti in fletu deberet & penitentia effe, regiæ ſcientatis indultriam monemus, hortamur attentius, & mandamus ut prædictos malefactores & eorum matrem a toto regno & terra tua eum ſua progenie in perpetuum excludens, eos nullius unquam ſignoria ſuſtentari vel in terra tua recipi, & Eccleſiæ Tarraconenſi undicatæm poſſeſſionum quæ ſunt Tarraconæ vel in territorio ejus ſecundum tenorem conventionis quæ inter eam & Raimundum bonæ memoriæ quondam patrem tuum facta eſt libere & ſine moleſtatione reſtituas & in pace habere permittas, ita quod eidem Eccleſiæ, quæ de mortes Archiepiſcopi ſui tantum deplorat damnum illatum, in eas ſe parte ſentiat alleviari, & tu non videaris contra patris tui pactum venire aut eandem Eccleſiam jure ſuo defraudare: quod tibi effet ad modum periculoſum. Si autem prætextos proditores in terra tua aliqui eue ditionis recepertint, eis bona ſua penitus auferas, & timorem incutiens perforuarum, ponnam aliam addas. Ceterum ſi furdis auribus, quod non credimus, monita noſtra pertanſieris, regnum tuum præcipimus interdici. Et ſi nec ſic fuerit noſtris monitis parti, tum, perſonæ quoque tuæ nequaquam parcemus. Datum Tuſculani VII. Kal. Februarii.

† Julii.

XX. AD TARRACONENSEM ARCHIEP. APOSTOLICÆ SEDIS LEGATUM.

Statuit, ut Ecclesiæ Derrosensis & Vrdacensis, vacuis a Mauritanis seruitute liberatæ, subsint Tarraconensi tanquam Metropolitanæ.

Indictus, ALexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Tarraconensi Archiepiscopo apostolicæ sedis Legato salutem & apostolicam benedictionem. Inducit nos & mandatum commissus nobis dignitatis auctoritas fraternæ & coepiscopis nostris gratiæ nostræ pietatisque exhibere, & insuper his quæ legitime postulantes apostolicæ Sedis & patrocinii subsidium implorant, ac tanto citra devotionem beati Petri ac nostram tenebatur ferventiores existere, quanto se ampliori prærogativa cognoverint conferri. Inde est quod non tuis postulationibus benigne annuentes, sed potius illum quem Raimundus quondam Comes Barcinonensis in Ilerda & Dertusa tibi, quandò capte fuerunt, concessit, tuæ ipsum pacifice habere dinoscitis, devotioni tuæ auctoritate apostolica confirmamus & præsentis scripti patrocinio communimus, statuentes ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Alagniæ XXI. Kalendas Julii.

XXI. AD ROTRODUM ROTOMAGENSEM ARCHIEPISCOPUM.

Illum primo confolatur, deinde hortatur ad fortitudinem.

Ex Reg. Rotom. pap. p. 37.

ALexander Episcopus seruus seruorum Dei venerabili fratri Rotrodo Rotomagensi Archiepiscopo salutem & Apostolicam benedictionem. Etsi periculosa sint tempora, & partes tuas varii bellorum eventus affligant, propter hoc tamen non te deces interdum dolere, aut animum tuum ulque in amaritudinem deprimi, vel videatur virtutis & fortitudinis oblivisci. Sed quapte major tibi, & terræ adversitas imminet, & turbatio; tanto fortius debes circa tribulationes ipsas insurgere, & majoris robur fortitudinis, & virtutis induere, quia prudentis viri constantia in adversitate probatur: Quamvis autem de scandalo regium & terræ doleas, licet meritò potes dolere, non tamen tibi expedit te tanto dolore affici, vel mœrore confundi, quod pusillanimitati tuæ possit adscribi: qua potens est Dominus facere post tempestatem tranquillum, & duce post tribulationem quietem. Super eo vero te multiplicitèr commendamus, quod tantam circa nos, & Romanam ecclesiam, devotionem exhibes, ut non pollis esse negligens, vel remissus in his quæ spectant ad commodum, & profectum ejusdem ecclesiæ, sed omnimodis honori & exaltationi ipsius ecclesiæ, licut vir nobilis, prudens, & sapiens ferventer intendis. Inde est ut quanto plus tuam personam diligimus, tanto in his quæ ad tuum spectant officium, magis te solliciturum reddimus. Fraternitatem tuam hortantes & districte præcipientes, quatenus omisso illo dolore nimio, de amaritudine cordis, qua ne pro turbatione terræ, audimus absorbi; officium commissæ tibi sollicitudinis prudenter gerere satagas; & ubi & quando te opportunitas cubet, reformationem pacis inter Reges diligenter intendas, & excessus Episcoporum, Decanorum, Archidiaconorum, Abbatum, & aliorum tam Clericorum, quam Laicorum, qui tuæ jurisdictioni sunt commissi, studiosius foriis, nonnisi cum deviterit corrigas, & emendes: ne sic pietatem metus sequatur, quod videatis pollponere severitatem Magistri. Commendamus siquidem omnes intuitu nostræ & patentium quam, sine de nobis merito commendabilem reddit. Sed non te debet ita manfuetum & benignum tuis fubditis exhibere, quod tes patientia & benignitate putent abuti, aut de nimia mansuetudine tua timeant audaciam illicita committendi: quia cum licentia illicita committuntur, cum de sua impunitate de delinquentibus securitas venit ad effectu. Consurgant tuæ majoris Ecclesiæ, & eos præcipue, qui in ea alicujus dignitatis officium gerunt, ferque notabiles inveniuntur, cum eas quas convenit diligentia, a laicorum officiis, conflatis authoritate compescas, & eos ad virtutem, & honeftatem prapenfius incites, & informes: ut ficut in tua provincia dignitate præeminent, ita morum politia conflictuæ, & exhibitione virgeni formam præbere & exemplum. Illos vero qui ad audientiam tuæ metropolitanæ fedis appellant, cura fic in protectionem tuam, per remedium appellationis munisti, non repellas; fed potius omnes alios prævenientes, patienter, & zquanimiter audias, & insuper gravatis, pro tui officii debito, patrocinium exhibeas; & favorem, & eos in juftitia tua, pro tui folliciti ne tuvejas, & fic te nobis per hæc tem exhibeas, ut non tantum esse Pater videaris, sed Archiepiscopus & Magister. De cetero Fraternitati tuæ præcipimus, quatenus fi aliqua illius de Provincia tua, voluerint propria, vel de mandato fæcularis potestatis in Clericum nostrum ab Ecclesia damnatum violentas manus injecerint, ad ipsum in vinculis detentum, vel in carcere eum detinentis, cum gratia & amore poftpofitis, contradictione quoque & appellatione remota, publice excelsis candelis excommunicatum denuncies, vel denunciare facias, donec excommunicatus fuerit. Si vero Clericus aliquis pro fuis culpis a minifteriabilibus Prælatorum Ecclesiæ capius fuerit, non patiaris eum offodiæ publicæ manipari, aut in carcerem laicorum retrudi, fed in domo tua, vel alterius ecclesiafticæ perfonæ, ejus officiis locum facias congruum providere, ubi fecundum qualitatem & quantitatem delicti debeat emendari. Ea quæ ad jus Ecclesiæ tuæ spectant nofcuntur, omni favore & timore poftpofito ftrenue fatagas & legitime revocare, ita quod eadem follicitudo & providentia tua debeat non immerito commendari, & ecclesia tibi commiffa de tantorritate tua nullum valeat præjudicium fuftinere. Illud autem artius tibi duximus injungendum, ut occasione præteritæ contentionis, quæ inter Regem vertitur, aut alia de causa, curas non præmittas paftorale deferere, quia juxta verbum Domini; non Paftor, fed mercennarius exiftere convincitur, qui gregem fuum, quem ei fuæ gregis cuftodiam deferit, ipfumque incolum ipfum exponit. Si quis autem Epifcopus tuæ jurisdictionis ad alium ecclefiam propria authoritate tranfire, aut bona Ecclefiæ, vel alicujus monafterii, laicali authoritate præfumpferit ufibus propriis applicare, tuam authoritate noftra, & tua, fi ea propofito diftrictione ecclefiaftica revocet, & reftitutionem alienatorum cogere non poftponas, aut priorem ecclefiam ab ejus obedientia prorfus abfolvas. Super his autem, ficut vir & prudens & fapiens, folliciteq; & ftudiofus exiftas, & ita pru-

dentiæ in omnibus tuum geras officium, quod A tum fine Pallio fuo, ad ecclefiam tibi commiffam in aliqua præjudicia folemnitate venire, & in eadem ecclefia Miffarum folemnia celebrare: licet exinde non recolamus nos expreffim Canonum vitaffe, fuper hoc inquifitioni tuæ taliter refpondemus, quod non videtur effe conveniens, ut Pallium tuum alii commendes, cum Pallium tuum perfonam non transferat, fed quifquam eum eo debeat, ficut tua novit difcretio, fcepeliri. Suffragaris autem in his quæ ad honeftatem & in omnibus, quæ cum Deo poffumus, volentes tibi fieri cariffimo fratri noftro deferre, authoritate Apoftolica indulgemus, ut fi quando aliquis fuffraganeorum tuorum contra appellationem ad noftrum vel tuam audientiam factam venire præfumpferit, licet tibi excelfum fuum noftra & tua authoritate paftorali follicitudine coercere. Adhuc quia quidam eft a nobis ex parte tua, utrum liceat tibi Pallium tuum alii Metropolitano commodare, fi contingat ip-

SYNODUS MOGUNTINA CONTRA SIMONIAM, Aliaque Clerici vitia ab Arnoldo Archiepiscopo celebrata.

DE ea Dodechinus ad An. Ch. 1159. hæc habet: *Adunatis Epifcopi Moguntinenfis poft feftum S. Remigii Synodum armata manu, ut eum exturbarent, ingreffi ; fed Comitibus cum fuis ad arma alacriter convolantibus turpiter recedere coacti funt.* Annonymus vero in libello de caede Archiepifcopi Archiepifcopi poft S. 30. fic ait : *Tempus immiserat, quo communis Epifcoporum fedi fua fubjectorum, Abbatum item, cleriique per diœcefin Moguntinam fpectaforis conventus votori more at-*

que inftituto agendus erat : quod genus nuiigo fignodum vocare folent . Quare per litteras eos convocabat . Pofteaquam Moguntiæ convenerunt, ea ipfe etiam perrexit, ut ufcum de his conferaret, quæ cum ad publicus evangeliftarum, tum rei Ecclefiaftica emendationem, ac falutem pertinerent. Fuiffe deinde defcribit Adverfariorum Archiepifcopi tumultum ; at de fynodi geftis omnino filet.

CONCILIABULUM PAPIENSE A FRIDERICO IMPERATORE,

Adeoque illegitimo authoritate indictum, meritoque ab Alexandro declinatum & reprobatum, quo Victori III. antipapæ fchifmatico contra Alexandrum III. legitimè & canonicè electum, pontificatus honorate ecclefiæ ufurpatori, anno Dom. MCLX. initio pontificatus Alexandri papæ.

A QUO *quare authoritate hoc Conciliabulum fuerit congregatum, & adversus de gestis Friderici imperatoris libros q. capite 68. hoc verbis describit :* Tempus erat quo concilium Papiæ indictum celebrandum fuerat, idque de univerfis regni partibus, videlicet cifalpinis & tranfalpinis, in unum collecti archiepifcopi, & epifcopi, aliique ecclefiarum præfati pendula expectatione operiebantur. Tum Auguftus, commonent omnes jejoniorum & orationum fubfidiis ecclefiæ catholicæ caufam Dei commendare, cum facerdotibus & omni populo auxilium Divinum fida fanctiorum interceffione poftulat. Deinde congregato in unum conciliio, cum refedifiet, ait ad epifcopos : Quamvis noverim officio ac dignitate imperii penes nos effe poteftatem congregandorum conciliorum, præfertim in tanta ecclefiæ periculis : (hoc enim & Conftantinus, & Theodofius, nec non Juftinianus, fex recentioris memoriæ Carolus magnus, & Otto Imperatores fecifle memoratur) authoritatem tamen

Cons. General. Tom. XIII. M dif-

ANNO CHRISTI 1160.

storia, & pro ipso concilium dedit sententiam, condemnato Rolando & reprobato, qui cratus legitimo concilio se præsentare contumaciter abnuisse dicebatur. Saepius autem lectorem admonitum esse cupimus, ut in hoc facto ad disquirendum verum veritatem non nostra dicta consulat, sed litteris & scriptis, quæ ad manus nostras venerunt, & huic operi inserendæ visæ sunt, innitatur, suo servans arbitrio, quando de hac controversia, & litis desistionis, concilique judicio, sufficienter sibi fides facta videatur.

Alia Concilioboli idem Radevicus verbo tenus recitat capite 71. his verbis.

ACTA CONCILII PAPIENSIS.

DOMINUS Octavianus, & nemo aliter, Roma in ecclesia beati Petri, petitione populi & consensu, se defiderio cleri, a cardinalibus manu to indutus est solenniter, & præsente cancellario, & non contradicente, in cathedra beati Petri collocatus est, & a cardinalibus & clero Romano *Te Deum laudamus* solenniter ei cantatum est, nonnullis Victor impositum est. Ibi multitudo cleri & populi Romani venit ad pedes ejus. Tunc seniatarius secundum antiquum Romanorum consuetudinem ascendens in altum voce magna clamavit ad populum dicente: Audite cives Romani, & cetus ecclesiæ: Scitanda Scriptura patet noster Hadrianus mortuus est, & proximo sequenti sabbato dominus Octavianus cardinalis S. Cæcilie in Romanum pontificem electus & immutatus est, & in cathedra B. Petri collocatus est, & papa Victor est nominatus, Placet vobis? Respondit magna voce clerus & populus: Placet. Secunda & tertia vice interrogatus populus si placeret, clara voce telpondit: Placet. Deinde cum bandis & aliis papalibus insignibus dominus papa cum laudibus in palatium deductus est.

His itaque rite peractis, capitulum B. Petri Rathim venit ad pedes ejusdem papæ Victoris, & obedivit, ac debitam ei reverentiam exhibuit. Clerus & populus, multitudo magna fimiliter venit obedientia. Sequenti vero die proxima rectores cleri Romani accedentes ad dominum cancellarium, & ad cardinales qui cum eo erant, voluerunt cognoscere si immanatum esset, & sicut quidam dicebant: & non invenerunt cum immanatum, neque aliqua ipecie dignitatis variatum: & habito cum eo & cardinalibus suis colloquio, cognoverunt ab ore ejus & fuorum, quod nunquam fuerit immanatus, & quod hoc ei falso imponebatur. Quo audito & cognito rectores ad pedes domini papæ Victoris venerunt, & obedientiam & reverentiam exhibuerunt. Deinde omnibus fupradictis capitulis testes fuerunt, Petrus Christianus decanus basilicæ B. Petri, & omnes fratres ejus, & duo rectores de Rettt Romani Blasius scilicet presbyter, & Manerius presbyter, & septem archipresbyteri Romanæ urbis, & quatuor alii tam diacones, quam subdiacones.

Deinde prior Lateranensis & sui canonici obedierunt.

Clerici de patriarchia S. Mariæ Majoris obedierunt.

Abbas de patriarchia S. Pauli per fuos obedivit, & in signum obedientiæ de bonis ecclesiæ fuæ illi misit.

Abbas de patriarchia sancti Laurentii cum suis monachis obedivit.

Abbas Cirengti obedivit.

Abbas S. Silvestri cum suis monachis obedivit.

Abbas Sancti Alexii in monte Aventino cum suis monachis obedivit.

A Abbas S. Blasii cum suis monachis obedivit.

Conventus sanctæ Sabæ obedivit. ANNO CHRISTI 1159.

Conventus S. Mariæ in Capitolio obedivit.

Conventus monachorum sanctorum Cosmæ & Damiani obedivit.

Abbas S. Valentini obedivit.

Magister fratrum templi Hierosolymitani in monte Aventino cum suis fratribus obedivit.

Cardinalis S. Marcelli obedivit.

Clerici de card. SS. apostolorum obedierunt.

Clerici de card. S. Petri ad vincula obedierunt.

Clerici de cardinalis S. Silvestri obedierunt.

Clerici de cardinalis S. Sixti obedierunt.

Clerici de cardinalis S. Sabinæ obedierunt.

Clerici de cardinalis S. Sibillnæ obedierunt. *Al. Bellini*

B Cardinalis S. Cyriaci apud thermas Diocletiani obedivit.

Clerici de cardinalis sanctæ Mariæ trans Tiberim obedierunt.

Clerici de cardinalis sanctæ Mariæ in Portica obedierunt.

Clerici de cardinalis S. Nicolai in carcere obedierunt.

Monasterium sanctæ Agathæ obedivit. *Vesp. Pin.*

Archipresbyter S. Apollinaris obedivit.

Archipresbyter S. Tryphi obedivit.

Archipresbyter S. Bartholomei obedivit.

Ecclesia S. Cesli obedivit.

Ecclesia S. Mariæ in Aquiro obedivit.

Ecclesia S. Mariæ in Publicis obedivit.

Ecclesia S. Salvatoris de Curte obedivit.

Archipresbyter sancti Vincentii cum suis obedivit.

Archipresbyter S. Catharinæ cum suis obedivit.

Archipresbyter S. Thomæ de Parione obedivit.

Archipresbyter S. Anastasiæ cum suis obedivit.

Archipresbyter sancti Salvatoris de Campo cum suis obedivit.

D Archipresbyter sanctæ Mariæ in monte Celso cum suis obedivit.

Et multæ aliæ ecclesiæ & monasteria obedierunt, quas vite memorare valemus.

Post prommotionem domini Victoris, canonici beati Petri miserunt ad Rolandum cancellarium canonicos suos, qui verum an esset immanatus, & sicut quidam dicebant, aut aliquo modo promotus. Unde bis missi inquisitores, bis reuuerunt cum non esse immanatum, nec aliqua promotionis specie variatum. Sequenti vero die, ut omnis dubitatio tolleretur, miserunt canonici quoldam de suis, ut mense cardinalium, qui interearn, interessent, & viderent si falsum in mensa locum dimisisset. Illis ita obtentis, aut etiam benedicendo mensam primus esset, vel aliquo modo inter cardinales loco, vel dignitate, seu velle dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo lenierunt cum promotum, vel mutatum. Atque in hunc modum perscrutati sunt canonici fidtum cancellarii per singulos continuos octo dies.

Insto & Joannes de Romano diacono: Postquam cancellarius, fedente domino Victore in cathedra, in mutationem se recepit, Joannes Phixutus clericus, & Joannes de Buccata laicus, voluerunt immanare cancellarium. Qui cum injuria repulti eos, dicens: De me non facietis ridiculum: ibi eft papa: ite ad eum, & obedite ei.

Presbyter Blasius & presbyter Manerius, rectores Romani, dicunt se cum tribus aliis rectoribus cleri fequenti die poft prommotionem domini Victoris acceffiffe ad cancellarium, & ad omnes cardinales qui cum eo erant: & non videruut eum immanatum, nec aliquo modo promotum: & antequam difceffiffent, audierunt duabus vicibus ab

ANNO CHRISTI 1160.

ore cancellarii, quod nec erat, nec fuit immanatus. In præfentia etiam ipforum rectorum, qui ibi erant, teftificatus eft Otto cardinalis de Carcere Tulliano, quod dominus Octavianus noftram violentiam vel injuriam intulit cancellario.

Item dixit Otto: Pro nihilo adfcribitur hoc dominus cancellario, quia nullus ei mantum abbuliit, quia nunquam habuit. His omnibus ita peractis & cognitis, rectores literas ad dominum Victorem, & obedientiam ei fecerunt, & præceperunt clero ut ei obedirent: quod & factum eft.

Presbyter Barro & presbyter Joannes, capellani decardinalis cancellarii, dixerunt fe fequenti die poft promotionem domini Victoris ad cancellarium accefiffe, & dixiffe ad eum fe: Audiemus vos effe immanatum, gaudebamus, & nunc quia alii ter videmus, dolemus. Qui dixit eis: Pro me nolite gaudere vel dolere, quia ego nec fui, nec fum immanatus, nec fe obedire ei quem videtis immanatum. Hæc verba taliter ab ore cancellarii proceffiffe commifit presbyter Barro, & presbyter Joannes, quibufdam ex noftris clericis præfentibus, ut jurarent: in animabus eorum ita verum effe.

Clericide cardinalis fancti Chryfogoni dixerunt fe fequenti die poft promotionem domini Victoris accefiffe ad cancellarium fuum qui erat cum cancellario, & interrogaffe eum dicentes: Omnes clerici vadunt ad pedes domini papæ, quid facimus & nos? Qui refpondit: Ite ad eum, ficut alii.

Item dixerunt nobis dicens teftifi. cancellarium ITE. die ab Urbe exiffe fine manto, fine ftola, fine albo C equo, & fine omni habitus monitione, cum paffibus aliquo tantillo coopertis, & cum nigro almutio ufque ad Cifternam.

Joannes de Romano dixit audiviffe Joannem Neapolitanum, & Bonandiem, & quofdam alios cardinales, dicentes apud Cifternam: Quomodo modo fumus fine paftore, & fine capite, faciamus nobis dominum: & poftea immanavertunt eum, & cantaverunt eiTe Deum laudamus apud Cifternam.

Joannes de fancto Stephano & Vrolferaminus dicunt fe audiviffe apud papa Hadrianus dixit ad eos, cum eft in Anagnia: Octavianus, inquit, quem ego miffi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenfes: fed ego mandavi Mediolanenfi. bus, ut non curent, fed fortiter fe habeant, quia non ipfi quam Brixienfes, contra Imperatorem: & ego cum eis difpofui, quod Imperator propter eorum impedimenta non poterit Romam venire: fum etiam cum cardinalibus meis confilio, quod Octavianus non erit papa poft mortem meam.

Gimundus & Wolferaminus dicunt fe audiviffe ab ore epifcopi Sabinenfis, quod libenter rediret ad dominum Victorem: fed in adjurationem eft affenfus, quod fine perjurio non poteft.

Epifcopus Alcrinus in præfentia domini Guidonis Cremenfis cardinalis, & Gimundi, & Joannis Cajetani, & aliorum multorum, dixit: Nos poffum ad dominum Victorem venire, quia talem fecerimatem feci cancellario, & fuis apud Anagniam, quod non poffum ad eos venire ufque ad Kalendas: poft Kalendas autem veniam. Interim tamen habeo eum pro domino & poftore meo. Itaque Kalendis tranfactis, eum fidelitate tenebitur, mifit dominio Victori obedientiam per clericum quemdam, quem habemus præfentem.

De omnibus fupradictis capitulis teftimonium perhibuerunt prædicti rectores cleri Romani, & feptem archipresbyteri fupra memorati, & alii multi honeftæ & religiofi cleri Romani, & Petrus Urbis præfectus, & Stephanus de Tolaldo, & Stephanus Northmannus, & Joannes de fancto *Concil. General. Tom. XIII.*

A Stephano, & Joannes Cajetanus, & Vrolferaminus de Gidocica, & Gimundus de domo Petri Leonis, & multi alii illuftres Romani & nobiliffimi, qui omnibus his interfuerunt, & omnia viderunt, & tradiderunt.

Qualiter Fridericus conformaverit electionem Pavillatis eumque inthronizaverit, idem Radevicus fabricque his verbis: Conftitutum & tempus taliter in papatu Victore, defertur ad principem fuccedtalis concilii fententia. Qua ventrabiliter intepta & approbata, Victor ab ecclefiam vocatur, & magna folemnitate, & frequentia cleri ac populi fufcipitur, ipfique ut fummo pontifici & univerfali papæ acclamatur. Divus quoque imperator confirmat ea quæ fententialiter, ficut Conftantinus beato Silvestro, humiliter pro fuftinis ecclefiæ exhibuit: & manu quo accepta ufque ad fedem deduxit, & inthronizavit. De reliquis quæ ibidem acta funt, exemplaria literarum fubnexata conful.

EPISTOLA IMPERATORIS.

De Victoris electione.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, & semper Augustus, dilectissimo suo Eberardo venerabili Salzeburgensis archiepiscopo, & Suffraganeis ejus, Alberto Frisingensi episcopo, Hermanno Brixiensi, & Hermanno Corrensi, totique provinciæ Salzeburgensi, gratiam suam & omne bonum.

SICUT concilio Papiæ interfuiffetis, omnia quæ ibidem vel in Roma ecclefia facta funt oculata fide cognofcere poffetis. Ne autem ab his qui pravis delationibus & mendaciis jam fere totum orbem repleverunt veritas poffit obnubilari, vel vefter finceritas tenebris contrarium: quanto brevius poffumus, feribere totius rei line aliqua falfitatis commixtione, mera veritate, vobis fignificare diligenter dignum duximus. Cum electum conftat quod papa Hadriano adhuc vivente Rolandus cancellarius, & quidam cardinales, non antecedentes illud Dominicum: *Sic fentite inter vos, quæ & Matth. 5.* unus: confpiratione facta cum Willelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, & cum ceteris hoftibus impetii, Mediolanenfibus, Brixienfibus, Placentinis, ne fuper mantum papæ Hadriani tam inique factio evaneferet, juramenti vinculo invicem fefe conftringerunt, ut defuncto papa nullus alius ei fubftitueretur, nifi qui in eadem conjuratione cum eis conveniffet. Hac de caufa duodecimo die poft electionem domini Victoris papæ, eo fedente in fede beati Petri, jam dicti conjuratores egreffi ab Urbe ad cifternam Neronis, derelinquentes venam aquarum vivantium, fe contulerunt, & idolum fibi Rolandum cancellarium erexerunt: & dicentes hunc effe Simeonem Petrum, qui apoftolico dignitatis apicem tam nefaria invafione attingere præfumebat. Quod hoc confpiratio facta fuerit, & ille jam dictus Rolandus per eam hoc modo intraverit, non eft fidtitium, fed religiofis virit ab illo qui facit manifefta conflia cordium, mirabiliter eft declaratum. Dum hæc Romæ agerentur, & nos quid fuper tanto fcbifmate agendum eflet, vires religiofos, archiepifcopos videlicet & epifcopos conluleremus, fuperveneruut, quafi miffi a Deo, Transalpinorum archiepifcopus, abbas Clarevallenfis, abbas Morimundenfis, & alii abbates numero decem, poftulantes pacem Mediolanenfibus: qui recepto a nobis verbo, dum Mediolanum pro inveftiganda eorum voluntate redirent, acceperunt ab eis tale refponfum: Domini patres, non tenemur

ANNO CHRISTI 1160.

sstrícti juramento domino papæ & cardinalibus, quod non dehemeant redire ad gratiam Imperatoris sine eorum voluntate, & ipsi contra hæc nisi ex voluntate nullam pacem facere possunt. Respondeunt eis abbates: Vos de cetero non tenemini domino papæ, quia mortuus est, & illi fatim subjunxerunt: Si mortuus est papa, nos ideo non sumus absoluti: quia nihilo minus tenemur cardinalibus, & ipsi tenentur nobis. Hæc prædicti patres abbates in præsentia cardinalium hæc testificati sunt coram multis religiosis viris. Præter hæc, multa experimenta factæ conspirationis per litteras in via deprehensas accepimus, sicut nunciavit per plenius vivæ & audivæ. Sane ex consilio orthodoxorum, sicut alia vice meminimus vobis mandasse, generalem convenium religiosorum Papiæ indiximus, ad quem ambos qui se dicunt Romanos pontifices, non ad judicium faciendum, sed ad mendacium affruunt, sed ad examen ecclesiæ, per duos venerabiles episcopos, Veronensem videlicet & Tergestinum, convocavimus. Alter vero, qui quod puriorem haberet conscientiam, dominus Victor videlicet, judicio ecclesiæ ultro se obtulit: altero videlicet Rolandone contumaciter renitente, & decente, quia, cum ipse omnes deberet judicare, ipse a nullo vellet judicari. Habito itaque venerabili concilio, in quo patriarcha Aquileiensis, & multi archiepiscopi & episcopi religiosi convenerunt, per octo continuos dies maxima gravitate, diligentissima examinatione, semota omni laica persona, tractatum est, quis ex duobus summis pontificatus apicem de jure deberet obtinere. Post longam itaque deliberationem, quia illa nefandissima conspiratio Deo & ecclesiæ admodum odiosa, manifestis indiciis non solum improbata, verum in facie totius ecclesiæ facta est & in domino Victore nihil reprehensibile inventum est, nisi quod pauciores numero cardinales omnino a conspiratione illa exortes, cum pro bono pacis fuerint, regnum & sacerdotium conciliando elegerunt, & invocata sancti Spiritus gratia, ecclesia Dei Rolandum cancellarium conspiratorem & schismaticum, discordias de lites, & perjuria bonæ memoriæ evangelizantem condemnavit, & dominum Victorem papam in patrem spiritualem & universalem pontificem confirmavit. Quem nos ecclesia duce secuti, apostolatui, & universali ecclesiæ patri & rectori, cooperante Divina clementia, fore denunciamus. Hoc itaque factum Divinis effectum præsidiis, & in apostolica stabilitate spes certa, Christum vividelicet, firmiter confidamus, a vestra beatitudine, pro pace totius ecclesiæ & salute imperii approbari, & ab omni ecclesia vestræ sanctitati communiter teneri & coadunari rogamus, & præoptamus. Data Papiæ XV. Kal. Martii.

EPISTOLA PRÆSIDENTIUM CONCILIO RINCINDÆ DIRECTA.

QUIA sedis apostolicæ turbatio, Christianorum animos admodum dubios variavit, nos, qui ad refecanda schismata, & pacem ecclesiæ reformandam, Papiæ fuimus congregati, qualitatem causæ, modumque negotii, & facti concilii dispensationem, universitati vestræ plenarie dinuntiandam mandamus: quatenus, per scripta præsentia mera veritate monstrata, auditorum animi falsitatem, quam forte conceperant, vehementer expellant, & amodo per scripta schismatica non seducantur. Cum igitur orthodoxorum Papiæ congregatorum universitas in nomine Domini consedisset, causa per septem dies continuos, omni remoto seculari judicio, legitime & canonice agitata, ac diligenter inspecta, sufficienter & canonice in confpectu concilii per testes idoneos est comprobatum, dominum papam Victorem, & nullum aliud, in basilica beati Petri a laudabiliter canonicaliter intrante populi, & consensu ac deliderio cleri juste electum, & solemniter immantatum quod præsente, & non contradicente Rolando quondam cancellario, in cathedra beati Petri sui collocatus, & quod ibi ei a cardinalibus & clero Romano *Te Deum laudamus* gloriole decantatum, & inde ad palatium cum basdis & aliis papalibus insignibus est deductus: & quod postea ipsius fecudum consuetudinem interrogatus per scrinium, si placeret, tribus vicibus clara voce respondit: Placet. Probatum est etiam quod Rolandus ex diu ante non Victoris prænominem ab Urbe egressus apud Ciftenam, in qua Nero imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo est immantatus. Probatum est quod in secunda die post consecrationem domini Victoris, Rolandus interrogatus a rectoribus & clero Romano, ac clericis de lua cardinalia, si dominus Victori esset obediendum, expresse confessus est, & immantatum fuisse immantatum, & profesfe dixit: Ita, & obedire ei, quem immantatum esse videris. Super his capitulis fuerunt testes, & sub Roda tactis sacrosanctis evangeliis juraverunt, dominus Petrus Christianus decanus basilicæ beati Petri, & in persona sua, & omnium fratrum fuorum. Juraverunt etiam venerabiles archipresbyteri, & rectores clei Romani, Blasius & Marcianus presbyteri, Joannes presbyter gentilis, Aimerardus archipresbyter, Berardus presbyter, Joannes archipresbyter, Benedictus diaconus, magister Ptolemæus archidiaconus, magister Gerardus, & Nicolaus, & alii honesti clerici Romani. Præterea Petrus illustris Urbis præfectus, Stephanus de Tebaldo, Stephanus Northmannus, Comandus de domo Petri Pauli, Joannes de Septisolio, & alii principes & nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi imperatoris veterant, in conspectu concilii super jam dictis capitulis, ex maxima parte testimonium perhibuerunt, & jurare voluerunt. Sed nos quia religiosorum presbyterorum multorum testimonium sufficiens & abundantissimum habebamus, dissimus latus in hac parte parcendum. Deinde venerabiles episcopi Hermannus Verdensis, Daniel Pragensis, & Otto palatinus comes, & magister Heribertus præpositus, quos dominus imperator ad confilium, episcoporum, & Cisterciensis & Clarevallensis abbatum, aliorumque religiosorum tunc præsentium, Romam delegaverat, ut partes ante concilii præsentiam Papiam vocatas, in conspectu concilii testimonium perhiberunt, quod Rolandum cancellarium, & partem ejus tribus edictis per intervalla peremptorie & solemniter ad præfentiam ecclesiæ Papiæ congregandæ, remoto omni seculari judicio, vocaverunt, & quod Rolandus cancellarius & sui cardinales vivæ voce & ore proprio judicium vel examen aliquod ecclesiæ fe nolle recipere manifeste dixerunt. Vidimus etiam scripta Henrici Pisani cardinalis titulo sanctorum Nerei & Achillei ad dominum imperatorem directa, in quibus capitulo continebatur, quod nullum vellent ecclesiæ subire judicium vel examen. Super hoc omnia idem Henricus, & Otto cardinalis sancti Nicolai de carcere Tulliano, qui tempore concilii, & ante, apud Laudum morabatur, & Joannes Anagninus cardinalis, & Joannes Pisanus, "sanctæ Romanæ ecclesiæ subdiaconi, qui tunc apud Piacentiam erant per octo dies, a concilio toto funt expectati, & per

ANNO CHRISTI 1160.

pec litteras & per nuncios concilii funt vocati, & & contempserunt venire. Ex his igitur omnibus sufficienter instructi, & veritate hinc inde plenarie declarata, placuit reverendo concilio, ut electio dominiVictoris, qui tanquam agnus mansuetus & innocens venerat, ecclesiæ judicium humiliter fuscepturus, approbaretur & confirmaretur, & electio Rolandi penitus cassaretur. Ex fadum est ita. Electione itaque dominiVictoris, remoto omni feculari judicio, sancti Spiritus gratia invocata, confirmata, atque recepta, Christianissimus imperator domnos episcopos, & post omnem clerum, ultimus confilio & petitione concilii electionem dominiVictoris recepit, & approbavit: & poft eum omnes principes, & innumerabilis humanorum multitudo, qui præsens erat, tribus vicibus interrogata si eis placeret, respondit cum gaudio magno voce: Placet. Sequenti die prandium, in festo festa quadragesimæ, dominus Victor cum processione ab ecclesia sancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat ejus hospitium, ad catholicam ecclesiam gloriole deductus est. Ibi religiosissimus imperator ante januas ecclesiæ eum fuscepit, & deicendenti de equo ltrepum humiliter tenuit, & apprehendum per manum usque ad altare conduxit, & pedes ejus ofculatus: & nos omnes patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & abbates, & omnes principes cum universa multitudine que præsens erat, pedet apostolicos fimus ofculati. Proxima autem die fequenti, id est sabbato, habito generali concilio, dominus papa, & nos cum illo, Rolandum cancellarium schismaticum, & ejus principales fautores, accensis candelis anathematizavimus, & tradidimus eum fatanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fit in die Domini. Illud etiam discretionis vestræ audientiam volumus non latere, manifeste esse deprehensum, quod Rolandus cancellarius, & ejus fequaces quidam cardinales, viventes adhuc quorum nomina scripta sunt. Fuit autem tenor conjurationis, quod fi eis viventibus papam Hadrianum mori contingeret, cardinalem unum de illis eligerent, qui in eadem conjuratione esset affectus, & eum sine Dei omnipotentis, & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & omnium fanctorum, & virorum ordinationis, qui divino instinctu ad refcindendo schismata convenerunt, universitatem vestram homiliter implorantes, & monemus in Christo, ut ea quæ ecclesia Dei Papiæ congregata ad honorem Creatoris & fponsæ suæ matris vestræ Romanæ ecclesiæ tranquillitatem, & ad falutem omnium Christianorum fedeliter ordinavit, vos, omni dubio & ambiguitate remota, irrefragabiliter rata & firma tenere atis: curantes, ut redemptor noster Christus Jesus universalem pontificem & papam noftrum Victorem, ex cujus fanctitate & religione omnino confidimus, per tempora longa conservet, & perfici ei omnimodam tranquillitatem & pacem: ita quod per eum Deus omnipotens honoretur, & ecclesia Romana, omnibus Christiana religio, gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis actio plenius legentibus elucefcat, dignum duximus ut omnium noftrum consensus & nomina fubiechanter.

Ego Peregrinus Aquileiensis patriarcha cum meis suffraganeis interfui & consensi.

Ego Arnaldus archiepiscopus Mogumtinus cum quatuordecim suffraganeis interfui & consensi.

Ego Artaicus Bremensis archiepiscopus cum fuis fraganeis meis interfui & consensi.

Ego Hellinus[a] Treverensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi.

[a] Hellinus

Concil. General. Tom. XIII.

Ego Reinaldus Coloniensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi. ANNO CHRISTI 1160.

Ego Wickmannus Magdeburgensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi.

Bifuntinus archiepiscopus per legatum & episcopum Basileensem consensit.

Arelatensis archiepiscopus consensit.

Lugdunensis archiepiscopus cum fuis suffraganeis consensit.

Viennensis archiepiscopus cum fuis suffraganeis consensit.

Henricus rex Angliorum per litteras & legatos fuos consensit.

Rex Hungarorum per litteras & legatos fuos consensit.

Rex Bohemorum consensit.

Rex Danorum consensit.

Guido electus Ravennas consensit.

Episcopus Parmensis consensit. a Forte *Flamarum*, &c.

Episcopus Ferentinus consensit.

Mantuanus consensit.

Bergomensis consensit.

Faventinus consensit.

Abbatum vero & archipresbyterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit & consensit.

Longobardorum inæstimabilis multitudo interfuit & consensit.

Universi fere principes Romani imperii, tam Teutonici, quam Italici, tam in Urbe, quam extra Urbem, interfuerunt, & assensum cum ingenti defiderio præbuerunt.

EPISTOLA BAMBERGENSIS EPISCOPI.

De eadem re.

Reverendissimo patri & domino Eberardo Saltzburgensis ecclesiæ archiepiscopo Eberardus Bambergensis gratia Dei, & quid est, tam devotum quam debitum cum oratione servitium.

CONVENIENTIBUS in unum Papiæ episcopis citer quinquagintà, diuque ventilata quæstione papatus, cum dilatio primo pene omnibus complacuisset, ufque ad majorem vel notiriam, & aliud præfixum conciliium, prævaluit tandem pars dominiVictoris justificata ab altera parte multis modis: quia conjuratio contra imperium, factum illud præcessit. Item quia dominiVictoris immantatio prior, illa posterior, quo folo Innocentius Anacleto prævaluit, cum Anacletus plures & maxime scientiæ & sanctitatis haberet electores. Deinde quod ad hostes imperii pars illa se transtulerit, obligata Siculo, Mediolanenfibus, Brixienfibus, Placentinis per sacramentum, quod fanæ doctrinæ sectatori videtur: & cum subditos a præramentis fidelitatis debitæ absolvat, & fervire imperatori probibeat quolcumque, & fic difcifioni viam præparet, quod peffimum eft, fuæ opere ipfo clarefcit, & fcripta undique per Italiam diffecta tam civitatibus quam epifcopis. His malis principiis finem deteriorem promittentibus, perpetuam videlicet difcordiam inter regnum & facerdotium, & diffenfionem abinvicem, dum pars illa cum omni fecutate conductus nec venire voluit fet, nec etiam procuratores pro fe mittere ad fubeundum judicium, & excipiendam fententiam: dominum Victorem recepimus, fpe pacis & concordiæ inter regnum & facerdotium. Longo tamen examine premiffo, de tempore & ordine electionis fuæ, de his qui ejus electioni confenferunt primitus, & de

ANNO CHRISTI 1160.

postmodum retro abierunt, cardinales numero novem, testificante super his omnibus capitulo beati Petri de clero Romano, scriptis & viva voce nuncionum sub jureiurando. Nuncius regis Francorum promisit pro eo, neutrum se receperum, ufque dum nuncios Imperatoris recipiat. Nuncius regis Anglorum idem velle & idem nolle promisit, tam in his quam in aliis. Archiepiscopus Viennensis, Lugdunensis, Bisuntinus, per litteras & per nuncios consenserunt. Solus Treverensis de regno noftro fuperest in parte illa de numero archiepiscoporum qui non consenserit: ejus tamen suffraganei omnes consenserunt. Ufque ad vos solum pervenatum est. Angelus magni consilii dirigat vos fecundum beneplacitum suum, & custodiat vos in omnibus viis vestris. Pater haec perspositus multa manifestabit nobis, quae non licet ad presens homini loqui. Congaudete mihi, qui dimissionem accepi, & ad propria redeo.

EPISTOLA CANONICORUM sancti Petri Romæ.

Pro parte Victoris.

Invictissimo & gloriosissimo domino suo Friderico Romanorum imperatori, & semper augusto, & venerabilibus patribus in Christi nomine congregatis, fratres qui Romæ sunt, beatissæ sanctæ Petri principis apostolorum canonici, angelici magni consilii profectum, & spiritus sancti consolamen & gratiam.

PATRES sanctissimi, quos Deus elegit ad consolationem merentium, & delinquentium correctionem, ficut ait apoſtolus, *Corripite inquietos, consolamini pusillanimes*; intendite prospicio noſtris, & ad deliorem nullum, conſolationis manum extendite. Tanta eſt enim, tam diffuſa meroris noſtri materia: ut unde debeamus exordium ſumere, difficulter poſſimus invenire. Verum quia materia doloris eſt & meroris, a luctu & merore ordiri decrevimus. Attendite ergo & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor noſter, cum videamus matrem noſtram Romanam eccleſiam, quondam ſi ſponſa, a filiis ſuis, quamvis alienis, quia mentiti ſunt ei, quos enutrivit & exaltavit, ipſi autem ſpreverunt eam, contumeliiſque eviſceratam, & membris ex parte mutilatam, in cono jacentem, conculcantium jugibus pene nec ſentientem. Unde cum Jeremia, plorante ſuæ Jeruſalem deſtitutionem, plorantes dicimus: *Non crediderunt reges terræ, & omnes habitatores orbis, quoniam ingredietur hoſtis, & inimicus per portas Jeruſalem.* Vere Jeruſalem erat mater noſtra Romana eccleſia, quæ rundiu ad ſe venientibus & quærentibus pacem dabat. Nunc autem, & doleamus dicimus, ut olim illa: Peccatum peccavit noſtra Jeruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Nec immerito propter peccata propheta rum ejus, & iniquitates ſacerdotum ejus, enavarunt ceci in plateis, facies Domini diviſit eos. Et vere: *Paluerunt enim Domini ſuper facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Unde plurimo rubore diffunditur. Vere peccatum peccavit hoc tempore noſtra Jeruſalem, invidia & odio, & iniquitatibus exultis, quæ, quia per omnia longum eſt enarrare, ad oſtendendam Romanam eccleſiam nem, & cauſam diſcordiæ declarandam, propoſitum convertemus.

Domino igitur papa Hadriano felicis memoriæ, prima kalendis Septembris, viam univerſæ carnis ingreſſo, convenit illico maxima multitudo, tam de cardinalibus & ſenatoribus, quorum conſilio corpus Romam delatum eſt. Inter cardinales vero contentione crelcente, convenit cardinales vero ut Romam redirent, & coram omnibus electionem facerent de aliquo cardinalium. Quod ſi non poſſent, quatercent catenacum perſonam. Quod ſi nec hic poſſent convenire, ab electione ceſſarent, donec invenirent idoneum virum, quem concorditer eligere deberent. Et hoc unanimiter ab omnibus confirmatum eſt. Poſt hoc autem ſtatim Romam redierunt. Dominus Octavianus, & quidam alii accellerunt ad obſequium defuncti. Quidam vero alii præmiſſeunt nuſtiorem ſcelerum Bofonem primogenitum Satanæ, ut munitionem beati Petri occuparet, cujus cuſtodes fidelitatem ei juraverunt, domino papa Hadriano vivente, cujus poſtea ſubſequentes, eamdem munitionem conſenderunt. Dominus Octavianus & dominus Rolandus cardinalis ad domos noſtras venerunt, & quidam alii: Vocati autem iſti ab illis qui munitionem obſervabant, reſpondenrunt ſe nunquam aſcenſuros in munitionem, Bofonem verentes: ne, ſivi eis relatum fuerat, a juratis Bofonis caperentur. Et dominus cancellarius, Vadam, inquit, & eos ad vos deſcendere faciam. Ivit cum eo diaconus de carcere Tullano videlicet, nec redierunt: a fe per biduum de loco ad locum electionem facerent, convenire nequierunt.

Tandem die ſabbati deſcendentibus illis de munitione, aſcenderunt omnes poſt altare beati Petri, & coeperunt de electione tractare. Cumque convenire non poſſent, direxunt iſti qui concordiam & pacem eccleſiæ deſiderabant: Date nobis electionem, & eligemus unum de veſtris. Et dixerunt: & eligite quem vultis de nobis unum: & noluerunt. Surrexit tandem velut iratus Otto, diaconus ſancti Georgii, & Adebaldus Fallacis, cardinalis ſanctorum apoſtolorum, & Joannes Neapolitanus: & accepto manto volucrum immantare dominum Rolandum cancellarium. Sed ſaniore & meliori parte cardinalium ex parte dominipotentis, & beatorum principum apoſtolorum Petri & Pauli, atque totius eccleſiæ authoritate, prohibente, non potuerunt. Fuſta autem hac prohibitione, iterum eum immantare attentaverunt, nec potuerunt, & cancellarium cum manto nullo modo tetigerunt: per eos tamen non fleti quin immantaretur. Ceterum clerus Romanus, qui in eccleſia beati Petri pro electione domini pontificis convenerant, audito clamore cucurrerunt, circumdantes dominum Ottonem, qui erat cum cardinalibus juxta altare beati Petri, & clamarunt omnes dicentes: Dominum Octavianum eligite, per quem ſolum eccleſia pacem poteſt habere. Tunc petitione populi Romani & electione totius cleri conſentiente, & deſiderante reſpectio capitulo baſilicæ beati Petri, dominus Octavianus cardinalis a ſaniori parte cardinalium electus eſt, & manto indutus, ac in ſede beati Petri poſitus, ab eque omni contradictione, cunctibus acclamantibus *Te Deum laudamus* in jubilo. Deinde, ſicut mos eſt, domini cardinales, & clerus Romanus totus, qui præſens erat, & qui poſtea confluxerat, populique Romani pars maxima, pedes ejus oſculati ſunt. Quod videns dominus Rolandus cancellarius, & quici, ſicut dicebatur, juramento erant affuſti, nec elamaverunt, nec aliquo modo contradixerunt: fed inclinato capite recedentes, nunquam poſtea ſpe ſua fruſtrati conſenderunt. Tunc domini cardinales, clerus, judices, ſcriniarii, ſenatores, populuſque Romanus, dominum electum ſignis & bandis præcedentibus, ad palatium uſque cum jucunditate perduxerunt, Romano more clamantes: *Papa Victor, ſanctu Pietro lo elegge.* In crafti-

ANNO CHRISTI 1160.

ſtinum autem quidam de clero Romano afcendente nunt nuntionem, & oſculata manu domini cancellarii, coeperunt eum & qui cum eo erant, cogere, ut poſt eccleſiæ *providerent*. Quidam autem de diaconis curiæ reſpondit eis velut indignans: Heri pedes domini Octaviani, qui fratrem ſuum dominum cancellarium exuit manto, & ſe induit, eſſis oſculati, & modo ventis ad nos? Et dominus cancellarius: Noli, ait, domine cardinalis, dicere quod verum non eſt: dominus Octavianus nunquam exuit me manto, quia nunquam indutus fui.

Sicque per totam hebdomadam illam dominio cancellario & ſuis in eccleſia beati Petri morantibus, nono die deſcendentes trans Tiberim, eo die & altero commorantes, undecim exierunt, & per- Apud Castrum Gallu. venerunt ad ciſternam Neronis, in qua latuit Neno fugiens Romanos inſequentes, fuſte ciſternam adjerunt, aqua ſcaturiente fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Et ibi die altero, qui duodecimus erat ab electione beati Victoris, indueruntur cancellarium ſtolam & pallium erroris, in deſtructionem & confuſionem eccleſiæ, ibique primum canabant *Te Deum laudamus*: Quis veſtrum, ſi fundatiſſimi patres eſtis, audivit talia? Quantum in eis eſt, biceps bodie fabta eſt Romana eccleſia. Nunc tacendum nobis eſt, at dominus Otto palatinus comes, & dominus Guido comes de Blanderra, & dominus Heribertus prepoſitus, viri prudentiſſimi, imperatorie majeſtatis legati, vicem recipiant & referendi, quid in domino cancellario & ſuis reperierint. Qui cum nota celeritate domini epiſcopi, & dominii imperatoris legati: quid hinc inde humiliatis & veritatis cognoveritit, plenius poterunt enodare. In Urbe quoque cum Romanus clerus ad eccleſiam B. Petri, ipſis præſentibus, convenirent: quid de facto ipſo perſenſerint, quoniam præſentes eſſe credimus, referant ipſi, & ad hoc compoſitandum deant de Petrum Christi, Petrum Christianum eccleſiæ noſtræ decanum, & Petrum Guidonis cancrarium ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubdiaconum, Deſiderium quoque Petrinum, ut de his omnibus veritatis teſtimonium etiam viva voce perhibeant. In cœna Domini eſtis, in qua redemptionis humanę ſacramenta peregit. Duos gladios apoſtoli ſe habere profeſti ſunt, quos & vos habetis: quid in eis, & per eos agere debeatis, nullus vestrum ignorat. Ibi dictum eſt a Chriſto, *Satis eſt*. Et nos qui Chriſti veſtigia ſequi debemus, volo dominis noſtris dicimus huic operi finem facientes, Satis eſt. Omnipotentis ſapientia Patris, qui novit & poteſt unire vota & voluntates omnium, ipſa unire dignetur. Et ſicut confeſſionem Babylonicam debtruendam, & ſimoniam de eccleſia propellendam, & pacem toti mundo deſiderabilem in integrum reformandam.

Hæc autem ſummatim, non eiara favorem & fludium, ut ſolet, ſchiſmaticorum imperatorum fautor abbas Urſpergenſis in chronico his verbis enarrat: Tunc imperator Fridericus, tali turbatione competta, E Romanæ civitatis condoluit: & qualiter ſubvenire poſſet, excogitavit. Tandem de conſilio bonorum virorum utroſque electos ad se venire ſtatuit apud Papiam, non vt eos judicaret, aut eaufam ſedis apoſtolicæ, ſed ut a prudentibus viris addiceret, cui electio potius obedire debeat. Quo Octavianus, qui & Victor, cum ſuis fautoribus advenavit: Rolandus vero, qui & Alexander, frequenter admonitus, accedere contempſit. Tunc coram imperatore, & patriarcha Aquileienſi, & epiſcopo Cremonenſi, & aliis quamplurimis epiſcopis, & eccleſiarum prælatis, cauſa Octaviani diſcuſſa eſt: & adhibitis teſtibus, qui præſentes fuerunt, probatum eſt, quod ſicut ſupra deſcripſimus eſt facta Chriſte eſt utraque electio. Ibi jure quoque latis adjecbtum eſt, ut reprobata electione Rolandi, Octavianus verus pontifex Romanę eccleſiæ judicaretur. Tunc patriarcha Aquileienſis, alii quoque epiſcopi, & eccleſiarum prælati, ad pedes ejus ſe proſtravernnt: Imperator quoque ſimilem fecit, ut ab eo indulgentiam acciperent, & ſibi obedientiam fuerent. Quem exinde Imperator deſtinavit in Alemanniam, ut eadem ibidem obedientiam ſuerent: quod & factum eſt: nam Reinaldus Colonienſis archiepiſcopus eum devote recepit: Mogontienſis quoque & Magdeburgenſis epiſi Victori pape ſe fubdidere cum ſuis ſuffraganeis. Manſitque Roma cum ſuis conſpiratoribus in confuſione, ut adimpleretur quod dictum eſt per prophetam: *Qui inſurgunt in me, confundantur*. Et ſic adimpletum dictum adimpleretur: *Servus tuus lætabitur. Hæc ille.*

Iſai. 108.

EPISTOLA ALEXANDRI PAPÆ III.

AD ARNULPHUM LEXOVIENSEM EPISCOPUM.

Refert de hoc concilibulo quæ præ pudore ſchiſmatici ſilentio præterierunt.

Alexander epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Arnulpho Lexoviensi epiſcopo, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

LITTERAS tuas nobis prudentia deſtinatas tanto hilari ori mente ſuſcepimus, quanto de uberioje noſtre dilectionis caritatis, & amoris fervore devotionis eas novimus proceſſiſſe. Quas & nos ipſi attente latis ac diligenter inſpeximus: & ut concepte dilectionis integritas, & probatæ fidei certitudo, prudentia quoque non latenter, fed freret ignorantibus manifeſta, eaas fratrum noſtrorum auditorio publice feeimus recitari. Ipſe profecto & beatitudinem tuam & prudentiam tuam, nec minus laudeitam profundi pectoris eloquentiam redolebant. Novimus autem, & innumeros non exiſtimus, quibus, ſicut & ipſa tua ſcripta teſtantur, conſtat, quod a diva ac venerabili memoriæ Innocentio papæ anteceſſori noſtro ſchiſmaticus ille, qui & generoſitate naturæ, rerum copia terrenarum, potentia ſeculari, & gratia ſublimorum, mira æſtimatione reddebatur inſignis, nefaria temeritate ſuccrevit, & innocentem noxius, fortis debilem, armatus inermem, ſchiſmaticus catholicum impugnabat. Ceterum ad quem finem res ipſa, Deo miſerante, perveneit, devoti & fideles eccleſiæ filii per glorioſam meritorum, mali vero per ſuæ malitiæ demerita cognoverunt. Quid etiam de aliis ſimilia præſumentibus nara ſæpenumero contigiſſet, tu tam ſercunde, quam eleganter, in illis eſſidem litteris expreſſiſti. Tenebroſique noſtri operimus Deus voluit hereſes * ſuſcitare, ut qui probati fant manifeſti fiant, & ut per noſtrum & aliorum catholicorum fludium & laborem, grantis a palejs in area domini ſegregatis, ſchiſmera & hæreſes conterantur. Creditmus ſiquidem, & de gratia Divina confidimus, quod in proximo feaſtis ſluctibus procellarum, & worvantium turbine propulſato, dies nobis ſerenus & fulgidus arridebit, & calcatis inimicis eccleſiæ tranquilla in portu Petri navicula reſidebit.

* Forte *ſuſcitaret*. Heraldianus.

Perfolvimus autem gratias omnium conditori, laudum præconia referentes, quod magnificum illum

ANNO CHRISTI 1160.

illum & fcenifſimum orbis principem Henricum regem Anglorum audivimus firmum & ſtabilem in catholicæ unitate eccleſiæ permanere, & quod per ſuum præſertim inductionem idem in tanto propoſito animum ſolidavit. Rogavit ſane ut ita vigil ſemper circa eum & ſolicitus perſeveres, ne per frequentes vexationes Imperatoris & nuncium ſuorum, a devotione eccleſiæ & noſtra, quod abſit, velit quoliber modo declinare. Volumus quidem te apud eumdem regem, & epiſcopos, atque adjacentes perſonas, quafi quendam apoſtolum & nuncium veritatis illis partibus exiſtere. Circumpoſitos quoque & vicinos epiſcopos, & tam eccleſiaſticas, quam ſeculares perſonas, nobiles præcipue ac potentes, ad hoc ipſum efficaci ſtudio & omni diligentia admoneris. Nos enim perſonam tuam quam fiducia caritate in Domino diligimus, atque ad honorem & exaltationem tuum quam prompto animo deſideremus intendere, per illum dilectiſſimi pertuleris, quem circa te & ante promotionem noſtram habuimus, diſcretionis tuæ prudentiam non credimus ignorare.

Præterea qualiter Fridericus Romanorum imperator, avorum ſuorum ſceleratiſſima veſtigia ſubſecutus, circa ſacroſanctam eccleſiam Romanam in perfecta ſe habeat & quam habuerit, & qualem circa eam animum gerat, qui utique ſpeculatis ejus patronus debuerat & defenſor eſſiſtere, multis retrum indiciis a longis retro temporibus ad notitiam tuam non ambigimus perveniſſe. A C tempore ſiquidem anteceſſoris noſtri piæ recordationis Hadriani papæ, & ab exordio dignitatis ſuæ, caspit ſanctam Romanam eccleſiam tantquam tyrannus oppugnare, & non mediocriter infeſtare. Archiepiſcopos namque & epiſcopos a fede apoſtolica reducentes, in ignominiam & detrimentum eccleſiæ plorumque capi turpiter & inhoneſte præcepit, quos ſibi carceris cuſtodiæ mancipari. * Non quoque in minori officio contriſtatos, qui cum venerabili fratre noſtro B. nunc Portuenſi epiſcopo ad eum legatos delegati, quatuor apud Bilhutium ipſe tractaverit, & ſuam indigne receperit, non opus eſt nos in præſentia ſcribere, quia credimus te idipſum plenarie cognoviſſe. Verumtamen ampliorem adhuc anteceſſore noſtro, patrimonium beati Petri violenter inſuſte, & eandem Romanam eccleſiam niſus eſt modis omnibus conculcare: ita quod a pluribus dicebatur, & quaſi fama communis habebat, quoniam eo ſuperbiſſe Octavianum, qui ſemper fuit domeſticus eccleſiæ inimicus, ordinare apoſtolicum, immo apoſtatam, ſi opportunitatem aſſecuteret, intendebat.

Quia vero illo vivente omnipotens Deus non permiſit eum conceptam veſaniam exercere, poſt mortem ejus opportunitate concepta, præfatum Octavianum ſchiſmaticum, ſimoniacum, & manifeſtiſſimum invaſorem, qui cum tribus tantum malitiis ſue complicibus, ſicut totus pene nunc dudum ignovit, poſt canonicam & unanimem electionem noſtram mantum arripuit, & ita ſe damnabili præſumptione intruſit, in tanta iniquitate modis omnibus manutenuit, & quodquid ille ſceleris, ſolo favore, potentia & authoritate ipſius, & nunciorum, qui in Urbe preſences exiſterant, cum ſeciſſe abſque ambiguitate tenemus. Unde ad confirmationem ipſius, immo ut omnes videreur in eccleſia Dei authoritatem habere, archiepiſcopos, epiſcopos, & alios eccleſiarum prælatos, apud Papiam, contra ſacrorum inſtituta canonum, prout ei placuit, convocavit. Ille autem, ſicut homo, qui nec in Deo, nec in juſtitia conſidebat, in ipſius imperatoris poteſtate per aliquot dies, velut pro certo accepturi, in ſignia pontificatus abjecit, ſicut etiam in noſtra & fratrum noſtrorum conſpectu, dum Rome olim nos teneret inclusos, ſuam malitiam recognoſcens, facere voluit: ea quidem conditione ſervata, ut nos ei poſtmodum redderet debentia. Cumque nos ea recipere refutabat conditione nolente, ipſe in ſua pertinacia & damnabili præſumptione permanſit.

Ceterum ut præfatus imperator eccleſiam Dei ſue videretur ſubjugare & ſapponere ditioni, & eam in ſupremam redigere ſervitutem: memoratum apoſtaticum, ſicut dictum eſt, pontificalia inſignia cedidit, & ne eum de cetero, quod eſt a B facultis inaudituni, per annulum, prout dicitur, inveſtivit. Quoſdam etiam epiſcopos, aliis diſcretionibus & honeſtioribus occulte de ille concilialo fugientes, ſeverioribus exhibitis laicali violentia & tyrannica oppreſſione cogit. Sic enim reges & principes diverſarum partium ſibi intendit tum ſpirituali, tum materiali gladio ſubjugare, & ab hac parte, quod abſit, nefandiſſimum ejus propoſitum prævaleret. Ad hæc juxta prudentiæ tuæ conſilium, Rothomagenſi archiepiſcopo ejuſque ſuffraganeis, & aliis per Northumbriam conſtitutis, exhortationis literas deſtinamus. De cetero, memoratum Fridericum Imperatorem, pro eo quod Octavianum ſchiſmaticum recepit, & ei pertinaciter adhæret pravitati, C mit, cum eodem Octaviano, & eum aliis principalibus fautoribus ſuis, nos de communi fratrum noſtrorum conſilio, in Cœna Domini publice ac ſolemniter excommunicaſſe cognoſcas. Dat. Anagniæ, Kal. Aprilis.

Hii excerpti Annulphus ab Alexandro literis, ut partes eredire ſibi ingatiunis impleret, ad archiepiſcopum Rothomagenſem, ab his quæ ejus eſſet in concilisbulo Papienſi, literres dedit: quas ob plenam rerum geſtarum ſignificationem hic deſcribendas aper a pretium duximus. Sic enim ſe habent.

AD ARCHIEPISCOPUS ET EPISCOPOS Anglie. [illegible]

QUANTA tempeſtate laboret eccleſia, atque in quanto videatur periculo conſtitutа, veſtra, quos hic dolor tangit, prudentia non ignorat. Et ſiti quidem Babyloniæ profpicientes & exultant, qui quaſi certum auſpicantes de procellarum quantitate naufragium, ad diripiendas farcinas & ipſa navigii tabulata conveniunt. Nobis autem ſecuritatem præſtat Divina promiſſio, qui portas inferi adverſus eam prævalere non finit, ſed vexationis injurias victoriæ certitudo compenſat. Neque enim deſperationi locus eſt, ubi cauſam rectitudo commendat, & virtutem patientiæ firmat interim conſcientia veritatis. Cauſa ſiquidem noſtræ nec ignota veritati, nec incerta juſtitiæ: ſed res luce clarior, & præviratis nube negotium purgat, & omni judicium abſolvit errore.

Si enim perſonis perſonæ comparetur, noſtram perfectio ſcientiæ & omnium virtutum fornat integritas: quod non magis noſtræ, quam adverſariæ quoque partis teſtimonio confirmatur. Alteri vero ſi nobilitas generis, & quæſita ab hac ipſius potentium gratia ſubtrahatur, non erit unde ad majeſtatis apoſtolicæ faſtigium audeat aſpirare. Sed & facta electionum invicem conferantur, electionem noſtram omni ordine, omni ſolemnitate, omni denique ratione fubnixam, alteram plenam impudentia conſtat, & omni rationis adminiculo deſtitutam. A Nunquid enim unius epiſcopi, ipſiuſque quem noſtis, & duorum cardinalium, toti eccleſiæ præjudicabit authoritas, & reprobata univerſitate catholica, intra quatuorietatis hujus angullias coarctata credetur? Numquid confecratiöni ejus ac ſolemnitati per eam cujus intereſt multitudinem celebratæ, ea quæ defuimodum per paucas ipſiuſque ejusdicatas manus contracta eſt, poterit prævalere? Numquid impudentiam conjecti ſibi propoſitis mandatorum minas redemptorum facultium violentia confecrabit? Certum ſiquidem eſt, Octavianum eccleſiæ beati Petri, cum ibi celebranda fore electio, armatorum copia compleviſſe, ut quod de meritis ſuis, & fanctorum patrum gratia non ſperabat, fruſtis in ecclesia reſiſtentium gladiis uſurparet.

καὶ Πνεύματος ἁγιοῦ Χριστὸς φωνῶ, † σὺ εἶ ἡ μεγάλη μεγέθει, λέγουσι σοῦ τοὺς ἀνοήτους ἐξελεμμένους τοῦ ἁγίου Πατρός, καὶ χ̣ † ὁ ἐν ἁγιοπνεύμασι, καὶ ὡς τοῦ πατρὸς, καὶ ἀνεξοίκειον ὡς πάντως † θεοτόκον ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ ἁγίου Πνεύματος

ANNO CHRISTI 1167.

*** I. Epistola suffraganeorum Cantuariensis ecclesiæ ad beatum Thomam Cantuariensem archiepiscopum.

VENERABILITATI *patri & domino Thomæ, Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo, suffraganei ejusdem ecclesiæ episcopi, & perpetua per præsentem diæcesis suæ varias conflictiones, debitam subjectionem & obedientiam.*

Quæ vetus, pater, discessu in longinqua, inopinata rei plius nove rei turbata sunt, vestra [per]rabamus humilitatæ & prudentia in pacis pristinæ fœcunditatem, cooperante gratia, revocari. Erat ergo, ut placet, famæ vestræ, parcatis & gloriæ, & humilitate dominum nostrum, filiumque vestrum caritate vincere studeatis. Ad quod firmata vos monita movere nequeunt, debet saltem summi pontificis, sanctæque Romanæ ecclesiæ dilectio, & fidelitas inclinare. Votum enim laudat debet & facit, ne quid contra nostræ vetitis, nobis boraeni jamdiu mirati vestræ, labores augeret; quod vel multorum indobedientiam deplorantis ex eorum qui obedient auxilione dolor accrescat.

Quid enim [ex] ejus, quod abiit, exacerbatione, vel opera, dominus noster, quem largiente Domino populi sequuntur & regna, a domino Papa receperit; ipsumque fortasilis adversum vos latia denegenten, qui de certo declinaverit? Ipsum namque in hoc, quæ supplicationes, quæ dona, quot quantæ promissi solicinant? In petra cum hucusque firmus perstitit, & totum, quod mundus offerre potest, victor alta meno calcavit. Unum nobis timori est, ut quem oblatæ divitiæ, & totum quod in hominum gloria pretiosum est, afflectere nequiverunt, animi fides valeat indignatio sola subvertere. Quod per vos accidere in thronos Jeremiæ totus ire poteritis, & lacrymarum fontem oculis vestris de cetero negare nulla quidem ratione potestis. Revocetis itaque si placet pacem vestræ ecclesiæ, modis omnibus, si placet, adsciteris, modis omnibus, si procedere, obtinentum. Sed qui penes vos alios [opinor] vos longe hæc via progredi non permittunt. Horrantur experiri in dominum nostrum regem, qui [nos] & in omnia quæ sua sunt potestatem accepit, & in omnia quæ possilis. Quæ maximum potestas peccanti timenda est, fatisfacere nolenti formidanda. Dominum vero regem non quidem peccasse nunquam dicimus: sed semper Dominus paratum satisfacere confitendem exhibet, & prædicamus. Rea a Domino confitentus paci providet subjectorum per omnia, ut hanc conservet ecclesiis & commissis sibi populis, dignitatem regnum ante & debitas & exhibitas, sibi vult exhibere, & exigit. In quo si inter ipsum & vos aliqua oborta est contentio, a summo fuper hoc pontifice paterna gratia per venerabiles fratres nostros Lundinienses & Herefordenses defensem episcopos conventus & commonitus, non in cœlum os suum polluit: fed de omnibus in ecclesia vel ecclesiastica persona quæcumque & quotcumque offenderet se non abstinuit quærere; fed ecclesiæ regni sui paritatum judicio humiliter & mansuete respondebit. Quod quidem & facilis impletu paratus est, & dulce nequam obsequium, cum monetur ut corrigat si quid offenderit in Deum. Nec solum fatisfacere, fed & si jus exigat in hoc fatisfacere paratus est. * Si & fatisfacere voluerit ecclesiæ fe judicio in his, quæ ecclesiæ sunt; nec in modico fobtrahentem, colla Christi jugo fubdentem, quo jure, qua lege, quove canone, aut interdicto gravabitis, aut ieeuri, quod absit, evangelica præcidetis? Unde nobilium omnium una

ANNO CHRISTI 1167.

una est in commune petitio: ne confilio præipiti mactare pergatis, & prodere. Sed commissis oribus, ut vitam, ut pacem, ut fecuritatem habeant, paterna fbdeatis gratia providere.

Movet quidem nos omnes, quod in fratrem nostrum dominum Salesberiensem episcopum, & decanum ejus, præpositure, ut quidam gestimant, nuper actum est privilegium. In quo [quidem]nis aut damnationis pœnam, ante motam de culpa controversiam, calorem, ut videtur, irascundiæ, plusquam justitiæ secuti transimus, intorsisti. Ordo judicionum novus hic est, hucusque legibus & canonibus, ut speramus, incognitus, damnate primum, & de culpa postremo cognoscere. Quem ne in dominum nostrum Regem, & regnum ejus, nec in nos, & commissas nobis ecclesias & parochias, in domini Pape damnum, sanctæque ecclesiæ Romanæ & nostrum detrimentum, irrepheæ confusionis augmentum non modicum, exercere tentestis & extendere: remedium vobis appellationis opponimus: & qui contra metum gravaminum, in fuis ecclesiæ, vira jam dudum vocæ ad dominum Papam appellavimus, iterato jam nunc ad ipsum scripto, etiam appellamus, & appellationi nostræ remedium Apostolicum Dominice defignamus. Quanta quidem possimus devotione supplicantes, ut inito falubriori consilio, vestræ ac nostris laboribus expensisque parcatis, cauhmque vestram, in hoc quo tenemini, habere queat ponere fiudeatis. Valere vos optamus in *Domino* pater.

II. Epistola Suffraganeorum Cantuariensis ecclesiæ ad Alexandrum summum pontificem.

PATRI suo, & domino, summo Pontifici Alexandro, provinciæ Cantuariensis episcopi, & perpetua per eamdem diœcesis suæ spiritualem conflictiæ, & debitam subjectionem & obedientiæ fidelitatem.

Vestram, pater, meminisse credimus excellentiam, vos dilectum filium vestrum, dominumque nostrum carissimum, illustremque regem Angliorum, per venerabiles fratres nostros Lundinensem & Herefordensem episcopos diredis [ad]dudum literis commonuisse, & de omnibus, ob res verentiam Christi, ob ecclesiæ sanctæ, quam sibi matrem profitetur, honorificentiam, ob animæ suæ remedium, ecclesiæ regni sui confilio fe correcturum devotione fanctiffima [jam diu pollicitus] est, & conftantiffime pollicetur. Et quidem paratis optatum fuerit, noftra, pater, ut speramus, diligentia, & fatisfactionem exhibuit: fi non tam ipsa, & fere prorfus extinctas, patris noftri domini Cantuariensis de novo fuscitaffet exacerbatio. Verum hic, de cujus patientia pater, de cujus modestia redite regnum, & ecclesiæ quæ gratia [per]manat; ipsum quem mooitis emollire, quem meritis & manluetudine fuperare dobuerat, per trifles & terribiles literas, devotionem patris aut pontificis patientiam minime redolentes, cum in pacis perturbatores exercitum nupor agetes, dure fatis & irreverenter aggroffus eft, in ipfum excommunicationis fententiam, in regnum ejus interdicti pœnam acerrime commendando. Cujus fi fic remonstrare humilitas: quid in contumacem ftatuetur? Si fic efficaciter obedienti prompta devotio: in obftinacem perverfitatem quoouam modo vindicabitur? Minis quoque gravibus fuperaddita funt graviora. Quoldam namque fideles & familiares domini Regis, primarios regni proceres, regis specialiter affiftentes fecretis, in quorum manu

ANNO CHRISTI 1167.

ne consilia regit, & regni negocia dirigunt, una A tie pervolvamur. Compendiosissima quippe via haec est ad omne religionis dispendium, si cleri pariter populique subversionem, & interitum. Unde ne apostolatus vestri tempore tam miscre subvertatur ecclesia; ne dominus noster Rex & Servientes ej populi a vestra, quod absit, avertantur obedientia; ne totum, quod privatorum consilio machinatur, posse in nos domini Cantuariensis incundia: adversus eum & ejus mandata, domino pulso Rege, aut regno ejus, nobis, aut commilitonibus ecclesiis gravamen aliquod importantia, ad sublimitatem vestram voce & scripto appellavimus: & appellationis terminum dum Alexandrum Dominicae delegavimus: eligentes apud vos in ea nondum sanctitati vestrae placuerit humiliari, quam ab sublimes ipsius animi motus, nostris non id exigentibus meritis, de die in diem tædiosissime gravarari. Conservet incolumitatem vestram ecclesiae suae in longa tempora profuturam omnipotens Dominus in Christo dilecte pater.

ANNO CHRISTI 1166.

CONVENTUS CENOMANENSIS

Pro suppetiis Terrae Sanctae ferendis,

Ex P. Pagi ad an. Chr. 1166. n. 25.

AD Terrae Sanctae subsidium non solum in C Francia, sed & in Anglia pecuniæ collectæ, ut dicimus ex Chronico Gervasii ad an. 1166. ubi refertur scriptum Henrico Rege praecipiente compositum, in quo is ait: *Proxima tertia feria post Dominicam, qua cantatur, Misericordia Domini, primo anno ab adepto Archiepiscopatu Rotomagensis, & tertiæ Episcopi Normanniæ, & Episcopus Cenomanensis, & quidam Barones mei. Iterato apud Cenomannum tertia feria post fquartam Dominicam adfuerunt praefati tres Archiepiscopi Rotomagensis, Turonensis, Burdegalensis, & Episcopi plures Bajocensis, Lexoviensis, Sagiensis, Cenomanensis, Andegavensis, Venetensis, Britannensis, Exqualimensis, Tertracensis, & Agennensis, Besarensis* (vox illa corrupta) *& multi Barones mei de Normandia, de Cenomania, de Turonia,* de Andegavia, de Britannia, de Gualconia, conflio & assensu omnium, peritiore & precibus Domini Regis Francorum & reginae sue, qui per terram suam similiter statuit fieri, statuit ut ad defensionem & juvamen Ecclesiae Terrae Orientalis unusquisque de terris suis, de omni mobili quod habet, sive sit aurum sive argentum absque lapidibus, sive animalia, sive monimi, sive quidquid sit absque vestibus, insiss, & de redditibus similiter de hoc anno 1166. de unaquaque libra duas denarios. Iterato adfuerunt praefati archiepiscopi & singulis libris singulos denarios. Hoc quoque fuciat de culturis & vineis &. Condonata est tertia pars pœnitentiæ suæ omnibus, qui fideliter de rebus suis hanc contributionem profuerint. Haec alia sunt omnia ab Incarn. Dom. 1166.

ANNO CHRISTI 1168.

CONCILIABULUM CONSTANTINOPOLITANUM

Praeside Michaele Anchiali Patriarcha, in quo se Graeci penitus ab Apostolica sede segregarunt,

Ex Allatio de Concordia lib. 1. cap. 15. n. 1.

VIdens Michael Comnenus Imperator in dies Schismaticorum pervacitatem & insolentiam contra Latinos augeri, Concilium indixit Constantinopoli, ut querelis sopitis, modus inveniretur ad pacem cum Latinis concipiendam, & damna, quæ illius imperio inferebantur, propulsarentur: fed nefarius homo, Michael Anchiali Patriarcha (quæ causa cum induxerit, nondum comperi) a proposito, ipsius pietatis avertit; quare nihil in ea Synodo conclusum est, Colligitur id ex Dialogo, quem ipse Patriarcha conscripsit, in quo introducit Imperatorem, unice pacem perquirentem, ad eam consequendam summis conatibus consopidendam, se vero ab ea dehortantem, & Latinos modis omnibus expugnantem. Summa Dialogi est. *Ex Dialogo sanctissimi & sapientissimi Patriarchæ Constantinopolitani domini Michaelis Anchiali ad Porphyrogennetum Imperatorem Iaemiam Michaelem Comnenum, cum multis Archiepisc. qui Papæ suberant, & Episcopi, & fratres Constantinopolim pervenerint. Ecclesiarum unionem procurantes, nihil aliud a Graecis exquirentes, quam ejusdem Pro-*

ANNO CHRISTI 1168.

ad illos, recitantes Apostolicum illud dictum: Haereticum hominem post primam & secundam admonitionem fugito, scitas, quod subversus sit, & peccans a se ipso condemnatur. Sed fallum est, quod dicit, Latinos conatos fuisse Graecos ad suas confuetudines trahere, quas ipsi probant & laudant, & Graecos ipsos ad eas conservandas adhortantur, ne di-

ANNO CHRISTI 1168.

cam compellunt. Quare Graeci non erant ab iis avocandi. Et tria tantum in illa Synodo pertisse, ex ipsa Dialogi Epitaphe, quam supra adduximus, fe cui fidei habenda est, discimus, *imperatoris, Ecclesiarum, & totius orbis, Primatum, Appellationem, & Commonitoriorum.*

CONCILIUM LATERANENSE

Quo Fridericus imperator excommunicatur, & per sententiam imperio privatur, anno MCLVIII. sub Alexandro papa III.

FRIDERICUM *imperatorem ab Alexandro pontifice propter incestum in fidem apostolicam Vitoriensem ejusdemque hac fyndo excommunicatum, & imperiali dignitate privatum est, conflat ex Ioannis Saresberiensis epistola 60. ad Joannem Pillarvensem scripta, his verbis:* Fridericus ille schismaticus infignis, dum in ecclesiam malitiose & crudelius savit, factus est exaugustus, & eo perductus est, ut jam optaverit Italiam perdidisse, quam retinere non potuit. *Ecce excommunicat Alia dictarat epistola, ad Cantie fubjectorum: Rethorice fluvius,* authore Domino, universalis ecclesiæ, & schismaticorum impetus fruftratus est, & superbia Mosab in dies infirmatur. Nec de nocte valuisse eft nunc, ut ab initio, fed in meridie fuffoffa est ara, & muri ejus depofti funt funditus, ut exaltatio Mosab ea necessitate Petro colapsa, & schismaticus abscessat. Unde ipse est in Dominos, ut vocifferantibus stultis facerdotalibus, in proximo corruat Iericho, & regnum proprio fanguine acquifitum obtineat triumphator Jesus, & hujus possidenti quod fui juris est fponfus & fuffus ecclesiæ Chriftus. Cum enim Romanus pontifex per patientiam Teutonicum tyrannum diutius expectaffet, ut vel fic propter nocentes pœnitentiæ & fchismaticus abuntes patientia ejus, peccata peccatis adderet jugiter, ut errore in amentiam verteretur: vicarius Petri a Dominus conftitutus fuper gentes & fuper regna, Italos, & omnes qui ei ex causa imperii religione jurisdictioni tenebantur astricti, a fidelitatis ejus absolvit, & Inaffurcto tyranno a facie fuorum & præfentis tunc felicitate & fplendore expulit, ut in ea nihil habere videtur, nifi tortores, quos evitat, interdictum & anguftiarum, quas evitare non potest, perpetuum. Ecclesiam.

Abfolutis ei etiam regiam dignitatem, ipfumque anathemate condemnavit, & inhibuit authoritate Dei, ne vetus illa amodo in bellis congreffionibus habeat, ne Chriftiano aliquo victoriam confequatur, aut alicubi quiete & pace gaudeat, donec fructus pœnitentiæ condignos oporteat. In quo fequitur eft exemplum Gregorii feptimi decefforis fui, qui noftra ætate Henricum imperatorem ecclefiæ privilegia convellentem deponens, in concilio Romano fimili fententia condemnavit. Et quidem illa fententia effectum fortita eft: & hanc de privilegio Petri latam videtur ipfe Dominus confirmaffe. Hoc enim Itali audito, ab eo difcedentes reedificarunt Mediolanum, fchifmaticum expellerunt, catholicos reducerunt epifcopos, & apoftolicæ fedi unanimiter adhæferunt. Sed quid nota recenfeo? Hoc ubique locorum fama, quafi præconia voce concelebrat, nec aliquibus dubium puto, ne forte latent illos, qui foli tempeftate hac exulant domo fua. Quia ergo ab Oriente jam radius fereniratis affulxit per Chriftum, & incolumitas ecclefiæ in capite reparatur: fuper-

ANNO CHRISTI 1163.

ejusque parti favere, & episcopum novum secun- A dum voluntatem archiepiscopi eligere dispoluerunt. Igitur die Jovis sancto, quæ fuit tunc quarto Kalendas Aprilis, Indictione prima, MCLVIII anno, præsidius dominus Albertus Laudensis ecclesiæ majoris præpositus, communicato animum consilio tam Laudensium civitatis, abbatum, præpositorum, presbyterorum, aliorumque clericorum, quam etiam illorum qui extra civitatem in episcopatu Laudensi fuerant, ad honorem Dei & beatissimæ virginis Mariæ, atque beati pretiosi confessoris Bassiani, dominum Albertum presbyterum, & tunc temporis ecclesiæ de Ripalta præpositum, virum honestum & religiosum, elegit in Laudensem episcopum & pastorem. Proximo vero die Mercurii post pascha, Laudenses abbates, B præpositi, presbyteri, aliique clerici multi, consules etiam Laudenses, multique alii laudes & lapientes de Laude, Bergomum, ubi tunc dilatus electus erat, iverunt, & ipsum in sequenti die Jovis proximo Laudem cum ineffabili gaudio conduxerunt: qui ibi honorifice nimis ab omnibus tam clericis quam laicis est susceptus. *Hucusque historia seu chronicon Laudensium rerum per Ottonem patrem & filium Acerbum Morenam conscripturn.*

ANNO CHRISTI 1163.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad An. Chr. 1163. n. 6.

Baronius hic & Laibnius Tom. 2. Concil. ut oftendant Concilium Romanum, vel Lateranense, in quo Fridericus Imp. excommunicatus, & omnes, qui ei ea caufa fauerit & Regni religione jurejurando renuntiauerit adfoluti, absolutionem ejus absoluit, hoc anno celebratum fuisse, producunt Epistolam Joannis Saresberiensis Willelmo Stuppitori Cantuariensi, quæ non in Baronio est CCXXIV. libri II. & juxta Lupum LXXXIX. epistolam libri; ex quam utcumque verba deducuntur. Verum alias epistolas Epistolæ ubi perspicuum sit, eam non suspectori scripsam, itaque & ad eum Concilium illud retrahendum esse. Hæc Joannes Saresberiensis: *Adfuit ei etiam Regium Significatus, ipsumque anathemate condemnauit, &c. In qua fi- Concilium Romanum Gregorii VII. qui vsque ad hoc tempus Imp. Ecclesiæ strenuissime conuulsionem, opponens in Concilio Romano, simili sententia eadem inuasit. Et quidem illa fententia effectum seruitii est, & hanc ipsam Petri Laudunensis videtur ipse dominus confirmasse. Hoc enim Iudæi audiuit, ab excommunicatione recedit, & ecclesiæ Dei pacem reddidit, regnumque Ecclesiæ redintegrauit.* Ecclesiæ Dei pacem reddidit, regnumque Ecclesiæ redintegrauit.

ANNO CHRISTI 1172.

tem jureverunt contra omnes homines.

Et sciendum, quod in Hibernia sunt iv. archiepiscopi, & XVIII. episcopi, quorum nomina hæc sunt:

Gelasius Armacensis archiepiscopus, totius Hiberniæ primas, habet sub se octo suffraganeos, quorum nomina hæc sunt:

Odanus episcopus.
Mauritius Charensis episcopus.
Malethias Thuenensis episcopus.
Nectnias Chonderens. episcopus.
Gilliebertus Raspheohens. episcopus.
Thaddeus Cenevensis episcopus.
Christianus Ardshachens. episcopus.
Eleutherius Clunenracdens. episcopus.

Donatus Casselens. archiepiscopus habet sub se decem suffraganeos, quorum hæc sunt nomina.

Christianus Lismorensis episcopus, apostolicæ sedis legatus.
Ingmellecens. episcopus.
Cluanomensis episcopus.
Acmorgensis episcopus.
Lucapiranensis episcopus.
Kildarensis episcopus.
Waterfordensis episcopus.
Archifordensis episcopus.
Rosensis episcopus.
Finabrensis episcopus.
Laurentius Dublinensis archiepiscopus, habet sub se quinque suffraganeos, quorum hæc sunt nomina:

Kinfernensis episcopus.
Kinfarbensis episcopus.
Maignonensis episcopus.
Ælfinensis episcopus.
Achathkourensis episcopus.

Hi omnes, tam archiepiscopi quam episcopi, receperunt sibi Henricum regem Angliæ, & hæredes suos, in regem & dominos in perpetuum, quod & chartis suis confirmarunt.

Quo facto rex Angliæ misit Nicolaum capellanum, & Radulphum archidiaconum de Landaff, clericos suos, una cum archiepiscopis & episcopis Hiberniæ, usque ad Cassilinensem civitatem, ad celebrandum concilium & statuta ecclesiæ. In concilio autem illo statutum est:

I. Ut pueri deferentur ad ecclesiam, & ibi baptizentur in aqua munda, sub trina mersione, in nomine Patris, Filii, & Spiritus sancti. Et hoc a sacerdotibus fiat; nisi, metu mortis impediente, ab alio & alias oportuerit fieri: & tunc a quolibet fiat, sine exceptione sexus & ordinis.

II. Et ut decimæ decimæ ecclesiis de omnibus quæ possidentur.

III. Et ut omnes laici, qui uxores habere velint, eas ferendum jus ecclesiarum habeant.

Rex vero Angliæ misit transcriptum chartarum universorum archiepiscoporum & episcoporum Hiberniæ, ad Alexandrum papam: & ipse authoritate apostolica confirmavit illi & hæredibus suis regnum Hiberniæ, secundum formam chartarum archiepiscoporum & episcoporum Hiberniæ. *Hæc Regerus.*

A

DE EODEM CASSILIENSI CONCILIO sic Giraldus Cambrensis in Hibern. expugnata, cap. XXXII.

ANNO CHRISTI 1174.

SILENTE igitur insula in conspectu regis, tranquilla pace gaudente, ecclesiæ Dei decus Christique cultum in partibus illis magnificandi, ampliori desiderio Rex accensus, totius cleri Hiberniæ concilium apud Cassiliam convocavit. Ubi requisitis & satis publice terræ illius & gentis, tam enormitatibus, quam (pace ipsarum) & in scriptum, & sub sigillo legati Lismorien sis, qui ceteris ibidem dignitate tunc præerat, ex industria redactis: constitutiones istæ, quæ subsequentur, de matrimoniis contrahendis, de decimis dandis, de ecclesiis debita devotione venerandis, & frequentandis, quam plures emisit: ecclesiæ illius ritum ad Anglicanæ ecclesiæ formam redigere modis omnibus elaborando. Quas constitutiones sub eisdem verbis, quibus & promulgatæ sunt, hic inspiciere, non superfluum reputavi.

B

C

D

E

TITULI CAPITULORUM.

I. *Ut fiant legitima matrimonia, nec inter consanguineos & affines.*
II. *Ut infantes catechizentur, & in ipsis ecclesiis baptizentur.*
III. *Ut decima persolvantur.*
IV. *Ut terra ecclesiastica ab omni secularium exactione sint immunes.*
V. *Ut quando aliqui committunt pro homicidio, clerici licet cognati nihil persolvant.*
VI. *Ut omnes faciant testamentum: & qua bonorum divisio esse debeat.*
VII. *Ut extrema officia mortuis reddantur.*
VIII. *Ut Divina officia ritu Anglicano fiant.*

PRÆFATIO.

ANNO igitur Domin. Incarnationis MCLXXII. primo anteni anno, quo illustrissimus Angliæ rex & Hiberniæ triumphator ipsam insulam acquisivit, Christianus Lismorensis episcopus, & apostolicæ sedis legatus, Donatus Casliensis, Laurentius Dublinensis, & Catholicus Tuomonensis, archiepiscopi, cum suffraganeis suis & coepiscopis, abbatibus quoque, archidiaconis, prioribus, & decanis, & multis aliis Hiberniensis ecclesiæ prælatis, ex ipsius triumphatis mandato, in civitate Cassiliensi convenerunt: & de utilitate ecclesiæ, & statu ejus in meliorem formam producendo, ibidem concilium celebrarunt. Huic concilio interfuerunt illi a rege missi: venerabilis vir Radulphus abbas de Boldewas, Radulphus archidiaconus de Landaff, Nicolaus capellanus, & alii clerici, & nuncii domini Regis. Concilii autem statuta subscripta sunt, & regia sublimitatis authoritate firmata.

CAPITULA.

I. Ut fiant legitima matrimonia, nec inter consanguineos, & affines.

Primo, statutum est, quod universi fideles per Hiberniam constituti, repudiato cognatorum & affinium conturbernio, legitima contrahant matrimonia, & observent,

II. Ut

ANNO CHRISTI 1172.

II. Ut infantes catechizentur, & in ipsis ecclesiis baptizentur.

Secundo, quod infantes ante fores ecclesiæ catechizentur, & in sacro fonte in ipsis baptismalibus ecclesiis baptizentur.

III. Ut decima persolvantur.

Tertio, quod universi fideles Christi decimas animalium, frugum, ceterarumque proventionum, ecclesiæ, cujus fuerint parochiani, persolvant.

IV. Ut terræ ecclesiasticæ ab omni secularium exactione sint immunes.

In quarto, quod omnes terræ ecclesiasticæ, & earum possessiones, ab omnium secularium hominum exactione penitus sint immunes. Et specialiter, quod nec reguli, nec comites, nec aliqui potentes viri Hiberniæ, nec eorum filii, cum familiis suis, cibaria & hospitalitates in territoriis ecclesiasticis, secundum consuetudinem, exigant, nec amodo violenter exquirere præsumant: & quod de villis ecclesiarum cibus ille detestabilis, qui quater in anno a vicinis comitibus exigitur, de cetero nullatenus exigatur.

V. Ut quando aliqui committunt pro homicidio, clerici licet cognati nihil persolvant.

In quinto, quod pro homicidio a laicis perpetrato, quoties inde cum suis inimicis componunt, clerici videlicet cognati nihil inde persolvant, sed sicut in homicidii perpetratione, sic in pecuniæ solutione sint immunes.

VI. Ut omnes faciant testamentum.

Sexto, quod universi fideles in infirmitate positi, confessore suo & vicinis astantibus, cum debita solemnitate testamentum condant, bona sua mobilia, dummodo uxores & liberos habeant (aere alieno, & servientium mercede exceptis) in tres partes dividant; unam liberis, alteram uxori legitimæ, tertiam propriis exequiis relinquentes. Et si forte prolem legitimam non habuerint, bona ipsa inter ipsum & uxorem in duo media dividantur. Et si legitima uxor

A decesserit, inter ipsum & liberos bipartiri debent.

VII. Ut extrema officia mortuis reddantur.

Septimo, ut cum bona confessione decedentibus, & Missarum & Vigiliarum exhibitione, & more sepelicndi, obsequium debitum persolvatur.

VIII. Ut Divina officia ritu Anglicano fiant.

Octavo, itaque omnia Divina ad instar sacrosanctæ ecclesiæ, juxta quod Anglicana observat ecclesia, in omnibus parribus ecclesiæ amodo tractentur. Dignum etenim, & justissimum est, ut ficut dominum regem ex Anglia fortita est divinitus Hibernia: sic etiam exinde vivendi formam accipiat meliorem. Ipsi namque regi magnifico tam ecclesiam, quam regnum, Hibernia debet, quicquid de bono pacis & incremento religionis hactenus est allecuta. Nam ante ipsius adventum in Hiberniam, multimoda malorum genera, a multis retro temporibus ibidem emerserant: quæ ipsius potentia & manere in desuetudinem abiere,

Ardmachiensis vero primas, ob corporis imbecillitatem, & grandævitatem, tum præsens non fuerat; sed postea Dublinium veniit, regiæ dispositioni omnia favorem prabens, vulgi opinione vir sacer, vaccam candidam, cujus solum lacte vescebatur, secum, quocumque veneat, circumducens.

B

C

D

E

☞ OBSERVATIO P. ANTONII PAGI ad An. Christi 1173. n. 6.

Concilium Cassiliense, de quo Hovedenus citatus, & Giraldus Cambrensis in Hibernia Expugnata lib. 1. cap. 33. quod inexplum refert Labbeus Tom. X. Concil. præsenti anno congregatum, non vero in sequenti, ut perperam ab eo collocatur in eodem Tom. Concil. quali id tam Hovedenus, quam Giraldus Cambrensis assecrent. Hovedenus enim partes constantium insimat, & Giraldus Cambrensis tam in anno Concilii quam in anno expeditionis Hiberniæ Henrici Regis, quem frequentem fuisse tradit, hallucinatus est. Audacibus Bromptonus in Chron. ad annum MCLXXII. Rex circa festum Sancti Leonardi (quod die festa mensis Novembr. celebratur, ut videre est in Martyrologio Rom.) misit Nicolaum Capellanum suum & Radulphum Archidiaconum de Landaf clericum suum, qui cum Archiepiscopis & Episcopis Hiberniæ apud Cassilienſem civitatem celebrem volente Papa magnum Concilium celebrarunt. Duratione Concilii, Rex circa festum Sancti Martini usque Dubliniam iuverne venit, &c. & in Natali Domini Regale tenuit festum, quibus verbis Brompronus clauſit narrationem ſuam de geſtis hoc anno in Hibernia. Quare hujus Concilii epocha certa. ☜

CON-

ANNO CHRISTI 1172.

CONCILIUM ABRINCATENSE,

Quo Henricus II. rex Angliæ a facrilega nece ſancti Thomæ Cantuarienſis, antea per legatos abſolutus, ſecundo abſolvitur, & jurato promittit iterum quæ jam ante promiſerat: item decreta quædam per legatos apoſtolicos conſtituta, quæ mores eccleſiæ concernunt, promulgantur anno MCLXXI, ſub Alexandro Papa III.

De rebus in hac ſynodo geſtis, & conſtitutionibus. A
Hoc poſtiſcitis in eadem promulgatis, Rogerius in annalibus ſuis ſcribit: Henricus rex Angliæ pater, & Henricus rex filius ejus, & Rotrodus Rotomagenſis archiepiſcopus, & omnes epiſcopi & abbates Northmanniæ, convenerunt apud Abrincam civitatem, in præſentia Theodini & Alberti cardinalium: in quorum audientia rex Angliæ patrec, quinto Kalendarum Octobris, feria quarta, feſto ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum, in eccleſia ſancti Andreæ apoſtoli, purgavit innocentiam ſuam coram prædictis cardinalibus & omnibus clero & populo, præſtito ſacramento ſuper Sanctorum reliquias, & ſuper ſanctiſſima evangelia, B quod ſpſe nec præcepit, nec voluit, quod archiepiſcopus Cantuarienſis occideretur: & quando audivit, vehementer inde doluit. Sed quia malefactores illius, qui ſanctæ memoriæ Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum occiderunt, habere non potuerat, & quia timebat ipſos illud profanum opus impetraſſe ** ſi. propter timorem*, quam in eo videretur de latisfactione tale præſtitiſſe ſacramentum.

1. Juravit itaque in primis, quod ab Alexandro ſummo pontifice, & catholicis ſucceſſoribus ejus non recederet, quamdiu ipſum ſicut regem catholicum haberetur.

2. Juravit etiam, quod neque appellationes impediret, neque impedimenta præmitteret, quin libere fierent in regno ſuo ad Romanum pontificem, in eccleſiaſticis cauſis: ita tamen ut ſi ei ſuſpecti fuerint aliqui, ſecuritatem faciat quod malum tanum dabit in regno ſuo non patientur.

3. Juravit etiam, quod ab inſtante natiuſtatis Domini uſque in triginnum cursum accipiet, in proxima ſequenti aſſtate in propria perſona Hieroſolymam iturus, niſi remanſerit per Alexandrum ſummum pontificem, vel per catholicos ſucceſſores ejus. Sed ſi interim pro urgente neceſſitate in Hiſpaniam ſuper Saracenos profectus fuiſſet: C quantum temporis in illo itinere conſummaret, tantumdem Hieroſolymitanæ ſpatium profectionis poſſet prolongare.

4. Præterea juravit, quod interim tantum pecuniæ dabit Templariis, quantum ad arbitrium fratrum Templi poſſit ſufficere ad retinendum duentos milites, ad defenſionem terræ Hieroſolymitanæ per ſpatium unius anni.

5. Præterea perdonavit item & malevolentiam ſuam omnibus tam clericis quam laicis, qui pro ſancto Thoma erant in exilio, & conceſſit eis libere & in pace ad propria redire.

6. Juravit etiam, quod poſſeſſiones Cantuarienſis eccleſiæ, ſi quæ ablatæ ſunt, in integrum reſtituet, ſicut habuit uno anno antequam ex Anglia egrederetur beatus Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus.

7. Juravit etiam quod conſuetudines, quæ inducte ſunt contra eccleſias terræ ſuæ in tempore ſuo, penitus dimittet. Et hæc omnia juravit ſe fore obſervaturum bona fide & ſine malo ingenio.

Fecit etiam Henricus rex filium ſuum hæc omnia capitula jurare tenenda: præter illa quæ propriam ejus perſonam contingebant. Et ut hæc in memoria Romanæ eccleſiæ haberentur, rex pater fecit apoſoni ſigillum ſuum ſcripto illi in quo ſupradicta capitula continebantur, una cum ſigilli prædictorum cardinalium. *In hanc formam:*

CHARTA ABSOLUTIONIS DOMINI REGIS.

Henricus Dei gratia illuſtris rex Angliorum Alberto vitali ſanctæ Lauretanæ Eccleſiæ, & Theodino item ſuo ſancti Vitalis preſbyteris cardinalis, apoſtolicæ ſedis legati, ſalutem in eo qui dat ſalutem regibus.

Ne in dubium veniant quæ geruntur: & ubi habet, & communis conſideratio utiliratis expoſcit, ut ſcripturæ ſerie deleant annotant. Inde quidem eſt quod nos mandatum illud in ſcripturam duximus redigendum, quod vobis pro eo laſcimus, quia malefactores illos, qui ſanctæ memoriæ Thomam quondam Cantuarienſem archiepiſcopum occiderunt, occaſione motus & turbationis hujus non viderunt in vobis, ad illud defenſionem terræ Hieroſolymitanæ per ſpatium unius anni teneri. Vos autem a ſequenti natali Domini, uſque ad triennium, accipere curetis pecuniæ tunc aſtate illuc in propria perſona, ducente Domino, profecturi: niſi remanſeritis per dominum papam, vel catholicos ſucceſſores ejus.

Sane ſi contra Saracenos pro urgente neceſſitate in Hiſpaniam profecti fueritis: quantum temporis fueritis ea quo arripueritis iter, tantumden ſuperadidum ſpatium Hieroſolymitanæ profectionis poteritis, prolongare. Appellationes nec impedietis, nec impediri permittetis, quin libere ſiant in eccleſiaſticis cauſis ad Romanum pontificem bona fide, & abſque fraude & malo ingenio: ut per Romanum pontificem cauſa terminetur, & conſequentur effectum ſuum: ſic tamen, ut ſi vobis ſuſpecti fuerint aliqui, ſecuritatem faciant, quod malum veſtrum, vel ſegni veſtri, non querent. Conſuetudines, quæ inductæ ſunt contra eccleſias terræ veſtræ, in tempore veſtro penitus dimittetis: poſſeſſiones Cantuarienſis eccleſiæ, ſi quæ ablatæ ſunt, in plenum reſtituetis, ſicut habuit uno anno antequam archiepiſcopus de Anglia egrederetur. Clericis præterea & laicis utriuſque ſexus pacem, veſtram gratiam, & poſſeſſiones ſuas reſtituetis, qui occaſione prænominati archiepiſcopi deſtituti fuerint. Hæc autem vobis, authoritate domini papæ, in remiſſionem peccatorum veſtrorum

ANNO CHRISTI 1172.

rum injungimus, & præcipimus, abſque fraude & malo ingenio. Hoc ſane cotram multitudine perſonarum jurraſtis vos pro Divina reverentia ma- A jeſtatis. Juravit & filius veſter, excepto eo quod perſonam veſtram ſpectaliter contingebat. Et juraſtis omnes, quod a papa domino Alexandro, & catholicis ſucceſſoribus ejus, quamdiu vos, aut autecceſſores veſtros, & catholicos reges habuerint, minime recedetis. Atque ut in memoria Romanæ eccleſiæ firmiter habeatur, ſigillum veſtrum præcepiſtis apponi.

Poſt hæc autem idem Regnus his ſubjicit legatorum epiſtolam, tunc temporis datam ad Ravennatem epiſcopum, qua res tunc geſtas ſcripſere. Sic ſe habet:

Venerabili in Chriſto & dilecto fratri Gilberto, B Dei gratia Ravennati archiepiſcopo, Albertus dignatione Divina tituli ſanctæ Laurentii in Lucina, & Theodinus tituli ſancti Vitalis, preſbyteri cardinales, apoſtolicæ ſedis legati, quod promiſit Deus diligentibus ſe.

QUONIAM deſiderare vos credimus, ut de ſtatu noſtro, & de injunctis nobis promotione negotii aliquid audiatis: idcirco qualiter nobiſcum, & per miniſterium mediocritatis noſtræ Deus egerit his diebus, fraternitati veſtræ preſenti ſcripto duximus indicandum. Noveritis itaque, quod poſtquam illuſtris rex Angliæ venire nos in regnum ſuum in veritate cognoviſcit, C totius amoto tarditatis obſtaculo, de Hibernia in Angliam, incumbentibus ſibi negotiis præterminſis, de Anglia vero ad Northmannix partes acceſſit, atque incontinenti plures ad nos nuntios & honorabiles deſtinavit, inquirens a nobis, in quo loco potius convenire cum eo & loqui veſlemus. Placuit tandem ad Sarvinum monaſterium pro colloquio habendo concurrere, ubi religioſorum virorum poſſemus orationibus adjuvari. Convenimus illuc, convenerunt & multæ perſonæ urriuſque ordinis de regno ſuo, & tractavimus diligentia qua potuimus quod ad ſalutem ipſius & injunctam nobis obedientiam pertinebat. Cum autem non poſſemus in omnibus convenire, receſſit a nobis velut in Anglium profecturus, & nos expectavimus, ſequenti die ad Abrincam civitatem itur. Poſtera autem die venerunt ad nos Lexovienſis epiſcopus, & duo archidiaconi, & conceſſo quod petebatuis, ad prædictam proviſcimus civitatem. Ad quem Deminica, qui cantatur, *Puer ſucceſſoris*, convenimus cum epiſcopis plurimis, & ſpi noſtrorum. Et cum tanta humilitate quod fuerat conſidium explevit, ut illius exiſtiſſe opus hinc dubitatione credatur, qui reſpicit terram, & facit eam tremere. Sane, quam timoratum Deo, quam obedientem eccleſiæ ſe curaverit exhibere, non eſt opus præſenti abbreviatione referre. Satis enim opera ſua manifeſtant, & manifeſtabunt adhuc plenius, ſicut & nobis ſpes data eſt in ſe- E turum.

Primum itaque ſuper morte ſanctæ memoriæ Thomæ quondam Cantuarienſis archiepiſcopi, non de noſtra exciſtone, ſed de propria voluntate, tactis ſacroſanctis evangeliis, ſuam conſcientiam expurgavit: juravitque ſimiliter, quod nec præcepit, nec voluit quod idem archiepiſcopus occideretur: & quando audivit, vehementer doluit. Quia vero quod factum fuerat, ex ſua occaſione ſibidem eſſe timebat: de ſatisfactione parauda tale præſtitit juramentum. Primo quippe juravit, quod a domino papa noſtro Alexandro, A & ejus catholicis ſucceſſoribus non recedet, quamdiu ſicut catholicum regem habuerint eum, & Chriſtianum. Et hoc ipſum jurare fecit filium ſuum majorem in charta abſolutionis pro morte beati Thomæ. Juravit etiam & alia, clero & populo valde neceſſaria, quæ omnia diligenter, & per ordinem, ſicut ea juravera, in abſolutionis ejus charta pernotavimus. Præmiſit etiam & alia de libera voluntate gerenda, quæ non oportet ſcripturæ ſerie denotare. Hæc autem ſcripſimus, ut cognoſcatis ipſum obedientem Deo, atque ad Divinum obſequium multo amplius quam adhuc fuerit animatum. Noveritis ad hoc ſilium ſuum de prædictis conſentudinibus pariter cum eo juraſſe. Sane, quod ibi factum eſt, iterato adhuc, ne dubitationis locus aliquis remanere, apud Cadomum in majori Pentecoſte perſonaliter publice ſtatuit ſe acturum. Relaxavit præterea epiſcopos de promiſſione, quam ei fecerant de conſuetudinibus conſervandis: & promiſit quod non exiget in futurum.

Hucuſque legatorum epiſtola: ſequit autbor: In craſtino autem prædicti cardinales ibidem celebraverunt magnum concilium cum archiepiſcopo, & epiſcopis, & clero Northmannix: & ibi hæc decreta ſubſcripta ſtatuerunt, & univerſis firmiter & inviolabiliter obſervanda injunxerunt.

DECRETA PER THEODINUM & Albertum cardinales apud Abrincas promulgata.

I.

Pueri ad regimen illarum eccleſiarum, & ad illa adminiſtranda, in quibus cura eſt animarum, minime admittantur.

I I.

Item ſihi facerdotum non ponantur in eccleſiis patrum ſuorum.

III.

Item laici partem oblationum in eccleſia non percipiant.

IV.

Item eccleſiæ vicariis annuis non committantur.

V.

Item facerdotes majorum eccleſiarum, quibus ad hoc ſuppetunt facultates, alium ſub ſe presbyterum cogantur habere.

VI.

Item facerdotes non ordinentur ſine certo titulo.

VII.

Item eccleſiæ ad firmam annuam non tradantur.

VIII.

Item de tertia parte decimarum nihil presbytero, qui ſervit eccleſiæ, auferatur.

IX.

Item his, qui decimas hereditario jure tenent, licentia ſit, cui voluerint, idoneo clerico dare, eo quidem tenore, ut poſt eam ad eccleſiam, cui de jure competunt, revertantur.

Vir

ANNO CHRISTI 1173.

X.

Vir ad religionem non transeat, uxore in sæculo remanente vel e converso, nisi ambo vacandi operibus carnis tempus excesserint.

XI.

Item in adventu Domini, omnibus qui poterunt, maxime autem clericis & militibus, jejunium & abstinentia carnium indicatur.

XII.

Item clerici judices non ponantur ad jurisdictiones sæculares potestatum administrandas. Qui autem hoc præsumpserint, a beneficiis ecclesiasticis arceantur.

ANNO CHRISTI 1173. En Gesta Concil. Rog. nondag. Pict.

CONCILIUM CADOMENSE

IN MAJORI S. STEPHANI ABBATIA

Celebratum anno Christi MCLXXIII. præsentibus Turonensi Archiepiscopo cum suffraganeis ac etiam de Armorica Britannia.

DE eo hæc cpist. 290. Joan. Saresb. nomine Regis. *Ego autem pace reformata, statim in Angliam veniam, nisi quia domini Legati colle-* C *gnium habitum sunt apud Cadomum die Martis proxima post Assensionem Domini.* Rogerius vero Hovedenus: *Et ne aliqui de regno Francorum ita præsumpsisse conjecturent, fluxerunt quod Archiepiscopus Turonensis cum suffraganeis suis coram Rege & Legatis præfatorum suam exhiberent apud Cadomum proxima die Martis post Assensionem Domini: quadque juravit Rex, filius ejus manu sua firmiter in manu D. Alberici Cardinalis fe ex parte sua observaturum.* Idipsum testantur & alii Scriptores; Quid præterea peractum sit, dilucidius ex Joannis Saresberiensis epistolis a 291. ad 299. in quarum postrema nomine Prioris & Conventus Cantuar. hæc leguntur: *Benedictus Deus, & benedictus Apostolatus vester, qui nos consolatus est D. D. Cardinalium, gratia Dei cooperante, industria in ordinatione nostra, post angustias tantas naufragii, ad debitæ libertatis portum accessisse videamur Ecclesia, ut post abominationes Egyptiorum, Deo sua fe-* *cerit vultare immolare. Nuper enim ab eis emanavit mandatum de celebrandis electionibus in regno; & Dominus Rex, coram præsidio quorumcunque, idoneis in Ecclesiis secundum Deum pastores præcipit ordinari.* Vide epist. 300. 301. 302. Subtatum est pariter ibidem grave interdictum, quod ante biennium auctoritate D. Papæ in terras Regis, tam cismarinas, quam transmarinas, ob S. Thomæ Cantuariensis cædem latum fuerat, & reditt omnibus optata tranquillitas. Concilium itaque, magis quam Colloquium, appellari placuit, præsidentibus apostolicæ sedis Legatis, præsentibusque cum Neustricis tot præsulibus celebratum. Annum differre figuravit nemo, quod sciam. Verum cum Henricus Rex junior de mandato patris remansisset in Anglia cum uxore, dum Henricus pater executo Septembri apud Abrincas ageret cum Legatis, nec transferretur nisi ad Pascha, ut quæ a Patre pacta fuerant, & ipse se servaturum sacramento firmaret, consequens est ut anno 1173. aliqueur. D

ANNO CHRISTI ... En Cart. de Aguirre Concil. Hisp. tom. 4. p. 191.

CONCILIUM SALMATICENSE

PRÆSIDE HYACINTHO S. R. E. CARDINALI,

ET A. S. Legato, tempore Alexandri P. III.

EX contextu toto Epistolæ Alexandri III. Zamorensi Episcopo datæ, & in Appendice Conciliis Lateranensis III. partæ x. cap. 18. infra allatæ aperte constat, celebratum fuisse Concilium quoddam apud Salmanticam, præside Hyacin-

CON-

ANNO CHRISTI 1175.

CONCILIUM LONDONIENSE,

QUO XVIII. CANONIBUS CONSTITUTIS,

Judicata est causa Richardi Cantuariensis & Eboracensis archiepiscoporum; anno MCLXXV, sub Alexandro papa III.

ROGERIUS *alla concilii, canonesque in eo con-* A *stitutos deferens, ita refert*: Et venientes Londonias suprædictum Richardum Cantuariensem archiepiscopum apud Westmonasterium celebratorum concilium, die Dominica ante Ascensionem Domini. Ad quod concilium venerunt fere omnes episcopi & abbates Cantuariensis diœcesis. Et coram prænominatis regibus & episcopis & abbatibus, Richardus Cantuariensis archiepiscopus in eminentiori loco constitutus hæc decreta subscripta promulgavit.

TITULI CANONUM,

I. *De clericis incontinentibus.*
II. *Ne clerici tabernas ingrediantur.*
III. *Ut qui sunt in sacris ordinibus, judicium sanguinis non agitent.*
IV. *De coma & nefariis clericorum.*
V. *Ut clerici non ordinentur ab alienis episcopis:*
VI. *Ne judicium sanguinis exerceatur in ecclesia vel cæmeterio.*
VII. *Ut pro sacramentis & sepultura nihil exigatur.*
VIII. *Ut pro recipiendis religiosis pretium non exigatur.*
IX. *Ne ecclesiæ nomine duralitii ad aliquem transferatur: & ne pro præstantione personæ aliquid capiatur.*
X. *Ne religiosi negotientur, formaticæ teneant: Et ne laici beneficia ecclesiastica suscipiant ad firmam;*
XI. *Ut clerici annuli non habeant.*
XII. *Ut vicarii personarum falso non assumant.*
XIII. *De decimis omnium integre persolvendis.*
XIV. *Ut clericorum litigantium, voluntas voluntati dominantur in temporalibus.*
XV. *Ne profanationis Missæ infinitis addantur alia.*
XVI. *Ne intinctis eucharistiæ tradatur.*
XVII. *Ut hostiæ non conficiantur, nisi in calice aureo vel argenteo.*
XVIII. *Ne fiant clandestinæ matrimoniæ.*
XIX. *Ne matrimonia jungantur, nisi qui ad legitimam ætatem pervenerint.*

PRÆFATIO.

IDeo in ecclesia Dei secundum antiquam patrum consuetudinem concilia congregantur, ut hi qui constituti sunt in eminentiori cura pastorali, vitam subditorum de communi consilio regularibus institutis informent, & enormitates, quæ pullulant incessanter, consultiore cenſura compescant: ne itaque portus inhærentes orthodoxorum patrum regulis, quam aliquid de novo statuentes, quædam certa capitula dignum duximus in medium promulganda; quæ universis provincialibus nostris firmiter & inviolabiliter observanda injungimus. Omnes enim sacerdotum cenſemus canonum transgressores, qui statutis hujus sacrosanctæ synodi præsumpserint contraire.

CANONES.

I. De clericis incontinentibus.

Si quis sacerdos vel clericus in sacris ordinibus constitutus, ecclesiam vel ecclesiasticum beneficium habens, publice fornicarium habeat, & semel, secundo, & tertio communitus, fornicarium suum non dimiserit, & a se prorsus non expulerit, sed potius in immunditia sua duxerit perstitendum: omni officio & beneficio ecclesiastico spolietur. Si qui vero infra subdiaconatum constituti, matrimonia contraxerint: ab uxoribus suis, nisi de communi consenſu ad religionem transire voluerint, & ibi in Dei servitio jugiter permanere, nullatenus separentur; sed cum uxoribus viventes, ecclesiastica beneficia nullo modo percipiant. Qui autem in subdiaconatu vel supra ad matrimonia convolaverint, mulieres etiam invitas & renitentes relinquant. Decrevimus etiam ejusdem episcopale authoritate, ne filii sacerdotum in paternis ecclesiis amodo personæ instituantur, nec eas qualibet occasione media non intercedente persona obtineant.

II. Ne clerici tabernas ingrediantur.

Clerici in sacris ordinibus constituti, edendi vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nec publicis potationibus interfint, nisi peregrinationis necessitate compulsi. Si quis vero tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur.

III. Ut qui sunt in sacris ordinibus, judicium sanguinis non agitent.

His qui in sacris ordinibus constituti sunt, judicium sanguinis agitare non liceat. Unde prohibemus ne aut per se membrorum truncationes faciant, aut inferendas judicent. Quod si quis tale fecerit, concelli ordinis privetur officio & loco. Inhibemus etiam sub interminatione anathematis, ne quis sacerdos habeat vicecomitatum, aut præpositi sæcularis officium.

Ex concilio Carnotensi.

Ex concilio Toletano 9.

Concil. General. Tom. XIII. Q De

ANNO CHRISTI 1175.

IV. De coma & vestimentis clericorum.

Clerici, qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam inviti tondeantur. Vestimentis etiam vel calceamentis, nisi quæ honestatem & religionem deceant, coti non liceat. Si quis autem contra hoc facere præsumpserit, & commonitus, emendare noluerit, excommunicationi subjaceat.

V. Ut clerici non ordinentur ab alienis episcopis.

Quia quidam clerici desperantes ab episcopis suis ordinari, vel propter imperitiam, vel vitæ incontinentiam, vel nativitatis conditionem, aut tituli defectum, aut ætatem minorem, extra provinciam suam, interdum etiam a tranſmarinis episcopis ordinantur, vel ordinatos se mentiuntur, ignora sigilla episcopis suis deferentes: ſtatuimus talium ordinationem irritam esse habendam: sub interminatione anathematis inhibentes, ne a quoquam ad officii sui executionem suscipiantur. Episcopus quoque nostræ jurisdictionis, qui ralem sciens & prudens ordinaverit vel susceperit, ab illius ordinis collatione ad quem eum ordinavit vel susceperit, usque ad condignam satisfactionem se noverit esse suspensum.

VI. Ne judicium sanguinis exerceatur in ecclesia vel cœmeterio.

Cum ecclesiæ Dei, secundum evangelicam veritatem, domus orationis esse debeat, & non speluncæ latronum, & sanguinis forum: sæculares causas, in quibus de sanguinis effusione vel de pœna corporali agitur, in ecclesiis vel in cœmeteriis agitari, sub interminatione anathematis * *. Alibi enim est & crudele ibi sanguinis judicium exercere, ubi & reis confugere est tuta refugii.

VII. Ut pro sacramentis & sepultura nihil exigatur.

Dictum est olim in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari: similiter pro baptismo & communione. Hæc simoniacæ hæresis esse, detestata est sancta synodus, & anathematizavit. Statuimus ergo, ut de cetero nec pro ordinatione, nec pro chrismate, nec pro baptismo, nec pro extrema unctione, nec pro sepultura, nec pro communione, nec pro dedicatione, quidquam exigatur: sed gratis dona Christi gratuita dispensatione

A donentur. Si quis contra hoc facere præsumpserit, anathema sit.

VIII. Ut pro veripendis religiosis pretium non exigatur.

Nullus prælatus, in recipiendo moncho, vel canonico, vel sanctimoniali, pretium sumere, vel exigere ab his, qui ad conversationem veniunt, aliqua pactiocasione præsumat. Si quis autem hoc fecerit, anathema sit.

IX. Ne ecclesia nomine dotalitii ad aliquem transferatur.

Nulli liceat ecclesiam nomine dotalitii ad aliquem transferre, vel pro præsentatione alicujus personæ pecuniam, vel aliquod emolumentum, pactio intervenionte accipere. Quod si quis fecerit, & inde in jure vel confessus vel convictus fuerit, ipsum, tam regia quam nostra freti authoritate, patrocinio ejusdem ecclesiæ in perpetuum privari statuimus.

X. Ne religiosi negotientur, firmoſve teneant. Et ne laici beneficia ecclesiastica ſuſcipiant ad firmam.

Secundum instituta patrum nostrorum sub interminatione anathematis prohibemus, ne monachi vel clerici causa lucri negotientur: & ne monachi a clericis vel laicis firmas teneant, neque laici ecclesiastica beneficia ad firmas ſuſcipiant.

XI. Ut clerici armati non incedant.

Quicumque ex clero videntur esse, arma non ſumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus ex religioso habiku præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ authoritatis profanatores, proprii gradus amissione mulctentur: quia non possunt simul Deo & sæculo militare.

XII. Ut vicarii perſonatum falſo non aſſumant.

Illud etiam de vicariis, qui perſonis de & sacramento obligati sunt, duximus ſtatuendum: quod si fide vel sacramenti religione contempta perſonatum sibi falſo aſſumentes, contra perſonas ſe exercuerint, * super hoc in jure vel confeſſi vel convicti fuerint, de cetero in eodem episcopatu ad officii sui executionem non admittantur.

XIII. De decimis omnium integre perſolvendis.

Omnes decimæ terræ, ſive de frugibus,

ANNO CHRISTI 1175.

XVII. Ut hoſtia non conſecretur, niſi in calice aureo vel argenteo.

Præcipimus ne consecretur eucharistia, nisi in calice aureo vel argenteo: & ne stanneum calicem aliquis episcopus amodo benedicat, interdicimus.

XVIII. Ne fiant clandeſtina matrimonia.

Nullus fidelis, cujuscumque conditionis sit, occulte nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote, publice habeat in Domino. Si quis ergo sacerdos aliquos occulte conjunxisse inventus fuerit, triennio ab officio suspendatur.

XIX. Ne matrimonio jungantur, niſi qui ad legitimam ætatem pervenerint.

Ubi non est consensus utriusque, non est coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, nihil faciunt, nisi utroque puerorum, postquam venerint ad tempus discretionis, consentiat. Hujus ergo decreti auctoritate inhibemus, ne de cetero aliqui, quorum uterque, vel alter, ad ætatem legibus constitutam, & canonibus determinatam non pervenit, conjungantur: nisi forte aliquando, urgente necessitate interveniente, pro bono pacis conjunctio talis tolcretur.

In quo etiam concilio clerici Rogeri Eboracensis archiepiscopi claimlari fuerunt jus Eboracensis ecclesiæ de cruce portaoda in diœcesi Cantuariensis ecclesiæ. Præterea calumniati sunt ibidem ex parte Eboracensis archiepiscopi, episcopatum Lincolniensem, & episcopatum Cestrensem, & episcopatum Wigornicnsem, & episcopatum Herefordensem, de jure pertinere debere ad metropolitanam Eboracensem ecclesiam. Et super hoc prædictum Cantuariensem archiepiscopum appellavcrunt ad Romani pontificis præfentiam.

Præterea appellaverunt ipſum Cantuariensem archiepiscopum ad Romanum pontificem super injuria & anathematis sententia, quam in unitate clericis Eboracensis archiepiscopi, qui per eum ministraverunt in ecclesia sancti Oswaldi de Gloucestria, pro eo quod ad illum venire nolebant ad ipſius summonitionem sicut clerici diœcesis sue fecerunt.

Reprehenſibilis valde conſuetudo in qui- buſdam partibus inolevit, ut fratres & co- epiſcopi noſtri, ſeu etiam archidiaconi, quos appellaturos in cauſis ſuis exiſtimant, nulla penitus admonitione præmiſſa, ſu- ſpenſionis, vel excommunicationis in eos ferant ſententiam. Alii etiam dum ſuperio- ris ſententiam, & diſciplinam canonicam reformidant, fine ullo gravamine appella- tionem obiiciunt, & ad defenſionem ini- quitatis uſurpant, quod ad ſubſidium in- nocentium dignoſcitur inſtitutum. Quo- circa, ne vel prælati valeant ſine cauſa gravare ſubjectos, vel ſubditi pro ſua vo- luntate ſub appellationis obtentu correctio- nem valeant eludere prælatorum: præſen- ti decreto ſtatuimus, ut nec prælati, niſi canonica commonitione præmiſſa, ſuſpen- ſionis, vel excommunicationis ſententiam proferant in ſubjectos: niſi forte talis ſit culpa, quæ ipſo genere ſuo excommuni- cationis pœnam indicat: nec ſubjecti con- tra diſciplinam eccleſiaſticam ante ingreſſum cauſæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quiſquam pro ſua neceſſitate credi- derit appellandum, competens ei ad profe- quendam appellationem terminus præfigatur; infra quem, ſi forte proſequi neglexe- rit, libere tunc epiſcopus ſua authoritate utatur. Si autem in quocunque negotio aliquis appellaverit, & eo, qui appellatus fuerit, veniente, qui appellaverit, venire neglexerit: ſi proprium quid habuit, com- petentem ei recompenſationem faciat ex- penſarum: ut hoc ſaltem timore perterri- tus, in gravamen alterius non facile quis appellet. Præcipue vero in locis religio- ſis hoc volumus obſervari, ne monachi, ſive quicunque religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint corrigendi, contra regula- rem prælati ſui & capituli diſciplinam ap- pellare præſumant, ſed humiliter ac de- vote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua uti- licet ejus fuerit injunctum.

VII. Ne novi ceſſus imponantur eccleſiis.

Cum in eccleſiæ corpore omnia de- beant ex caritate tractari, & quod gratis recipitum eſt, gratis impendi: horribile nimis eſt, quod in quibuſdam eccleſiis lo- cum venalitas perhibetur habere, ita ut pro epiſcopis vel abbatibus, ſeu quibuſ- cumque perſonis eccleſiaſticis ponendis in ſede, ſeu introducendis presbyteris in eccleſiam, nec non pro ſepulturis &c. exe- quiis mortuorum, & benedictionibus nu-

ANNO CHRISTI 1179.

bentium, ſeu aliis ſacramentis, aliquid exi- gatur: & ille qui indiget, non poſſit illa percipere, niſi manum impleri curaverit largitoris. Putant plures ex hoc ſibi lice- re, quia legem mortis de longa invaluiſſe conſuetudine arbitrantur: non ſatis, quia cupiditate cæcati ſunt, attendentes, quod tanto graviora ſunt crimina, quanto diu- tius animam infelicem tenuerint alligatam. Ne igitur hoc de cetero fiat, & vel pro perſonis eccleſiaſticis deducendis ad ſedem, vel facerdotibus inſtituendis, aut mortuis ſepeliendis, ſeu etiam nubentibus benedi- cendis, ſeu etiam aliis ſacramentis, ali- quid exigatur, diſtrictius inhibemus. Si quis autem contra hoc venire præſumpſe- rit, portionem cum Giezi ſe noverit habi- turum: cujus factum turpis muneris exa- ctione imitatur. Prohibemus inſuper, ne novi cenſus ab epiſcopis vel abbatibus, a- liiſve prælatis imponantur eccleſiis, nec ve- teres augeantur, nec partem redituum ſuis uſibus appropriare præſumant: ſed libera- tes, quas ſibi majores deſiderant conſer- vari, minoribus quoque ſuis bona volunta- te conſervent. Si quis autem aliter ege- rit, irritum quod fecerit habeatur.

VIII. Ne eccleſiaſtica beneficia alicui pro- mittantur antequam vacent.

Nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu etiam beneficia, vel eccleſiæ, alicui tribuantur ſeu promittantur antequam vacent: ne de- ſideratæ quis mortem proximi videatur, in cujus locum & beneficium ſe crediderit ſuc- ceſſurum. Non enim id etiam in ſpiſs gen- tilium legibus inveniatur prohibitum: tum- pe nimis eſt & Divini plenum animadver- ſione judicii, ſi locum in Dei eccleſia futu- ræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam etiam damnare ipſi gentiles homines cura- verunt. Cum vero præbendas eccleſiaſti- cas, ſeu quælibet officia, in aliqua eccle- ſia vacare contigerit, vel etiam ſi modo vacant, non diu maneant in ſuſpenſo, fed infra ſex menſes perſonis quæ digne admi- niſtrare valeant, conferantur. Si autem e- piſcopus ubi ad eum ſpectaverit, confere diſtulerit, per capitulum ordinetur. Quod ſi ad capitulum electio pertinuerit, & infra præditum terminum hoc non fecerit: epi- ſcopus hoc ſecundum Deum cum virorum religioſorum conſilio exequatur. Aut ſi omnes forte neglexerint, metropolitanus de ipſis ſecundum Deum abſque illorum contradictione diſponat.

IX. De eccleſia interdicta, & interdicto- rum ſepultura.

Cum & plantare ſacram religionem, & plantatam fovere modis omnibus debea- mus: nunquam hoc melius exequemur, quam ſi nutrire quæ recta ſunt, & cor- rigere quæ profectum veritatis impediunt, commiſſa nobis authoritate curemus. Fra- trum autem & coepiſcoporum noſtrorum vehementi conqueſtione comperimus, quod fratres Templi & Hoſpitalis, alii quo- que religioſæ profeſſionis, indulta ſibi ab apoſtolica ſede conceſſa privilegia, contra epiſcopalem authoritatem multa præſumant, quæ & ſcandalum generare in populo Dei, & grave parituræ periculum animarum. Proponunt enim, quod eccleſias recipiant de manibus laicorum, excommunicatos & interdictos ad eccle- ſiaſtica ſacramenta & ſepulturam admit- tant, in eccleſiis ſuis præter eorum con- ſcientiam & inſtituant & amoveant face- dores, & fratribus eorum ad eleemoſynas quærendas eunibus, cum indultum ſit eis, ut in adventu eorum ſemel in anno eccleſiæ aperiantur, atque in eis Divina celebrentur officia, plures ex eis de mas ſive diverſis domibus ad locum interdi- ctum ſæpius accedentes, indulgentia pri- vilegiorum in celebrandis officiis abutun- tur, & tunc mortuos apud prædictas ec- cleſias ſepelire præſumunt. Occaſione quo- que fraternitatum, quas in pluribus lo- cis faciunt, robur epiſcopalis authorita- tis enervant, dum contra eorum ſenten- tiam ſub aliquorum privilegiorum obten- tu munire cunctos intenduntur, qui ad eo- rum fraternitatem volunt accedere, & ſe conferre. In his, quia non tam de ma- jorum conſcientia, vel conſilio, quam de minorum indiſcretione quorumdam exce- ditur: & removenda ea, in quibus exce- dunt; & quæ dubitetanem faciunt, decla- randa decrevimus. Eccleſias ſane & de- cimas de manu laicorum fine conſenſu e- piſcoporum, tam illos, quam quoſcum- que alios, religioſos recipere prohibe- mus, dimiſſis etiam quas contra tenorem iſtius moderno tempore receperunt: & ſi aliquos communicatos & nominatim interdictos, tam ab illis, quam ab omnibus aliis, juxta epiſcoporum ſententiam, ſtatuimus evitandos. In eccleſiis ſuis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, inſtituendos presbyteros epiſcopis præſentent: ut eis quidem de prebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem ex- hibeant competentem: inſtitutos autem, epiſcopis inconſultis, non audeant re- movere. Si vero Templarii ſive Hoſpi- talarii ad eccleſiaſticum interdictum ve- nerint: non niſi ſemel in anno ad eccle- ſiaſticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora ſepeliant defunctorum. De fra-

ANNO CHRISTI 1179.

a Forte, mutu. lit.

b Defunctorum vel excommunicatorum.

c Intelligit de hoc, &c.

d Ad eccleſiam interdictam.

e Interdictorum.

ANNO CHRISTI 1179.

" fraternitatibus hoc statuimus, ut si non se præditis fratribus omnino reddidetrint, sed in suis proprietatibus " duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum sententia nullatenus eximantur: sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, cum pro suis excessibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum est, de aliis quoque religiosis, qui præsumptione sua episcoporum jura præripiunt, & contra canonicas eorum sententias & tenorem privilegiorum nostrorum venire præsumunt, præcipimus observari. Si autem contra hoc institutum venerint & ecclesiæ in quibus ista præsumpserint, subjaceant interdicto; & quod egerint, irritum habeatur.

" contra-tribus

" duxerint

" eximan-tur

" ean-dem ecclesiæ

" ejus vero qui eam

" ejusdem

X. Ne monachus vel alius religiosus recipiatur sub pretio.

Monachi non pretio recipiantur in monasterio, non peculium permittantur habere, non singuli per villas & oppida, seu ad quæcumque parochiales ponantur ecclesias: sed in majori conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant: nec foli inter sæculares homines spiritualium hostium constitutionem expectent, Salomone dicente: *Væ soli, quia si ceciderit " non habet subleva*tem. Si quis autem exactus, pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat. " Is autem qui acceperit, officii sui " privatione mulctetur. Si vero peculium habuerit, nisi ei ab abbate pro injuncta fuerit administratione permissum, a communione removeatur altaris: & qui in extremis cum peculio inveneus fuerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulturam. Quod etiam de " diversis religiosis præcipimus observari. Abbas etiam qui ista diligenter non curaverit, officii sui jacturam se noverit incursurum. Prioratus quoque sive obedientiæ, pretii datione nulli tradantur. Alioqui & dantes & accipientes a ministerio fiant ecclesiastico alieni. Priores vero cum in conventualibus ecclesiis fuerint " constituti, nisi pro manifesta causa & rationabili non mutentur, videlicet si fuerint dilapidatores, nec continenter vixerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amovendi necesse videantur: aut si etiam pro negligentiæ majoris officii, de " consilio fratrum fuerint transferendi.

" varios

" consilio

XI. Ne clerici in sacris ordinibus constituti sæcularia habeant.

Clerici in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis incontinentiæ nota tenuerint: aut abiiciant eas, & continenter vivant, aut ab officio & beneficio ecclesiastico sint alieni. Quicumque incontinentia illa quæ contra naturam est, propter quam venit ira Dei in filios difficidentiæ, & quinque civitates igne consumpsit, depectensi fuerint laborare: si clerici fuerint, ejiciantur a clero, vel ad pœnitentiam agendam in monasteriis detrudantur; si laici, excommunicationi subdantur, & a cœtu fidelium fiant prorsus alieni, Monasteria præterea sanctimonialium si quisquam clericus, sine manifesta & necessaria causa, frequentare præsumpserit, episcopum arceatur; & si non destiterit, a beneficio ecclesiastico reddatur immunis.

XII. Ne clerici præsumant sæculares procurationes suscipere.

Clerici in subdiaconatu & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis ecclesiasticis sustententur, coram judice sæculari " advocati in " negotiis fieri non præsumant, nisi propriam, vel ecclesiæ suæ causam fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt. Sed nec procurationes villarum, aut jurisdictiones etiam sæculares sub aliquibus principibus, vel sæcularibus viris, ut justitiarii eorum fiant, clericorum quisquam " assumere præsumat. Si quis adversus hoc tentaverit, (quoniam contra doctrinam Apostoli est dicentis, *Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus*,) & sæcularitter agit: ab ecclesiastico fiat ministerio alienus, præter quod officio clericali negligeto, fluctibus sæculi, ut potentibus sæculi placeat, se immergit. Districtius autem decrevimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum audeat attentare.

" procuratores

" in negotiis laicalibus

" assumat

" negotia

XIII. Ne aliquis multas habeat ecclesias.

Quia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diversas ecclesiasticas, & plures ecclesias parochiales contra sacrorum canonum instituta nituntur acquirere, ita ut cum unum officium vix implere sufficiant, stipendia sibi vendicent plurimorum: ne id de cetero fiat, districtius inhibemus. Cum igitur ecclesia, vel ecclesiasticum ministerium committi debuerit: talis ad hoc persona quæratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere: quod si aliter fuerit actum, & qui receperit. Quod contra sanctos canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi potestate privetur.

XIV.

ANNO CHRISTI 1179.

XIV. De eodem.

Quia in tantum jam quorumdam processit ambitio, ut non duas, vel tres, sed sex aut plures ecclesias perhibeantur habere, nec duabus debitam possint provisionem impendere: per fratres, & coepiscopos nostros catissimos emendari præcipimus, & de multitudine prabendarum canonibus inimica, quæ dissolutionis materiam & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum, eorum, qui ecclesiis digne valeant deservire, volumus ecclesiasticis beneficiis indigentium fulcivari. Præterea, quia in tantum quorumdam laicorum processit audacia, ut episcoporum authoritate neglecta, clericos instituant in ecclesiis, & removeant etiam cum voluerint; possessiones quoque, atque alia bona ecclesiastica, pro sua plerumque voluntate distribuant, & tam ecclesias ipsas quam earum homines, talliis, & exactionibus præsumant gravare: eos qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos. Presbyter autem five clericus, qui ecclesiam per laicos sine proprii episcopi authoritate receperit teneendam, communione privetur: & si perstiterit, a ministerio ecclesiastico & ordine deponatur. Sane quia laici quidam ecclesiasticas personas, & ipsos etiam episcopos, suo judicio state compellunt: eos qui de cetero id præsumpserint, a communione fidelium decernimus segregandos. Prohibemus etiam ne laici decimas cum animarum fuarum periculo detineneres, in alios laicos penitus aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & ecclesiæ non " tradiderit, Christiana sepultura privetur.

" per quas-dam ecclesiarum.

" multorum-

" rationabiliter obtentum

" sine appellatione removendi

" sine canonica

" quæ nec ecclesiæ injuriantur, nec fratri, &c.

XV. De testamentis clericorum.

Cum in officiis caritatis, illis primo teneamur obnoxii, a quibus nos beneficium cognoscimus accepisse: e contrario ecclesiastici quidam clerici, cum ab ecclesiis suis multa bona perceperint, bona per ecclesias acquisita, in alios usus præmunum transferre. Hoc igitur quia & antiquis canonibus constat inhibitum, nos etiam nihilo minus inhibemus. Indemnitati itaque ecclesiarum providere volentes, five intestati decesserint, five aliis conferre voluerint, penes ecclesias eadem bona præcipimus remanere. Præterea quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate episcopalem jurisdictionem exercent: præsenti decreto statuimus, ut qui de cetero id præsumpserie, officio suo privetur, & episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat.

A

B

C

D

E

XVI. De ordinatione ecclesiarum.

Cum in cunctis ecclesiis, quod pluribus & seniioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat observari: grave nimis, & reprehensione est dignum, quod * quasrundam ecclesiarum pauci quandoque non ram de ratione, quam de propria voluntate ordinationem * multoties impediunt, & ordinationem ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut nisi a paucioribus & inferioribus aliquid " rationabile fuerit ostensum, & appellatione remota, semper prævaleat, & sium consequatur effectum, quod a majori, & " seniori parte " capituli fuerit constitutum. Nec nostram constitutionem " impediat, si forte aliquis ad conservandam ecclesiæ suæ consuetudinem, juramento se dicat adstrictum. Non enim dicenda sunt juramenta, sed potius perjuria, quæ contra utilitatem ecclesiasticam, & sanctorum patrum veniunt infituta. Si autem hujusmodi consuetudines, " quæ ratione juvantur, & *sanctæ congruunt* infitutis, iniritare " præsumpserit, donec congruum egerit pœnitentiam, a Dominici corporis perceptione fiat alienus.

" per quasdam ecclesiarum.

" multorum-

" rationabiliter obtentum

" sine appellatione removendi

" sine canonica

" quæ nec ecclesiæ injuriantur, nec fratri, &c.

XVII. De præsentatione clericorum.

Quoniam in quibusdam locis ecclesiarum fundatores, aut hæredes eorum, potestate in qua eos ecclesia hucusque fuitnuit, abutuntur: & cum in ecclesia Dei unus debeat esse qui præsit, ipsi plures iure respectu subjectionis eligere moliuntur: & cum una ecclesia unius debeat esse rectoris, pro sua defensione plurimos repræsentant. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut si forte in plures partes fundatorum se vota " diffuderint, ille præficiatur ecclesiæ, qui majoribus juvatur meritis, & plurimorum eligitur & probatur assensu. Si autem hoc sine scandalo fieri nequiverit, ordinet antistes ecclesiam, sicut melius secundum Deum viderit ordinandam. Idipsum etiam faciat, si de jure patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, infra " tres menses non fuerit definitum.

" divisisse

" quatuor

XVIII. De prælati providenti magistris scholarum necessaria.

Quoniam ecclesia Dei, & in iis quæ spectant ad subsidium corporis, & in iis quæ ad profectum veniunt animarum, indigentibus sicut pia mater providere tenetur: ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt, legendi, & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque ecclesiam cathedralem magistro, qui clericos

ANNO CHRISTI 1179.

cos ejusdem ecclesiæ, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod beneficium assignetur, quo docendi necessitas sublevetur, & discentibus via pateat ad doctrinam. In aliis quoque restituatur ecclesiis five monasteriis, fi retroactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuerit deputatum. Pro licentia vero docendi nullus pretium exigat, vel fub obtentu alicujus confuetudinis, ab iis qui docere, aliquid quærat: nec docere quempiam, petita licentia, qui fit idoneus, interdicat. Qui vero contra hoc venire præfumpferit, a beneficio ecclefiaftico fiat alienus. Dignum quidem effe videtur, ut in ecclefia Dei frudum laboris fui non habeat, qui cupiditate animi vendit lucrinam docendi" ecclefiarum profectum nititur impedire.

"ecclefiæ Birtan.

XIX. Ne laici imponant ecclefiis onera.

Non minus pro peccato eorum qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui fuftinent, grave nimis effe dignofcitur, quod in diverfis partibus mundi rectores, & confules civitatum, nec non & alii qui poteftatem habere videntur, tot ecclefiis frequenter onera imponunt, & ita gravibus eas crebrifque exactionibus premunt, ut deterioris conditionis factum fub eis facerdotium videatur, quam fub Pharaone fuerit, qui Divinæ legis notitiam non habebat. Ille quidem, omnibus aliis fervituti fubjectis, facerdotes fuos, & eorum poffeffiones in priftina libertate dimifit, & de publico eis alimoniam miniftravit. Ifti vero univerfi fere onera fua imponunt ecclefiis, & tot angariis eas affligunt, ut illud eis, quod Jeremias deplorat, competere videatur: *Principes provinciarum facta eft fub tributo*. Sive quidam foffata, five expeditiones, five quælibet fibi arbitrentur agenda: de bonis ecclefiarum, clericorum, & pauperum Chrifti ufibus deputatis cuncta volunt fere "comfpilari. Jurifdictionem etiam & authoritatem epifcoporum, & aliorum prælatorum ita evacuant, ut nihil poteftatis eis in fuis videatur hominibus remanfiffe. Super quo dolendum eft pro ecclefiis: dolendum etiam nihilo minus & pro ipfis, qui timorem Dei & ecclefiaftici ordinis reverentiam videntur penitus abjecifle. Quocirca fub anathematis diftrictione feveriter prohibemus, ne de cetero talia præfumantur attentare, nifi epifcopus & clerus tantam neceffitatem, vel utilitatem afpexerint, "ut abfque ulla coactione, ad relevandas communes" neceffitates, ubi laicorum non fuppetunt facultates, fubfidia per ecclefias exiftiment conferenda. Si autem

Gratian. 47.

Cyprianus

"ut abfque alia coactione. "utilitates. "vel neceffitates.

A confules, aut alii, de cetero id præfumpferint, & commoniti deffifere forte noluerint: tam ipfi, quam eorum fautores, excommunicationi fe noverint fubjacere: nec communioni fidelium reddantur, nifi fatisfactionem fecerint competentem.

ANNO CHRISTI 1179.

XX. Ne torneamenta fiant.

Felicis memoriæ papæ Innocentii & Eugenii prædecefforum noftrorum veftigiis inhærentes, deteftabiles illas nundinas vel feB ftias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto venire folent, & ad oftentationem virium fuarum & audaciæ temere congreduntur, unde mortes hominum et animarum pericula fæpe proveniunt, fieri prohibemus. Quod fi quis eorum ibidem mortuus fuerit, quamvis ei poffcenti venia non negetur: eccleſiaſtica tamen caC reat fepultura.

Concilium Lateranense III. can. 20.

XXI. De treugnis fervandis.

Treuguas a quarta feria poft occafum Solis ufque ad fecundam feriam in ortum Solis, et ab adventu Domini ufque ad octavas Epiphaniæ, et a Septuagefima ufque ad octavas Paſchæ, ab omnibus inviolabiliter obfervari præcipimus. Si quis autem treuguam frangere tentaverit: poft tertiam commonitionem, fi non fatisfecerit, epifcopus fuus fententiam excommunicationis dictet in eum, et fcriptam vicinis epifcopis annunciet: quorum nullus excommunicatum in communionem fufcipiat: immo " ferio" f. fuscipi. petam fufceptam fententiam quifque confirmet. Si quis autem hoc violare præfumpferit, ordinis fui periculo fubjaD ceat. Et quoniam *funiculus triplex non facile rumpitur*: præcipimus, ut epifcopi folum Dei et faluris populi habentes refpectum, omni " repidiate fepofita, ad " repidiate pacem firmiter remendam mutuum fibi confilium et auxilium præftent: neque hoc alicujus amore vel odio præternittant. Quod fi quis in " opere Dei tepidus fuerit inventus, damnum dignitatis " fuæ incurrat.

Eusseb. 6

" repidiate

" hoc opus

XXII. De pace fervanda.

Innovamus ut presbyteri, monachi, clerici, converfi, peregrini, mercatores, ruftici, cuntes et redeuntes, et in agricultura exiftentes, et animalia " quæ femina " gignunt portantes ad agrum, congrua fecuritate lE tentur. Nec quifquam " alicui novas pedagiorum exactiones fine " authoritate regum et principum confenfu ftatuere, aut ftaturatas de novo tenere, aut veteres augmentare aliquo modo, temere præfumat.

Si quis

" gignunt. " alicui. " pedagiorum. " ftatuere.

ANNO CHRISTI 1179.

Si quis autem contra hoc venire præfumpferit, & commonitus non defiterit: donec fatisfaciat, communione careat Chriſtiana.

XXIII. Leproſi filiimeteſipſis prorsum habeant eccleſiam & cœmeterium.

Cum dicat Apoſtolus, abundantiorem honorem membris infirmioribus deferendum; eccleſiaſtici quidam quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti, quærentes, leproſis, qui cum ſanis habitare non poſſunt & B ad eccleſiam cum aliis convenire, eccleſias & cœmeteria non permittunt habere, nec proprii juvari miniſterio ſacerdotis. Quod quia procul a pietate Chriſtiana eſſe dinoſcitur, de benignitate apoſtolica conſtituimus: ut ubicunque toc ſimul fub communi vita fuerint congregati, " qui eccleſiam cum cœmeterio conſtituere, & proprio gaudere valeant presbytero, ſine contradictione aliqua permittantur habere. Caveant tamen, ut injuriofi veteribus eccleſiis de jure parochiali nequaquam exiſtant. Quod namque eis pro pietate conceditur, C ad aliorum injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de hortis & nutrimentis animalium fuorum decimas tribuere non cogantur.

" quos

XXIV. Prohibentur Chriſtiani ne ſerviant Saracenis.

Ita quorumdam animos occupavit fæva cupiditas, ut cum gloriemur nomine Chriſtiano, Saracenis arma, ferrum, & ligna mina gaſtrum deferant, & proximos eis, aut etiam ſuperiores in malitia fant, dum ad impD pugnandos Chriſtianos, arma eis & neceſſaria ſubminiſtrant. Sunt etiam, qui pro ſua cupiditate in galeis & piraticis Saracenorum navibus regimen & curam gubernationis exercent. Tales igitur a communione eccleſiæ præcipimus, & excommunicationi pro ſua iniquitate ſubjectos, & rerum ſuarum, per ſæculi principes catholicos & conſules civitatum, privatione mulctari, & capientium ſervos, ſi capti fuerint, fore cenſemus. Præcipimus etiam, ut per eccleſias maritimarum urbium crebra & ſolemnis excommunicatio proferatur in eos. Excommunicatis autem quoque pœnæ ſubdantur, qui Romanos aut alios Chriſtianos, pro negotiatione vel aliis cauſis honeſtis navigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt. Illi etiam qui Chriſtianos naufragia patientes, quibus ſecundum regulam fidei auxilio eſſe tenentur, damnanda cupiditate rebus ſuis ſpoliare præſumunt, niſi ablata reddiderint, excommunicationi ſe noverint ſubjacere.

" f. fuisse

XXV. Ne manuſcripta ſpiritualium recipiantur ad communicandum alteris.

Quia in omnibus fere locis " tantum uſurarum ita inolevit, ut multi aliis negotiis præterenſis, quaſi licet uſuras exerceant, & qualiter utriuſque teſtamenti pagina condemnetur, nequaquam attendat: ideo conſtituimus, ut ubicunque manuſcripti necad communionem admittantur altaris, nec Chriſtianum, ſi in hoc peccato deceſſerint, accipiant ſepulturam. Sed nec eorum oblationem quiſquam accipiat. Qui autem acceperit, aut eos Chriſtianæ tradiderit ſepulturæ: & ea quæ acceperit, reddere compellatur; & donec ad abſolutionem ſui epiſcopi ſatisfaciat, ab officii ſui manear executione ſuſpenſus.

" usurarum

XXVI. Ne Chriſtiani habitent cum Judæis vel Saracenis.

Judæi five Saraceni nec ſub alendorum " puerorum, obtentu, nec pro ſervitio, nec alia qualibet cauſa, Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permittantur habere. Excommunicentur autem, qui cum eis præſumpſerint habitare. Teſtimonium quoque Chriſtianorum adverſus Judæos in omnibus cauſis, cum ipſorum adverſus Chriſtianos teſtibus ſuis utantur, recipiendum eſſe cenſemus: & acathemate decernimus feriendos, quicumque Judæos Chriſtianis voluerint in hac parte præferre, cum eos ſubjacere Chriſtianis oporteat, & ab eis pro ſola humanitate foveri. Si qui præterea Deo cum ipſorum Judæorum conversatione Chriſtianam, a poſſeſſionibus ſuis nullatenus excludantur: cum melioris conditionis converſos ad fidem effe oporteat, quam, antequam fidem acceperunt, habebantur. Si autem ſecus factum fuerit, principibus vel poteſtatibus eorumdem locorum ſub pœna excommunicationis injungimus, ut portionem hæreditatis & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.

" proximos fe invicem

XXVII. De hæreticis.

Sicut ait beatus Leo, licet eccleſiaſtica diſciplina ſacerdotali contenta judicio, eruentas non " effugiat ultiones: catholico- " effugias rum tamen principum conſtitutionibus adjuvatur, ut ſæpe quærant homines ſalutare remedium, dum corporale ſuper ſe metuunt evenire ſupplicium. Eapropter, quia in Gaſconia, Albegeſio, & partibus Toloſanis, & aliis locis, ita hæreticorum, quos alii Catharos, alii" Patrinos, alii Pu- " Patarinos blicanos, alii aliis nominibus vocant, invaluit damnata perverſitas, ut jam non in occul-

Sancti Leo epiſt. 6.

ANNO CHRISTI 1179.

occulto, ſicut aliqui, nequitiam ſuam excercent, ſed ſuum errorem publice manifeſtent, & ad ſuum conſenſum ſimplices attrahant, & infirmos: eos, & defenſores eorum, & receptores, anathemati decernimus ſubjacere: & ſub anathemate probibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra ſua tenere, vel fovere, vel negotiationem cum eis exercere præſumat. Si autem in hoc peccato deceſſerint, non ſub noſtrorum privilegiorum cuilibet indultorum obtentu, nec ſub aliacunque occaſione, aut oblatio fiat pro eis, aut inter Chriſtianos recipiant ſepulturam. De Brabantinoribus & Aragonenſibus, Navarris, & Baſcolis, & Cotterellis de Triaverdinis, qui tantam in Chriſtianos immanitatem exercent, ut nec eccleſias, nec monaſteriis deferant, non viduis, & pupillis, non ſenibus, & pueris, nec cuilibet parcant ætati, aut ſexui, ſed nec omne paganorum omnia perdant, & vaſtent: ſimiliter conſtituimus, ut qui eos conduxerint, vel tenuerint, vel foverint per totam Eccleſiam, in quibus taliter debachchantur, in Dominicis, & aliis ſolemnibus diebus per eccleſias publice denuncientur, & eadem omnino ſententia & pœna cum prædictis hæreticis habeantur adſtricti, nec ad communionem recipiantur eccleſiæ, niſi ſolicitare illa peſtifera, & ſatisfecerit abjuratis. Relaxatos autem ſe noverint a debito fidelitatis & hominii, ac totius obſequii: donec in tanta iniquitate permanſerint, quicumque illis aliquo peccato tenentur annexi. Ipſis autem, cunctiſque fidelibus, in remiſſionem peccatorum injungimus, ut tantis cladibus, & interitui opponant, & contra eos armis populum Chriſtianum tueantur. Conſiſtentes turque eorum bona, & liberum ſit principibus, hujuſmodi homines ſubjicere ſervituti. Qui autem in vera pœnitentia ibi deceſſerint, & peccatorum indulgentiam, & fructum mercedis æternæ ſe non dubitent percepturos. Nos etiam de miſericordia Dei, & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli auctoritate confiſi, fidelibus Chriſtianis, qui contra eos armata ſuſceperint, & ad epiſcoporum, ſeu aliorum prælatorum conſilium, ad eos decerendo expugnandos, biennium de pœnitentia injuncta relaxamus: aut ſi longiorem ibi moram fecerint, epiſcoporum diſcretioni, quibus hujus rei cauſa fuerit injuncta, committimus, ut ad eorum arbitrium, ſecundum modum laboris, major eis indulgentia tribuatur. Illos autem, qui admonitioni epiſcoporum in hujuſcemodi parte parere contemſerint, a perceptione corporis & ſanguinis Domini jubemus fieri alienos. Interim vero eos, qui ardore fidei ad eos expugnandum, laborem ſuſtinuerunt aſſumpſerint, ſicut eos, qui ſepulchrum Dominicum viſitant, ſub eccleſiæ defenſione recipimus, & ab univerſis inquietationibus, tam in rebus, quam in perſonis, ſtatuimus manere ſecuros. Si vero quiſpiam veſtrum præſumpſerit eos molellare, per epiſcopum loci excommunicationis ſententia feriatur: & tamdiu ſententia ferveatur ab omnibus, donec & ablata reddantur, & de illatis damnis congrue iterum ſatisfaciat. Epiſcopi vero, ſive presbyteri, qui talibus fortiter non reſtiterint, officii ſui privatione mulctentur, donec miſericordiam apoſtolicæ ſedis obtineant.

ANNO CHRISTI 1179. Alberus Stadenſis in chron. & apud Cinnamum. lib. 2. cap. 2.

ACTA CONCILII LATERANENSIS III.

EX VARIIS AUTHORIBUS COLLECTA.

MATTHÆUS Pariſius ad annum MCLXXIX. Eodem, *inquit*, anno habitum eſt concilium generale trecentorum & decem epiſcoporum, xvi. Kal. Aprilis in patriarchio Lateranenſi, cui præſedit dominus papa Alexander III. Cujus ſtatuta omni laude digniſſima ſub viginti octo, quæ ſequuntur, capitulis continentur. De electione Romani pontificis. De hæreticis. Abjiciendis, & divitis eorum appellationibus. De tutoribus & Brebantiis prædonibus, qui fideles affligunt. Quod nullus prononcetur in epiſcopum vel ad eccleſiam ſine cardinalis gradum, niſi legitimæ ſit ætatis, & de legitimo matrimonio ſuſceptus. Ne viventibus perſonis eccleſiæ conferantur, nec illis defunctis, niſi infra ſex menſes vacent. De appellationibus. Ne inter ſectores ordines conſtituat, vel qui eccleſiaſticæ ſuſtentantur ſtipendiis, rebus ſe immiſceant ſæculatibus. De reguis ſtatuendis, & temporibus treguarum. Quod clerici unam habeant tantum eccleſiam: & quod epiſcopus, ſi aliquem ſine certo ordinaverit titulo, tamdiu neceſſaria inveniat, donec ei in aliqua eccleſia ſtipendia aſſignet. Ne patroni vel quilibet laici eccleſias opprimant, qui eccleſiaſticas perſonas. Ne Judæi vel Saraceni Chriſtiana mancipia permittantur habere: ſed ad fidem Chriſti ſi converti voluerint, a poſſeſſoribus ſuis nullatenus excludantur. Ut leproſi, & excludantur a cohabitatione hominum, oratorium habeant & proprium ſacerdotem. De bona eccleſiaſtica in uſus alios conventantur: nec decani pro certa pecuniæ quantitate juriſdictionem exerceant epiſcopalem. Ut in electionibus vel eccleſiaſticis ordinationibus conſcribatur effectus, quod a majoris & ſenioris concilii parte fuerit conſtitutum. Quod ufurarii manifeſti ad communionem altaris non admittantur, nec Chriſtianum habeant ſepulturam. Ut agricolæ & vinitores, & omnia quæ ſua ſunt, plena ubique pace & ſecuritate fruentur. Ut ordinationes a ſchiſmaticis factæ, irrite habeantur & inanes, & beneficia ab eis collata revocentur. Ne pro eccleſiaſticis inſtituendis perſonis, ſeu mortuis ſepeliendis, aut nubentibus benedicendis, vel aliis eccleſiæ ſacramentis, aliquid exigatur. Ne viri religioſi vel quilibet alii, eccleſias

Hæc ſtatuta Matthæi Pariſiis ad hoc concilium non pertinere, ſed ad Lateranenſe III. ſub Innocentio III. celebratum, ſuo loco oſtendemus.

ANNO CHRISTI 1179.

ſias vel decimas præſumant de manu ſuſcipere laicorum, ſine authoritate epiſcoporum: & non niſi femel in anno Templarii vire Hoſpitalarii eccleſias ſub interdicto poſitas aperiant, nec corpora ſepelire tunc præſumant. Ne quis interventu pecuniæ habitum religioni aſſumpſerit, præſumat, nec converſus peculium habeat, nec fatis præſtari non niſi pro diſpiditatione vel incontinentia degradentur. Ne Chriſtiani Saracenis arma vendant, nec patientes naufragium quiſquam ſpoliare præſumat. Ut clerici intra ſacros ordines conſtituti, contineuter virant, & ſi illa incontinentia, quæ contra naturam ſit, deprehenſi fuerint laborare, excommunicentur, & a clero abjiciantur. Ut archiepiſcopi parochias vel eccleſias viſitantes, quadraginta vel A quinquaginta equorum numero ſint contenti; epiſcopi, viginti vel triginta; legati, viginti-quinque; archidiaconi, quinque vel ſeptem; decani, duarum evectionum numerum non excedant. Ut nullus torquemanta exercere præſumat, & mortui in torneamentis Chriſtiana carpatur ſepultura. Quod unaquæque cathedralis eccleſia magiſtrum habeat, qui pauperes ſcholares & alios doceat, nec pro licentia docendi aliquis pretium exigat. Ut prælati unam tantum regant eccleſiam, & quod patroni ab eccleſiis in ſua fundi conſtitutis exactiones non faciant. Ne epiſcopi ſeu viri eccleſiaſtici ſtare compellantur judicio laicorum, nec laici laicis decimas ſolvere præſumant. Si quis ab aliquo commodata pecunia poſſeſſionem in pignus acceperit, ſi deductis expenſis ſortem ſuam receperit ex fructibus poſſeſſionis, pignus reſtituat debitori.

Præter ea quæ ſupra commemoravi, Rogerus ibi habet: Congregatis itaque univerſis, quos ſupra recenſui, epiſcopis, Roma in præfentia domini papæ Alexandri: ipſe papa in Lateranenſi eccleſia in eminentiore loco cum cardinalibus ſuis & præſulis & ſe ætatoribus & conſulibus Urbis conſtitutus, ſeria ſecunda tertiæ hebdomadæ, Quadrageſimæ, que tertio Nonas Martii erant, primum eo-ciſi ſui diem celebravit quarta feria ſequentis hebdomadæ, que ſecundo Idus Martii erant. In quo concilio Willelmus Remenſis archiepiſcopus, B factus eſt cardinalis ad titulum S. Sabinæ: & Henricus abbas Clarevallenſis, factus eſt epiſcopus cardinalis Albanenſis: & Dominus papa tertium diem concilii ſui celebravit ſecunda feria ante Dominicam in ramis palmarum, que decimo quarto Kalendas Aprilis evenit. In quibus hoc decreta ſubſcripta generaliter obſervanda conſtituit:

De Romano Pontifice eligendo.

Licet de vitanda diſcordia, *&c.*

Tenor ſupra habetur, niſi quod ordo capitulorum ſit hic alius. Circa finem ultimi capituli ita ſubjungit:

His itaque decretis promulgatis, & ab univerſo clero ac populo circumſtante receptis, epiſcopi & C ceteri viri eccleſiaſtici, qui convenerant, cum mœre benedictionis licentiam reparitandi acceperunt meruerunt.

Hæc Rogerus de actis concilii Lateranenſis.

In hoc eodem concilio Lateranenſi epiſcopi illi Germaniæ, & alii qui contra Alexandrum ſteriti fuerant imperatorem ſchiſmaticum, ſchiſma abdicantes, veniam ſupplices poſtularunt, hac forma præſcripta:

Concil. Generat. Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1179.

Ego N. anathematizo, & revoco omnem hæreſim extollentem ſe adverſus ſanctam Romanam eccleſiam catholicam, præcipue vero ſchiſma Octaviani, Guidonis, & Joannis, & ordinationes eorum irritas judico, & eis contradico, & modo in antea me obediturum juro, & promitto fidelitatem ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & domino meo Alexandro, & ſucceſſoribus ejus juſte intrantibus: ipſique fervetam abſque omni malo ingenio contra E omnes homines defendam ſecundum meum. Conſilia ejus, quæ mihi ſcripto cetu mandaverit, vel ipſe commiſerit, nulli hominum pandam, nec etiam pro periculo corporis, atque membrorum: legatum eccleſiæ Romanæ honorabo, & ducam & reducam, & juvabo expeſſe. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancti evangelia. His vero verbis dabatur pallii ſpecies: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, & in honorem Dei genitricis, & in honorem apoſtolorum Petri & Pauli, & ſanctæ eccleſiæ Romanæ, & domini Papæ Alexandri, tradimus tibi pallium, quod ſumpſit ex de beato corpore Petri apoſtoli, ut eo uteris in confecti one ſacramentorum, & corporis & ſanguinis Domini, & conſecratione eccleſiarum, & ordinationibus epiſcoporum, & celebratione ſynodorum, ſecundum eccleſiæ tuæ conſuetudinem.

Quæ præterea in eodem concilio tranſacta ſunt cum Germania, Helmoldus hæc refert.

Pergebant illuc multi ordinati a ſchiſmaticis, ſperantes ſe gratiam apoſtolici invenire, & mitras exequendi officii ab eo conſequi. Præcipue autem de eccleſia Halberſtadenſi, quæ per Geronem nimis demembrata erat, tam monachi, quam clerici, elementiam apoſtolicæ ſedis adierunt. In qua profectione quoque erat abbas Theodoricus de Hiſſenheburg, quia fere omnis congregatio Hirſaugienſium monachorum ſuorum in ſchiſmas organa ſua ſuſpendierant, exceptis paucis ſenioribus, qui ante ſchiſma ordinati fuerant. Cumque omni inſtantia inſtarent, pulſatores apoſtolicam pietatem: tandem de ordinatis Geronis diſpoſatum eſt, ut quia F mitras exequendi officii ab eo conſequi. Pariter autem de eccleſia Halberſtadenſi, quæ per Geronem nimis demembrata erat, tam monachi, quam clerici, elementiam apoſtolicæ ſedis adierunt. In qua profectione quoque erat abbas Theodoricus de Hiſſenheburg, quia fere omnis congregatio *Hirſaugienſium* monachorum ſuorum in ſchiſmas organa ſua ſuſpendierant, exceptis paucis ſenioribus, qui ante ſchiſma ordinati fuerant. Cumque omni inſtantia inſtarent, pulſatores apoſtolicam pietatem: tandem de ordinatis Geronis diſpoſatum eſt, ut quia Hartwico vidiſtes Bremenſi archiepiſcopo, ordinatas fuerat, ordinati ejus per gratiam apoſtolicam in ordinibus ſuis, ſi reſtituerit, & ad majores per benedictionem ſuam ſcenderent. Ipſe etiam Gero hanc obtinuit gratiam, ut officium pontificale in omni loco libere exequeretur, ut in epiſcopatu Halberſtadenſi. Venit etiam illuc dominus Bertoldus Bremenſis electus, in promotione officii ſui ſuſceperatus apoſtolicam benedictionem. Quem dominus Papa benigne ſuſe piens, de promotione ejus inſtanter requiſivit, & tractare cepit. Ipſi etiam omnem honorem oſferebat, ita ut in concilio prælatorum cathedram ſuam inter ſummos pontifices collocaret, & eum infultum coram ſe teſidere faceret. Cumque in proximo ſabbato promovendus eſſet in ſacerdotem, & ſequenti Dominica in epiſcopum: feria ſexta ad veſperam venit nuncius de eis Henrici, *Oto* præpoſitus, qui erat ſecretimus perorator: & quia idem notus erat ſummo ſacerdoti, ſtatim introvait ad ipſum. Mane autem facto, cum ſe Bremenſis electus ad ſuſcipiendos ordines præpararet, & ei Humbaldus cardinalis, qui poſt Alexandrum factus eſt Lucius, in quo tamen conſilii Romanæ eccleſiæ pendebat, præparaturum ſuam, eo quod inhonellior non eſſet, deparaſſet, dictum eſt a cubicularii dominis Papæ: Veniant Bremenſes. Venit igitur dominus electus cum ſuis, & dominus apoſtolicus egreſſus de cubiculo ſuo dixit ad eum: Frater, quia infra ſacros ordines ad honorem pontificatus electus es, caſſamus electionem tuam. Cumque quidam aſtantium

ANNO CHRISTI 1179. dicerent: Domine, meminerit pietas vestra, quod in electionem ipsius approbaverit: Apostolicas in cubiculum unde egressus fuerat, reversus est: Bertoldus autem non fine rubore discessit.

Sed peramus alia ipsa narrata diffusius apud Albertum abbatem Stadensem, sed male ordo sequentis, e quo & sumpsere alii recentiores, his verbis: Bremenſis eccleſia tum quoque innovabat pontificem. Nam anno Chriſti ſeptuageſimo octavo poſt miſſionum centeſimum, Baldamus ex Eccleſie humanis rebus, cum ipſa die eſſet ſux depoſitionis litteras a Romano pontifice acceperuras. Et quidam Bertoldus vir ingenijs litteraturæ eligitur, ut prædecessor Adalbertus Stadenſem, *ſed male anno ſequenti, e quo & ſumpſere alii recentiores, his verbis*: Bremenſis eccleſia tum quoque innovabat pontificem. Nam anno Chriſti ſeptuageſimo octavo poſt miſſionum centeſimum, Baldamus ex Eccleſie humanis rebus, cum ipſa die eſſet ſux depoſitionis litteras a Romano pontifice acceperuras. Et quidam Bertoldus vir ingenijs litteraturæ eligitur, ut prædecessor Adalbertus Stadenſem, ſed male anno ſequenti, e quo & ſumpſere alii recentiores, his verbis

ANNO CHRISTI 1179.
Willelmus Tricastrinus.
Petrus Tolonensis.

Ex Provincia Aquensi.

a Dan. Ra. archiep. Bernardus Aquensis archiepiscopus.
Petrus Agrensis episcopus.
Henricus Regiensis.

b Dan. Ep. Sebaste. Bermundus Sebastensis.

Ex Provincia Ebredunensi.

Petrus Ebredunensis archiepiscopus.
Fulco Antipolitanus episcopus.
Raimundus Glandatensis.
Willelmus Venticulus.

Ex Provincia Viennensi.

Robertus Viennensis archiepiscopus.
Rodanus Diensis.
Joannes Gratianopolitanus.

c Dan. Ab. prior. Arnaldus Gebenensis.
Lambertus Maurianensis.
Odo Valentinus episcopus.

Ex Provincia Tarentasiensi.

d Dan. Ep. Lausan. Aimo Tarentasiensis archiepiscopus.
Conso Sedunensis episcopus.

Ex Provincia Lugdunensi.

Engelbertus Cabillonensis episcopus.

Ex Provincia Remensi.

Rogerius Lauduncis episcopus.
e Dan. Ep. Belicens. e Rainaldus Belicensis episcopus.

Ex Provincia Trevorensi.

Arnaldus Trevorensis archiepiscopus.
Fredericus Metensis episcopus.

Ex Provincia Coloniensi.

f Dan. Rad. Salphens. f Rodulfus Leodiensis episcopus.

IN 4 CONCILIUM LATERANENSE III.

Decumenicum & universale undecimum appropriatum, c trecentorum episcopum, d pro reformanda in fide & moribus ecclesia, e contra haereses Catharorum, (quos f Waldenses & Albigenses alii appellant) & Ischarioticas ab antichristipapis ordinatores, celebratum f anno Domini MCLXXIX. tempore Alexandri papae III. & Friderici imperatoris I.

NOTÆ & SEVERINI BINII.

Haec synodum Alexandri papae auctoritate congregatam, fatisc indicat Otto Frisingensis lib. 7. cap. ultimo his verbis: *Alexander vehementissimis exsilijs patrem conatus est reformare, sed frustra. Quippe cum in anno magnum Romae consilium congregasset, in quo plures episcopos subjugasset, & plures diversorum ordinum per ipsa ordinasset, degradasset & damnasset.* Robertus continuatur Sigiberti anno MCLXXXIII. in appendice: *Alexander papa, inquit, nefas Catharorum haereticorum ecclesiae ad Romanam fidem reformare proniebam, ut communatis archiepiscopum & suffraganeos eorum, & alios ecclesiae praelatos, in multis familiariter illius subditaneos, ad synodum, & occidentem, & meridiem, & septentrionem, ut concurrerent ad concilium Romanum, quod erat Spiritus Sancti gratia celebrandum, literis vocavit Rome. Epistola congregandi concilii ad omnes episcopos scripsit extat supra, & ipsa quoque Florentinus Wigorn. Haec de concilio, Romani pontificis instauratore anno MCLXXIII. indicto. De celebratione absolutae episcopi anno concilii papae infra ait: anno MCLXXIV. Alexander papa tertium tenuit generale concilium Romae media Quadragesima, cujus decreta sunt, ut de alio episcopo ejus ibi confitetur, sed non habetur.* Acta concilii in unde ea capio? Cur praesidium Bartholomaei non habeamus? Index apocryphorum scriptorum Baluzianus.

Acta concilii in unde ea capio? Cur praesidium Bartholomaei non habeamus? Index apocryphorum scriptorum Baluzianus.

Nec praesidium Bartholomaei Lateranensis concilii invenies? profitetur Severinus binius se quodam manuscripto volumine pergameneo descripsisse. Et facit ille appendicem hujus concilii ab actis putavit non esse dividendam, quamquam certo satis praefixerit, exordium ad haec Synodum non pertinere: fuisse enim nihil aliud fere quam quaedam compilatas capitulorum, & decretorum pontificiorum, quae a diversis pontificibus, quorum alii Alexandrum antecesserint, alii subsequentur, edita & conflatum fuerint: ita ego eandem appendicem & compilationem suo loco relictam esse volui, ne non quod profanum videtur illam Bartholomaei Lauretani, immo cum inde recte notare in appendice concessarium, immo pudendae ipsi appendici partibus, adhuc synodalibus palmaperti conveniret, ideo quod nullum summarium, vel titulus vulgatorum capitulorum Lateranensis comparendo sit. Titulus praecipuus Lateranensibus praefixus ego ex editione aliorum synodalium, quae extant apud Regnum de Reorden, ita ad unum Angelorum scripserem, desumpsi. Lectio capitulorum variata: quo quoque plana diversitas est: tamen superscriptiones, quae, cum damnatum ab eo non, conclusione capitulorum eadem non inferre.

b Decumenicum.] Synodum hanc universalem & oecumenicum vocant, praeter authores supra nominatos, ipsi recentiores pontificii: nimirum, quia omnes scriptores fere totius orbis concilio interfuerunt, Romanum Pontificem, qui plenitudinem potestatis habet, per se vel per suos legatos interfuisse.

c Trecentorum episcoporum.] Quia Guillelmus Tyrius, Nimmus quo hujus concilii patres interfuisse, aperte fatetur tercentos episcopos praesentes fuisse, hac in re ejusdem sententiae accedimus: quamvis Sigebertus, Ranulphus de Diceto, Robertus Autissiodorensis, Ranulphus de Coggeshall, Matthaeus Westmonasteriensis, Robertus de Monte, Florentius Wigorn. & alii numerum episcoporum duntaxat centum fuisse scribant, Stephanus Baluzius, Tutelensis canonicus, qui duplicat Laterani, & Lugdunensis concilii, quae ante Lugdunense celebratum fuit, ostendit, quod ex Gervasio Cantuariensi, & Roberto de Monte, qui ejusdem temporis scriptores fuerunt

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI

ad An. Chr. 1179. n. 1. & seq.

ANNO CHRISTI 1179.

Concilium Lateranense III. generale & Oecumenicum ordine 21. hoc anno celebratum, ad quem Chronographus Reichersbergensis scribit: *Alexander Papa celebravit 19. nostrum Episcoporum generalem, & valde celebrem in urbe Roma, media Quadragesima: sed & Abbas Marcii. Hac 3. nobiscum integritate ab illo tere Septembri usque ad quartum Nonarum Imperium, cui etiam interfuerunt fracenti vel amplius Episcopi*. Verum loco, *fracenti*, legendum, *trecenti*, & hoc tenet Libraria scriptorum Laudun; cum Chronographus ille non longe ab hoc tempore vixerit, & de Episcoporum numero fere iuxta: Antiquitas coaluit. Consentiunt vero Chronici S. Petri Viri, qui etiam hoc tempore vivebat, ait: *Anno 1179. venerunt Alexander Papa Hierosolymas ad Concilium Romæ IV. Idus Martii, & ibi celebravit ad medium Quadragesimæ*. Sed in Chronographo Reicherspergensi loco *IV. Idus Martii*, legendum *III. Nonas Martii*, numeri vero in Chronico S. Petri Vivi corrupti sunt, quod utrumque ex mox dicendis elicitur.

Sed hæc magis discutienda. Laudens Tom. X. Concili. pag. 1330. exhibet catalogum Episcoporum, qui Concilio Lateranensi III. interfuerunt, & ille manuscripto ecclesiæ Dacherius Tom. XII. Spicilegii pag. 632. refert alium ex codice Mss. Monasterii de Bruera Ordinis Prædemonstratensis, antiquum & longe amplissimum: desideratur quippe in eo, quem Tyrius libr. XXI. cap. XVI. dicit se conscribi *illegitimæ ætatis presbyteros, morbo Martino, infidelique audacia* (legendum, duodecima;) *notatos, & ordine carentes, & penæ decimo die mensis*. Additur Episcoporum numerum fuisse *trecentum quinquaginta*. Hæc ex Dacherio: quibus nulla mcorio v. g. illorum in catalogo Dacheriano enunciatorum: *De Divinæ providentia Phanicis. IV. Tyrensis archiep. Tuscus Acerensis Episc. Romanus Episc. Provinciæ Ecclesiæ vir. Glamlodgestosh Episc. Provinciæ Palæstinæ II. Abscelus Cæsariensis Archiepisc. Antiochus Cæsariensis. Provincia Palæstinæ prima. Petrus Terosolymitanus Ecclesiæ Prior loco Patriarchæ. Abbreviatus Episc.* tuisse nominatos inter a 75 qui in Lua Hibernia, a 1216. floruerint, Petrus & Albertus.

Concilium tribus Sciffionibus absolutum fuisse tam catalogus Dacherianus, cujus verba mox recudimus, quam Novedeus in part. posteriori pag. 382. diserte testatur, Hæc Novedeni verba, quorum hactenus partem, exhibet Baronius num. XXII. *Congregatis universis Romæ in præfatia Basilica Papa Alexander cum fratribus suis Episcopis, in consistorio suo cum Cardinalibus suis, & Presbiteris Sanctorum, & Confessibus Urbis confluentes, ferie secunda vertente hebdomadæ Quadragesimalis, in tertio nonas Martii evenit, primum Concilii sui diem celebravit* (dele, primum Sessionem.) *Similiter secundum & tertium Concilii sui diem celebravit quarta feria sequenti hebdomadæ secundæ libri Martii evenit* (leu die XIV. quidem mensis die) *in qua Concilio Willelmus Remensis Archiep. sedem ab Prædicto Card. ad sibi S. Sabinæ, & Henricus Abbas Clarevallensis sedem ab Ostiensi Card. assumpsit. In domino Papa tertium Concilii sui diem celebravit* (& tertiam Sessionem.) *secundæ feriæ non Decembris in Ramis Palmarum, quæ XIII. Kalendarum Aprilis evenit, & sic completa nona mensis Martii, quæ hoc anno in septem fecundarum ordinis*. In Catalogo quidem hoc Dacherianus dicitur fecunda Sessio die septima Martii habita, sed quemadmodum Librarius in indiculum, ita & in illa Sessione deficiebat peccavit. *De Guillelmo* autem, vulgo ad Altomanos cognominato, primum Camerario Episcopi & Archiepiscopi Senonensis, dein Archiepiscopo Remensi Cardinali in hoc Concilio creato non semel egimus, turnfumque de eo non semel fermo redibit; *de Henrico Cardinali Albanensi* infra agetur; fuit enim unus ex illustrioribus hujus ætatis Cardinalibus.

uuu Forte Cestrensi. *Mendatum.*

vvv Forte Cestrensi. *Mendatum.*

www Forte Cestrensi. *Mendatum.*

xxx Forte Cestrensi. *Mendatum.*

yyy Forte Cestrensi. *Mendatum.*

zzz Forte Cestrensi. *Mendatum.*

aaaa Forte Cestrensi. *Mendatum.*

bbbb Forte Cestrensi. *Mendatum.*

cccc Forte Cestrensi. *Mendatum.*

dddd Forte Cestrensi. *Mendatum.*

eeee Forte Cestrensi. *Mendatum.*

ffff Forte Cestrensi. *Mendatum.*

gggg Forte Cestrensi. *Mendatum.*

hhhh Forte Cestrensi. *Mendatum.*

iiii Forte Cestrensi. *Mendatum.*

kkkk Forte Cestrensi. *Mendatum.*

llll Forte Cestrensi. *Mendatum.*

mmmm Forte Cestrensi. *Mendatum.*

nnnn Forte Cestrensi. *Mendatum.*

oooo Forte Cestrensi. *Mendatum.*

pppp Forte Cestrensi. *Mendatum.*

qqqq Forte Cestrensi. *Mendatum.*

rrrr Forte Cestrensi. *Mendatum.*

ssss Forte Cestrensi. *Mendatum.*

tttt Forte Cestrensi. *Mendatum.*

uuuu Forte Cestrensi. *Mendatum.*

vvvv Forte Cestrensi. *Mendatum.*

wwww Forte Cestrensi. *Mendatum.*

xxxx Forte Cestrensi. *Mendatum.*

yyyy Forte Cestrensi. *Mendatum.*

zzzz Forte Cestrensi. *Mendatum.*

ANNO CHRISTI 1179.

cosque ab eadem fidejussione prorsus absolvat, ne A ecclesiasticis personis & negotiis rigor & districtio juris non reguritur, nec exercetur. Sed cum hujusmodi per hoc justitia non pereliciatur, admitti debet & patienter tolerari, cum reus per cautionem standi judicio se astringit.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. II. *Idem,*

Calumniam & audaciam temere litigantium coadem nando in expensas, & alio multiplici remedio, imperialis fan.tio compescit. Quoniam igitur facris institutis consonare dignitior, præcipimus ut de cetero in causis pecuniariis victus victori in expensas condemnetur, nisi forte, ejus cautum est, pro absente sententia feratur.

CAP. III.

Cautum quæ inter dilectos filios nostros de * Gisleberum & canonicos de * super ecclesia de * Leventri & capella de * Chorum, & juris decimarum super quadam transactione, quæ exinde post appellationem inter *eos* fuisti dictum, dictius est agitata, ad suggestionem cujusdam canonici de * Chorum, experientia vestræ fub certa forma commisimus terminandam. Verum quidam canonicorum de * Gisleberue, ad nostram postmodum præsentiam accedentes Gisleberuum filiorum nobilium cardinalium tunc fedis apostolicæ litteras pertulerunt, in quibus continebatur, quod cum de mandato nostro causam, fuscepissent definiendam, canonicos de * Gisleberue in possessionem prædictæ ecclesiæ induxerunt. Verum quia prædicti cardinales, tantæ honestatis, circumspectionis, & maturitatis habentur, quod eis fidem omnimodam adhibemus, & eos credimus rectum & justum judicium protulisse: D. V. *ex.* quatenus si infra annum memorati canonici de * Thorum causa possessionis fecundum formam juris non intraverint, canonicos de * Gisleberon possessionem, a cardinalibus adjudicatam, quiete facias & pacifice possidere, non obstantibus litteris, quas canonicus de * Thorun, sententia cardinalium tacita notesitur reportasse: ita quoque, quod si canonici de * Thorun, de proprietate agere voluerint, causam ipsam ufque ad diffinitivam lententiam, remota appellatione, audiatis, & fine debito terminetis. Si qua vero partium duxerit appellandum, depositionis juratorum testium, & alias rationes utriusque partis sub vestris fi- C gillis clausas; nobis mittatis, terminum utrique parti congruum præfigentes, quo debeant cum ipsis atteitationibus & rationibus fe apostolico conspectui præsentare.

a Leterini

b damnat. nos vidit

c appellatione remota.

CAP. IV. *Idem priori & canonicis de * Gisleberun.*

Constitutis in præsentia nostra dilecto filio nostro R. canonico, & responsalibus dilecti filii nostri G. præpositi ecclesiæ * Bowchiacensis super possessione ecclesiæ de * Levintri, in qua de mandato & auctoritate nostra per judices delegatos, videlicet * Evesinensem epiſcopum & priorem de * Kinleeuende, causa rei fervandæ foretatis ordinatus, hinc inde fuit coram te aliquantulum disputatum. * Et tantumdem post rationes, & allegationes utrimque prodectas, ex utriusque partis tenuimus affectione, quod licet causa rei fervandæ tantum in possessionem ejusdem ecclesiæ fuisseris inducti, infra annum tamen alterę pars non præstitit cautionem. Quare eadem ecclesia vobiscum

a * f. Quia non dum.

ANNO CHRISTI 1179.

biscum judicio ſtandi, ſtreet voluntatem habue- A vent, F. V. *ex.* quatenus parochianos vestros monere curetis, & ſi opus fuerit ſub excommunicationis districtione compellatis, ut de proventibus molendinorum & piſcariarum & de fœno & de lana decimas eccleſiis, quibus debentur, omni occaſione & appellatione ceſſante, cum integritate perſolvant.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. III. *Item Winconienſi epiſcopo.*

Nuncios & litteras tuæ fraternitati ea qua decuit benignitate recepimus, & petitiones tuas, quoad licuit, curavimus exaudire, ſcut illius perſonæ quam pure in Domino & ferventi caritate diligimus, & cujus commodis & profectibus intendere volumus diligenter. Cum ergo ad officium tuum ſpectet ea, in quibus præcepti noſtri deſideras auctoritate muniri: tanto in his facilius debuiſti exaudiri, quanto ipſe eorum peritiam ſatius reſpicere, & quibus in extremo judicio reddituros es ratiocinem. Inde eſt quod F. T. *&c.* quatenus tam comites quam barones, nec non & ominesalios de parochia tua nomina propenſus & indices, ut appellatione ceſſante & * E. D. CON. ut decimas matricibus eccleſiis de divitiis ſuiſorum omni integritate perſolvant. Præterea parochianos veſtros de fœno equitio, porcis, & pyris, & apibus, & omni fructu, decimas ſolvere eccleſiaſticæ diſtrictione, appellatione ceſſante, compellas.

* Ita Lateranenſ. Hardouinus.

CAP. IV. *Idem * Rymenenſi & Wintonienſi epiſcopis.*

* rymenenſi alibi.

Cum homines de Hortun, ſecundum generalem eccleſiæ Anglicanæ inſtitutionem, de fructibus ſuis in autumno, novem partibus ſibi retentis, decimas eccleſiæ, & mihi cujus parochiani ſunt, fine diminutione ſolvere teneantur: antequam eidem eccleſiæ decimas ad eam ſpectantes perſolvant, ſervitiumbus & mercenariis ſuis de frugibus non decimatis debita totius anni pro ſervitio ſuo impendunt, & tunc demde de ſecundo decimas perſolvuntur: Unde D. V. *ex.* quatenus ſub anathematis diſtrictione compellatis eos, ut decimas tam de nutrimentis animalium ſuorum, quam de frugibus, fine fraude & diminutione aliqua, in autumno, ſicut mos eſt, ſtatim collectis frugibus, & in aliis temporibus, prout debentur, perſolvant, atque de laboribus ſuæ retentis dignam ſatisfactionem exhibeant.

PARS III.

DE DOLO ET CONTUMACIA

& calumnia alterius partium punienda.

CAPUT I.

Idem Wintoſſorenſi epiſcopo.

A Dhæc cum contingat actorem multoties mittendum eſſe in poſſeſſionem cauſa rei fervandæ propter abſentiam alterius partis, & per ejus dolum ſive potentiam actor non poſſit reanchodiendam nanciſci; & imminente fine anni, reus, ne poſſeſſionem amittat, debitam offerat cautionem: cujuſmodi pœna ſit mulctandus, cujus * reſponſioni non paret judicis, a nobis tua fraternitas poſtulavit. Ad quod dicimus, quod in

* poſſioni

PARS IV.

DE DECIMIS PRÆSTANDIS.

CAP. I. *Idem Cuſano epiſcopo.*

* Forte Lanuino. Hardouinus.

INTELLEXIMUS ex litteris tuis, quod R. de * Lantino parochianus tuus, tamdiu, ſelicet ſex annis, decimas capellæ tuæ tibi debuit, afferens quod in commutatione ipſius decimæ, prædeceſſor tuus ei quandam domum dedit villarum, quos etiam tibi tuit aſſignare. Ceterum quia decimæ cum temporalibus non ſunt commutandæ, attendentes, tibi auctoritate præſentium inhibemus, ne præcipiatis reditus in ipſius decimæ commutationem præſumas recipere: ſed prædictum R. ad reſtituendas decimas ſubtractas tibi, & ad eas ſolvendas in poſterum eccleſiaſtica diſtrictione compellas.

CAP. II. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo, & ejus ſuffraganeis.*

Pervenit ad nos, quod cum parochiani veſtri decimas bonorum ſuorum conſueverint eccleſiis, quibus debentur, perſolvere: nunc tam laudabili conſuetudine prætermiſſa, quidam ex ipſis de lana & fœno & de proventibus molendinorum & piſcariarum ipſis eccleſiis ſubtrahere non verentur. Quoniam igitur inſtitutioni Divinæ manifeſtius obviant, qui decimas eccleſiis non perſol-

ANNO CHRISTI 1179. Dist. 34. Iuriano.

CAP. II. *Idem Diſano archidiacono.*

Quidam interuit monaſterium invita uxore: ipſum eadem repeteate coactus eſt ad eam redire. Ea mortua, quæris an ipſe cogatur ad monaſterium redire, an aliam poſſit accipere uxorem. Quæſtionis tuæ taliter reſpondemus, quod votum non tenuit; unde ratione voti non tenetur ad monaſterium redire. Uterus veronon poteſt accipere uxorem. Promiſit enim ſe non exigere debitum; quod in ejus poteſtate erat: & idco tenuit votum. Non reddere autem, non erat in ejus poteſtate, ſed mulieris. Unde apoſtolus: *Vir non habet poteſtatem, &c.*

Vir non habet poteſtatem. 1. Cor. 7. 4.

CAP. III. *Idem * Exonienſi epiſcopo.*

Cum praditus ſis ſcientia litterarum, ignorare non potes nec debes, ſanctorum patrum conſtitutione contraditum, ut vir, uxore ſua in ſeculo remanente, aut mulier, viro non aſſumente religionis habitum, non debeat ad religionem tranſire. Quia cum vir & uxor una caro ſint, ut ait apoſtolus, non poteſt alter ad Deum converti, & alter in ſeculo remanere. Inde eſt quod apoſtolica auctoritate tibi præcipimus, ne in epiſcopatu tuo virum vel uxorem, niſi utraque ad religionem miſerint, tranſire permittas. Sed & volentiæ ad Deum converti, uxoque ad ſuam legem meliorisvitæ tranſeat. Verum ſi uxor ita ſenex eſt & ſterilis, quod ſine ſuſpitione poſſit eſſe in ſeculo: diſſimulare poterit, ut vir, ea in ſeculo remanente & caſtitatem promittente, ad religionem tranſeat.

Dist. 35. Mulier.

Exod. 3. Deut. 10. 4. gua dicr.

* Exoniæ.

CAP. IV. *Idem Herefordenſi epiſcopo.*

Præterea, utrum laicus uxoratus, qui præſentibus ſacerdotibus & monachis, epiſcopo ignorante, de licentia & permiſſione uxoris ſuæ, monaſterium eſt ingreſſus, & forte profeſſionem fecit, uxore in ſeculari habitu remanente, nec ad religionem tranſeunte, aut perpetuum continentiam voverit, ab epiſcopo ſuo poſſit ad eorum uxoris revocari; an illa compellenda ſit ad obſervationem perpetuæ continentiæ: Dicimus quod niſi, ubi ſubeſt timor incontinentiæ, uxor ad religionem tranſierit, vel in conſpectu eccleſiæ continentiam ſervare promiſerit, ad eam debet & poteſt ab epiſcopo revocari. Quia cum ſint una caro effecti: non debet una pars in ſeculo remanere, & altera ad religionem tranſire. Verumtamen vtor commòmenda eſt & propenſius exhortanda, ut ad religionem tranſeat, & caſtitatem ſervare promittat.

CAP. V. *Idem * Exonienſi epiſcopo.*

Si quiſquam qui ſe religioni devovit, & habitu ſuſcepto profeſſionem fecit, poſtmodum ſibi aliquam copulaverit: cogendus eſt ab ea diſcedere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerat, debet ſine contradictione tranſire. Quod ſi habitum ſuſcepit, & non profeſſionem fecit, ſed ſolum votum emiſit, & ſe ad religionem tranſire promiſit: licet poſtmodum matrimonium contraxerit, non eſt ab eccleſia cogendus ad monaſterium tranſire, & matrimonii vota reſcindere.

* Exoniæ.

CAP. VI. *Idem Strigonienſi & * Colocenſi archiepiſcopo.*

Conjugatus in monaſterium converti deſide-

A rans, ſuſcipi prohibetur, niſi uxor illius ſimiliter convertatur. Nam cum unum utrimque corpus poſt conjugii copulationem ſit factum, incorporeum eſt, partem converti, & partem in ſeculo remanere. Nec recipitur illius viri apud Deum converſio, cujus ſequitur conjugalis fuderit profligatio. Cum igitur ſenatus * S. clericorum longe præemineat cœtui monachorum, ita ut aliquando bonus monachus vix bonum clericum ſtatur: nullus conjugatorum eſt ad ſacros ordines promovendus, niſi ab uxore continentiam profitente fuerit abſolutus, ut fiat deinceps de carnali copula ſpiritualis conjugium.

* Strigon.

CAP. VII. *Idem eidem.*

B Sane ſi conjugati conſenſerint ordinari, etiam uxoris voluntas prius requirenda eſt, ut ſequeſtrato mutuonis cubiculo, religione promiſſa, poſtquam pariter convenerit fuerint, ordinentur. Quod ſi in quibus poteſt eccleſiaſticis gradibus providenter ſeieneteque curandum eſt, ut in domo Dei nihil ſit indurationis, nihilque præpoſitorum: multis magis laborandum, ut in ejus promotione ſupra gradus omnis continentia, non error. Inde eſt, quod fraternitati tuæ apoſtolica auctoritate prohibemus, ne uxoratum in epiſcopum præfumatis ordinare, niſi prius uxor continentiam profeſſa, ſacrum velamen ſibi imponat, & religioni congruam veſtem aſſumat. Nolumus etiam ut viri promoto, uxori relicte in ſæculo ſeri poſſit pediſtioni occaſio.

Dist. 61. Mirandum.

CAP. VIII. *Idem Brixienſi epiſcopo.*

Ex publico inſtrumento, quod nobis eſt preſentatum, & ex tenore litterarum tuarum, nobis innotuit, quod cum venerabilis frater noſter Veronenſis epiſcopus de mandato noſtro cauſam matrimonii, quæ inter Matthæum virum & Agneſchen mulierem vertebatur, ſuſcepiſſet fine debito terminandam, auditis utriuſque rationibus & allegationibus, inter eos judicali ſententia matrimonium approvit, & eidem mulieri præcepit, ut ad virum ſuum rediret, & exhiberet conjugalem affectum. Verum cum eadem mulier ad eum juxta ſententiam prædicti epiſcopi * egredi nollet, de mandato noſtro, ſicut acceptimus, fuit vinculis excommunicationis adſtricta. Ceterum quia prædicta mulier, licet a præfato viro deſponſata fuit, adhuc tamen, ſicut ipſa aſſerit, ab ipſo eſt incognita: fraternitati tuæ per * A. S. præſentibus mandamus, quatenus ſi fuperdictus vir eandem mulierem ſpiritualem ſuam cognovit, & eadem mulier, ſicut ex parte ſua nobis proponitur, ad religionem tranſire voluerit, recepta ab ea ſufficienti cautione, quod vel ad religionem tranſire, vel ad virum ſuum redire infra dorum menſium ſpatium debeat, ipſum, contradictione & appellatione ceſſante, a ſententia qua tenetur, abſolvas: ita quod ſi ad religionem tranſire maluerit, uterque reſtituat alteri, ſi ſua alter ab altero habuit: & vir ipſe, ex religionis habitum aſſumente, ad alia vota licentiam habeat tranſeundi. Sane quod Dominus in evangelio dicit: *Non licet viro uxorem ſuam, niſi cauſa fornicationis, dimittere*: intelligendum eſt, ſecundum interpretationem ſacri eloquii, de his, quorum matrimonium eſt carnali copula conſummatum, ſine qua matrimonium conſummari non poteſt: Et idco ſi prædicta mulier non fuerit a viro ſuo cognita, licitum eſt ei ad religionem tranſire.

* Apoſtoli cum ſcio. * Aurelium.

Dist. 35. Si quis.

CAP.

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. IX. *Idem priori G. & fratribus juxta diſciplinam bona memoriæ electi viventibus.*

Uxoratus autem ſine licentia propriæ uxoris inter vos nullatenus recipiatur. Quæ ſi integræ famæ & opinionis ita exiſtat, quod nulla merito ſuſpicio habeatur, eam ad ſecunda vota migrare velle, vel quod minus continenter debeat vivere: quod ſi, prout dictum eſt, talia certi, merito eas in conſortio veſtro recepto, ipſa publice in conſpectu eccleſiæ confiteantur profeſſa, in domo propria cum filiis ſuis familiaque poterit remanere. Si autem talis fuerit, quæ ſuſpicione * careat, voto continentiæ celebrato, a ſæcularium hominum converſatione ſe removeat, & in loco religioſo, ubi Deo ſervitat, perpetuo moretur. Nullus veſtrum audeat mulierem aliquam toníurare, vel eam ad habitandum ſecum aſſumat.

* Cum. non careat.

CAP. X. *Idem.*

Veniens ad noſtrum præſentiam Marcus eremita, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod quedam mulier cuidam viro abſenti fide data ſe nupturam promiſit: ſed poſtmodum audiens plura de ſervitute & inhumanitate ipſius viri, ei nulla ratione voluit copulari. Cum itaque timeret, ne illi subere cogeretur, in maiubus ſuis ſimpliciter voluit conſtituere exponenti: non tamen veſtem aut locum mutavit. Quo audito, prædictus vir aliam ſibi copulavit, & ex ea proles ſuſcepit. Nos itaque attendentes tutius eſſe, ut prætata mulier poſt fidem & votum ſimplex oblatum, matrimonium contrahat, quam fornicationis reatum incurrat: fraternitati tuæ per A. S. mandamus, quatenus ſi plus non proceſſerit, nec veſtem aut locum mutavit, nec profeſſionem fecit, prædictæ mulieri de fide mentita & voto violato cognitam ſatisfactionem iudicet, & ei cui vult nubendi in Domino licentiam tribuere non poſſ ponas.

CAP. XI. *Idem Ebroicenſi archiepiſcopo.*

Acceſſit ad præſentiam noſtram nobilis vir Willelmus filius G. cum litteris tuis, ex quarum tenore perpendimus, quod cum filiam cujuſdam nobilis viri, dum eſſet minoris ætatis, deſponſaſſet, & ipſa poſtmodum aſſenſum in hac parte non prabente, antequam ad nubiles annos perveniſſet, celebratum eſt inter eos divortium. Procedente vero tempore, defuncta patre puella, matrem ejus Willelmus ſibi matrimonio copulavit. Quod quidem factum cum ſuſtinere nolles, eum ſolicite monuiſti, ut ipſam dimitteret: & quia monitis tuis ad hanc partem nolubit acquiefcere, ipſum excommunicationis vinculo innodaſti. Tandem accepta ab eo cautione, quod noſtram adiret præſentiam, & ſuper hoc ſtatutum noſtrum ſtamier obſervaret: eundem mandatos noſtro abſolutum dennnciaſti, & cum litteris tuis ad præſentiam noſtram miſiſti. Verum præfatus Willelmus in præſentia noſtra conſtitutus, ſua nobis aſſertione propoſuit, quod puellam illam, dum eſſet infra duodecimum annum, deſponſaſſet, poſtea vero antequam ad nubiles annos perveniſſet, nobiſ aliquatenus conſentire, ut præfatam Willelmum in virum acciperet: & ita cum patre ſuo, in cujus poteſtate remanſerat, & cum prædicto Willelmo, ad præſentiam tuam acceſſit. Et cum ab ore puellæ audiſſet & per

ANNO CHRISTI 1179.

patrem ejus, quod memoratum Willelmum in virum nolebat: ſtatim illum in plura synodo ab hujus deſponſatione publice abſolutum denuncia-ſti. Elapſis pluribus annis poſt mortuo patre puella, cariſſimus in Chriſto filius noſter Henricus Anglorum rex, matrem ſuprædictæ puellæ memorato Willelmo tradidit in uxorem, quam ideo Willelmus, ut diſcordia orta inter conſanguineos ſuos & conſanguineos nupturis ſopiretur, accepit & ſolemniter deſponſavit, & ſine contradictione eccleſiæ duxit, & de illa liberos procreavit, & puella fuit altera vice copulata. Verum licet contineatur in literis ipſis, quod puella illa erat minoris ætatis, quando hujuſmodi deſponſatio facta fuit: tamen dicitur, utrum eum eſſet minoris ætatis, fuit proxima ætati aptæ matrimonio, aut infra ſeptem annos. Ideo per apoſtolicam ſanctionem fraternitati tuæ præſentibus mandamus, quatenus veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi tibi conſtiterit quod puella præfata non eſſet ſeptennis, quando præmemorato de ſponſata fuit, & poſtea in eum non conſenſerit, & quod idem Willelmus ab hujuſmodi deſponſatione per te fuerit abſolutus, matrimonium inter eumdem Willelmum & matrem puellæ celebratum præcipias immobiliter obſervari, & eorundem prolis denuncies eſſe legitimas. Quia ſicut diſcretio tua non ignorat, deſponſationes & matrimonium ante ſeptimum annum fieri non poſſunt, ſi conſenſus puellæ non intervenit. Sane ſi præfata puella ante hujuſmodi deſponſationem ſeptimum annum compleverat, licet prædictus vir a deſponſatione ipſius puellæ ipſo jure fuerit abſolutus, eumque in eum conſentire nolebat: inhoneſtum tamen videtur, ut matrem ejus habeat, cujus filia ſibi fuerat deſponſata. Verum ſi tibi vilum fuerit, ut cum matre maneat, ne diſcordia inter utriuſque conſanguineos oriatur exorta, nunc autem ſopita, denuo ſuſcitetur: id diſſimulare poteris, & aquanimiter tolerare. Filii autem quos ab ipſa ſuſcepit, & eam, tanquam matrem eccleſiæ, duxit in uxorem, a ſucceſſione non poſſunt paterna vel materna hæreditatis prohiberi.

A

B

C

D

CAP. VIII. *Idem Salernitanum epiſcopo.*

Licet præter ſolitum & amplius ſolito multis ſimus & variis negotiis prapediti, ita quod non ſit nobis facile aliquorum conſultationibus reſpondere: illa tamen ſpiritualis gratia, quam ad perſonam tuam habemus, & fraterna caritate, cogimur quid ſentiamus de his ſuper quibus conſuluit nos prudentia tua, tibi, quantumcumque fumus aliis intenti, præſentibus literis aperire. Conſuluiſti nos ſiquidem, utrum inter virum & mulierem, præſtito vel non præſtito ſacramento, ſi legitimus conſenſus intervenerit de præſenti, earnali copula non ſecuta, licet mulieri alii nubere: vel ſi nupſerit alii, & earnalis fuerit copula ſecuta, cum ab ipſa debeas ſeparari. Super hoc inquiſitionem tuæ taliter reſpondemus: quod ſi legitimus conſenſus a ſolemnitate qua fieri ſolet, præſente facerdote, aut etiam ejus notario, ſicut etiam in quibuſdam locis adhuc obſervatur, coram idoneis teſtibus interveniat de præſenti, ita quod unus alium in ſuam mutuo conſenſu verbis expreſſis recipiat, utrumque dicendo: Ego te recipio in meam, & ego to in meum: ſive ſic juramentum, ſive non, non licet mulieri alii nubere: & ſi nupſerit, & fuerit carnalis copula ſubſecuta, ab eo ſeparari debet, & ut ad primum redeat, eccleſiaſtica diſtrictione compelli: quam. A vis alii aliter ſentiant, aliter eſtam a quibuſdam prædeceſſoribus noſtris ſit aliquando judicatum.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. IX. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

Meminimus nos ex parte tua quæſtionem hujuſmodi audiviſſe, ſciſſicet, utrum illi qui ſe ad religionem eorum epiſcopo devoverant tranſituros, & habitum religionis ſuſceperunt, ſi poſt modum uxores duxerint, cogendi ſunt eas dimittere, & ad eccleſiam, cui ſe contulerunt, redire. Super hoc utique duximus reſpondendum, quod ſi quiſquam qui ſe religioni devoverit, & habitum ſuſceperit profeſſionem fecerit, poſtmodum aliquam ſibi copulaverit, eſt ab ea cogendus recedere, & ad eccleſiam, cui ſe contulit, debet ſine contradictione tranſire. Verum ſi habitum non ſuſcepit, nec profeſſionem, ſed ſolummodo votum fecit, & ad religionem tranſiturum promiſit: licet poſtea matrimonium contraxerit, non eſt ad reddendum cogendus tranſire, & matrimonii votum refcindere.

B

CAP. X. *Idem Norwicenſi epiſcopo.*

Conſtitebatur in literis tuis, quod cum quidam puella infra nubiles annos cuidam viro in uxorem tradita fuerit, & ab ipſo tradita, præſentibus utriuſque parentibus legitimæ ætatis exiſtente: hæc ad nubiles annos perveniens, alii nubendi licentiam poſtulavit, aſſerens ſe in eumdem virum nullatenus conſenſiſſe, prædictus vero virum contra proponit, quod licet eadem puella nondum ſorte annum duodecimum attigiſſet, cum tradita fuiſſet ei in uxorem, uſque adeo tamen fuit ætatis proximæ, quod ipſam carnali commixtione cognoverit. Inde eſt, quod cum ipſa eidem viro dicit ſe incognitam, & ita non conſuliſſe, utrum alii poſſit nubere: taliter reſpondemus, quod cum in decretis habeatur præfixum, quod ſi vir diverit quod uxorem ſuam cognoverit, & mulier negaverit, viri ſtandum eſt veritati. Unde præfato viro qui ſe dicit præfatam puellam conjugaſſe, fides eſt habenda, ſi id juramento ſuo maveris; & ſi fuerit proxima duodecimo anno, vel circa duodecimum annum, & cum ſuo conſenſu ſe voluntate parentum deſponſata & benedicta fuerit, & cognita ab eodem viro, ſeparari non debebunt, præſertim cum parentes ipſam legitimæ ætatis fuiſſe viderunt. Si vero puella infra nubiles annos & ætati non proxima, alicui deſponſata fuerit, benedicta atque traducta, non licet alicui de conſanguinitate illius, cui deſponſata fuerit, eam ducere in uxorem: nec fas eſt eidem ſponſo, de conſanguinitate puellæ ſibi a liquam copulare.

C

D

CAP. XI. *Idem Norwicenſi epiſcopo, & ** archidiacono.*

Latæ præſentium VV. parochianus veſter ſua nobis aſſertione monſtravit, quod cum in facie eccleſiæ quamdam mulierem viduam, A nomine, legitime deſponſaſſet, & carnali copula ſubſecuta inter eos ſcandalum eſſet ſuborium, enjuratione prædictus vir ei debitum conjugale ſubtraxit: conſanguinei dictæ mulieris hoc moleſtum habentes, coram vobis queſtionem moverunt, proponentes quod mulierem invitam & renitentem, nec actatis aptæ matrimonio exiſtentem, duxiſſet uxorem: & quoniam idem vir vi tam, ſicut nobis proponitur, cupiebat agere de ſponſalibus, deinde utriuſque ſtudio intervenientes, & coram nobis rationabiliter ſeparati. Nolentes igitur ut matrimonia canonice contracta, levitate quadam diſſolvatur, diſcretioni veſtræ per A. S. mandamus, quatenus ſi vobis conſteterit, prædictus virum & mulierem per judicium eccleſiæ non ſuiſſe rationabiliter ſeparatos, eccleſiamque deceptam, ipſos, contradictione & appellatione ceſſante, faciatis ſicut virum & uxorem teſtimoni percurrente.

a Apoſtolicæ cam ſanctionem.

CAP. XII. *Idem Pan. archiepiſcopo.*

De illis autem, qui præſtito juramento promittunt ſe aliquas mulieres ducturos, & poſtea eis incognitis, à limitatum tempus, & ſe ad partes alienas transferunt: hoc tuæ diſcretioni volumus innotescere, quod liberum erat mulieribus ipſis, ſi non eſt amplius in facto proceſſum, ad alia vota tranſire; nec pœna ramen de perjurio pœnitentia, ſi per eas non fuerit, quo minus matrimonium conſummetur. Si vero aliquis fub hujuſmodi verbis juramentum præſtiterit alicui mulieri, Ego te accipio in uxorem, ſi tantum mihi dooaveris: reus perjurii non habebitur, ſi eam poſtquam ſibi ſolverit, quod juramento ſibi præſtiti dari, non recipiat in uxorem: nili conſenſus de præſenti, aut earnalis ſit inter eos commixtio ſubſecuta.

CAP. XIII. *Idem abbati de Fontibus & M. vicario.*

Significavit nobis O. Andegavenſis parochialis Eboracenſis eccleſiæ, per VV. fratrem ſuum, quod VV. de Romare, qui eſt ex hac luce fubtractus, ſ. cum capiens, tamdiu in vinculis ferreis & carcere tenuit, donec juxta coegit, quod Hamuliterem ducere in uxorem. Cum autem carcerem ſuum evaſiſſet, aliam in uxorem accepit, de qua filios procreavit. Poſtea vero idem O. a præfata Ha. coram venerabili fratre noſtro Rothomagenſi archiepiſcopo apoſtolicæ ſedis legato tractus in cauſam, ab eo conſulus eſt juramento firmare, quod ad illam quam ſponte acceperat in uxorem, non accederet, donec lis effet eccleſiaſtico judicio terminata. Ceterum quia priuſquam de cauſa cognoſceretur legitime, præmonimata Ha. dilem claſſit extremum, prædictus O. ad eum de qua filios habuit, reverti non audet. Inde eſt, quod diſcretioni tuæ per A.S.P.M. quatenus rei veritate diligenter inquiſita & cognita, ſi vobis conſtiterit quod eidem O. tanta via illata fuerit, ut prædictam Hajuranet in uxorem accipere, & quod ſponte in eam non conſenſerit, nec poſt præſtitum juramentum ipſam earnaliter cognoverit: proprer hoc non diſmittatis O. in præjudicium Ha. conſilio, & poſt præſtitum ſacramentum quod ipſam in uxorem acceperet, earnaliter cognovit: ne ad ſecundam reverſatur, ſub interminatione anathematis inhibeatis, & ſtantes ei licentiam, aliam, ſi voluerit, ducendi uxorem.

E

F

CAP. XIV. *Idem * Cretenſi epiſcopo.*

Significaſti nobis, quod quidam miles in provincia tua uxorem ſuam ſine judicio eccleſiæ & auctoritate dimiſerit, proeo quod iuggeſtum eſt fuerat, ipſam ineeſtum cum quodam conſanguineo ſuo commiſiſſe, & propter hoc vinculo fuit ex-

ANNO CHRISTI 1179.

communicationis adſtrictus. Verum miſter ipſa non conſentit, ſed conſcepit ab alio viro ſuſcepit: nec minus poſtulat viro ſuo reſtitui, aſſerens ſe ab ipſo injuſte fuiſſe dimiſſam. Et quoniam virum materiam adulterandi ſibi dediſſe. Unde quia nos conſuluiſti, utrum mulier ita debeat viro ſuo reſtitui, & vir ad ejus receptionem compelli: fraternitati tuæ præſentibus literis reſpondemus, quod ſi manifeſtum eſt, mulierem ipſam adulterium commiſiſſe poſt dimiſſionem (ſed non idem ſi ante) ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet, niſi conſtaret ipſum eam alia adulterium commiſiſſe.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XV. *Idem Vigornienſi epiſcopo.*

Ad aures noſtras perlatum fuiſſe cognoſcas quod cum quidam parochianus tuus uxorem duxiſſet, ea dimiſſa, aliam, ſciliceſ ei conſanguineam, ſibi copulare præſumpſit, & eam carnali commixtione cognoverit, & ſecum tenere minime dubitavit. Cumque prior mulier ſuper hoc querelam moviſſet, matrimonium ejus denegavit, & ſecundæ copulam profeſſus eſt. Unde cum primum conjugium adverſus eum per teſtes probaretur fuiſſe, quoniam a ſecunda recedere nolebat, ad audientiam noſtram appellavit. Super quo utique præfentiæ tuæ reſpondemus, quod ſi prima mulier & ſecunda, ſe vel prima vel ſecunda ſimul tenere contingat, ex virum facias utraque, cum contradictione & appellatione ceſſante, carere, & ſine ſpe conjugii perpetuo manere. Si vero eas ſecum retinere voluerit, excommunicatus vel ſimul ſete attingere conſtituerit, ſicut ipſum compellas a ſecunda recedere: & de commiſſo pœnitentia ſibi condigna impoſita, eum primum ſuæ uxorem ſuam recipere, & maritali de cetero affectione tractare conſtringas.

CAP. XVI. *Idem Belnacenſi epiſcopo.*

Super hoc quod de latore præſentium tuis literis quæſtionis, an liceat fibi matrimonium cum ea contrahere, quam avunc ſua vivente, fibi de facto copularit in matrimonium: tuæ ſolicitudini duximus reſpondendum, quod ſi adulteria in medium fuerunt aliquid de machinata, ſed iſte ſidem dederit, quod eo deſuncta hanc effet ducturus: ſecundum canones ab ejus conſortio perpetuo prohibetur, & hæc prohibitio perpetuo eſt obſervanda.

CAP. XVII. *Idem archiepiſcopo Senonenſi.*

Porro ſi qui vir & mulier pari conſenſu contraxerint matrimonium, & vir ea incognita, aliam duxerit in uxorem, & eam cognoverit: cogendus eſt eccleſiam dimittere, & ad primam redire. Quia quamvis exinde ſit diverſa quorumdam ſententia, & non eadem conſuetudo eccleſiæ; tutius tamen videtur, ut primam hanc quam ſecundam, cum a primo judicio eccleſiæ ſeparari non debeat, poſtquam cum ea pari voto & conſenſu matrimonium contraxerat, ſtante quamquam mulieri deſponſatæ, & a viro non cognitæ, liceat ad religionem tranſire, aliam tamen non poteſt ducere in uxorem.

CAP. XVIII. *Idem Eberardo Padunano epiſcopo.*

Solicitudini ſedis apoſtolicæ incumbit, ut ſi dubia vel difficilia ad noſtram autem perferantur,

ANNO CHRISTI 1179.

ca debeamus absolvere, & in lucem revocare. A Super eo siquidem unde nos consuluit dilectio tua, quid videlicet servandum sit, & retinendum de multiere, que cum sit uni viro desponsata, ab alio postea desponsatur & cognoscitur: solicitudini tue taliter respondemus, quod licet quatumdam ecclesiarum consuetudo habeat, ut cum secundo viro debeat remanere, conventientias tamen videtur, ut si vir & mulier ad ætatem congrue aptam devenerint, & infra multer desponsata fuerit, quod vir matrimonium sum, & mulier virum in suum recipiat. Licet postea ab alio desponsetur & cognoscatur, debet primo restitui.

CAP. XIX.

De multiere, que est invita tradita viro, & detenta, cum inter vim & vim sit differentia, & utrum pollea consensus intercesserit: quia veritum nobis nil expressilli, inquisitioni tue nil possumus respondere. Illos autem qui propter confanguinitatem prohibentur copulari, & postea contra interdictum ecclesie fele receperint, excommunicationi debet subjacere, donec tandem desperantur, quousque legitime cognoscatur, utrum eorum matrimonium de jure possit & debeat stare.

CAP. XX. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex literis quas super causa matrimonii cujusdam juvenis, R. nomine, & Matie filie Gilleberti de sancto Leodegario, transmisisti, solicitudo nobis innotuit, quam in ipsius negotii exanine fervabi. Quia vero ubertibus partibus veritatem nequivimus plenarie indagare, nec cauſam ipsam ad te remittere, a quo pars multieris ad audientiam noſtram noſcitur appellaſſe: eam venerabilibus fratribus noſtris Wintoniensi, Herefordensi, & Bathoniensi episcopis duximus committendam. Ideoque fraternitati tue per A. S. præſentibus mandamus, quatenus partes adire eorum præſentiam, cum ab eis fuerint evocate, & quod ipſi judicaverint inviolabiliter observare, contradictione & appellatione ceſſante, compellas.

CAP. XXI. *Idem Urbanus M. Canon.*

Cum in apoſtolica ſede, cui licet immeriti præſidemus, magiſterium reſideat totius eccleſiaſticæ diſciplinæ: dignum eſt & conſonum rationi, ut quoties circa negotium eccleſiæ aliquid dubitatum emerſit, ad ipſius deliberationis arbitrium recurratur. Intelleximus ſiquidem quod cum inter villicum de Herneja & uxorem ejus coram te quæſtio matrimonii tractaretur, & producti teſtibus, & eorum examinationibus diligenti examine diſcuſſis, ante publicationem idem villicus reverſus ad propria, publice inter ſe & B uxorem ſuam propoſuit, ſententiam davorſi judicio eccleſiæ eſſe promulgatam: & ſic ſuggeſta omnibus fallitate, quamdam aliam multerem ſibi neſciam, ſibi copulare præſumpſit. Poſtquidem vero ſuper priori matrimonii quæſtione literis a fede apoſtolica impetratis, delegati judices ſententiam divortii protulerunt. Unde quia villicum & multerem quam ſuperinduxerat, pendente lite priori uxori, inviem aſſeris conſentire: tua nos duxit fraternitas conſulendos, utrum tales fint ad matrimonium adſtipiendi. Nos autem auctoritate preſentium tuæ ſolicitudini reſpondemus, quod impoſita ei pœnitentia competenti, & infra ipſius pœnitentiæ tempus earnali commercio interdicto, poſtmodum in maritali copula poterunt remanere. Super eo vero quod a nobis ſimiliter poſtulaſti, utrum ille qui in quamdam multerem conſenſit, ſi paret ejus videlicet ſuum præſtaret aſſenſum, ſi ad conſummandum matrimonium ſit compellendus: non minus reſpondemus, quia cum aſſenſus liber dici non poſſit, qui alieno reſervatur arbitrio & conditioni, ipſum canonica non improbant inſtituta, quæ conſonant honeſtati, niſi voluntas patris poſtmodum interedat, nec quoquam ad contrahendum matrimonium eſt cogendus. Nam ſicut ſolitis recordationis Alexander papa prædeceſſor noſter in ſuis videatur conſultationibus reſpondiſſe, quod deſponſata interpoſita conditione certa, conditione ipſa minime obſervata, ſi conſenſus de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolvi non debent, ſed firmiter obſervari: nequaquam eſt noſtræ diffinitioni contrarium, cui baptiſmo di conſenſus nequaquam ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti evidentius exprimatur, quod in alieno arbitrio non habito, ſed habendo, conſiſtunt, aliam tamen non poteſt ducere uxorem.

CAP. XXII. *Idem Eberardo Padunen.*

C Super eo quod ex literis tuis intelleximus, virum quemdam & multerem de mandato domini utriuſque aſſenſa ſe invicem recepiſſe, nullo ſacerdote præſente, nec adhibita ſolemnitate, quam ſolet Anglicana eccleſia adhibere, & aliam præditam multerem ante earnalem commixtionem ſolemnitate debita recepiſſe: tuæ paternitati duximus taliter reſpondendum, quod ſi primus vir & multer pari conſenſu de præſenti ſeſe receperunt, ipſa debet primo reſtitui, cum nec potuerit, nec debuerit, poſt talem conſenſum alii nubere. Si vero conſenſus talis inter eos non intercefferit ſub verbis illis quæ diximus, nec carnalis copula etiam aſſenſu de futuro præcunte: ſecunda vinculum eam poſtea traduxit atque cognovit, multer ipſa debet relinqui, & ab impetitione prioris abſolvi, injuncta primo pœnitentia de lapſione fidei vel violatione juramenti, ſi dedit fidem vel præſtitit juramentum.

CAP. XXIII. *Idem eidem in eadem epiſtola.*

Sponſam autem alterius, ſi eſt publici aruti proximia, nullus conſanguineorum aliquando ſibi poteſt matrimonio copulare.

CAP. XXIV. *Idem Andrenſi epiſcopo.*

Super eo vero, quod de illa nobis ſignificaſti, qui cum procreare vellet filios, uxori ſue nunquam carnis debitum reddidit vel reddere potuit: inquiſitioni tue taliter reſpondemus, quod diverſa ſunt inde decreta, diverſæ ſententiæ. Sed conſuetudo eſt Romanæ eccleſiæ, in ſimilibus taliter tenere, quod ſi non poteſt eam ſicut uxorem habere, ipſam habeat ſicut ſororem.

CAP. XXV. *Idem abbati ſancti Edmundi, & de Rameſeria.*

Ex parte Emmæ multeris noſtris eſt auribus intimatum, quod Andreas ſibi coram ſacerdote quodam & diacono & aliis, plurisbique tam clericis

ANNO CHRISTI 1179.

ANNO CHRISTI 1179.

ticis quam laicis ad hoc convocatis, juramentum præſtitit, quod ipſa ab eo tempore pro conjuge teneret, & ei ſicut uxori ſue ſtidem ſervaret: ipſa quoque Andreæ præſtito juramento promiſit, ſe illum pro marito habiturum, & fidem ei tanquam proprio viro ſervaturam. Quo facto, dixit ipſe eadem domo cohabitantes, ſibi libertos procreaturum. Precedente vero tempore prædictus Andreas contra juramentum præſtitum præ- nominatam Emmam & filios ex ea procreatos reliquit, & a cohabitatione ejuſdem. Quia igitur nemini licet ex tam manifeſta cauſa fornicationis dimittere, & tunc eam vel ſibi reconciliare debet, aut ipſi vivente conjugere: nec non ſuſtinendus Andreas, qui tam dire fidei ſue fregerit juramenti præſtiti religionem infringat: diſcretioni veſtre per A. S. præſentibus mandamus, quatenus rei veritate diligenter inquiſita, ſi, prout ſuperius dictum eſt, ita eſſe inveneritis, eumdem Andream monaſteriis ſtudioſus, ut ſum faluti conſuleus, & ſuperinduaſta quam habet, prius dimiſſa, ad uxorem ſuam redeat; & eam maritali affectione tractet, & reatum ſuum condigna pœna expiare ſtatgat. Quod ſi commonitioni veſtre acquieſcere forte contemperit, vos eum & ſuperinductam, omni occaſione & appellatione ceſſante, excommunicationis vinculo innodetis, & ulque ad dignam ſatisfactionem præcipatis hominibus, ſicut excommunicatos, cautius evitare.

CAP. XXVI. *Idem Piſtavenſi epiſcopo.*

Ex literis venerabilis fratris noſtri * Sanxonis epiſcopi accepimus, quod cum duo nobiles viri ſui epiſcopatus, VV. feilicet de * Monda, & B. de Mauritania, filios & filias impubeſcentes baberent, & ſpe pacis inter eos retocollidande ita inter ſe conveniſſent, quod filios & filias matuis ſuviere matrimonia fociarent, & hoc tam patres quam filii ſub juramento ſe facturos promiſerunt. Inter quos quidem G. prioris filius, filiam prædicti B. confetsionte patre, ſemel & iterum recipere in uxorem juravit. Cumque ipſo volente ad alia vota migrare, cum epiſcopus ſub diſtrictione anathematis compelleret voluit, ut ſecundum quod juraverat, filiam præfati B. traduceret in uxorem, ipſe ad audientiam noſtram appellavit: & altera parte nuncium ſuum ad nos deſtinante, nec ipſe venit, nec reſponſalem aliquem pro ſe tranſmiſit. Quia igitur periculum G. prædicto exiſtit, contra juramentum ſuum venire, fraternitati veſtre per A. S. præſentibus mandamus, quatenus cum exinde fuerit requiſitus, uxorque partem ante tuam convocet præſentiam, & rationibus hinc inde plenius auditis & agitatis, ſi tibi conſtiterit, quod præfatus G. juramento ſuo firmaſſet, quod filiam memorati B. duceret in uxorem, cum monetas, & auctoritate noſtra diſtricte compellas, ut ipſam, niſi rationabilis cauſa extiterit, in uxorem recipiat, & maritali affectione tractet. Si vero rationabilem cauſam prætendere voluerit, eam cum omni diligentia & ſtudio audias, & ſine cauſonio, appellatione ceſſante decida. Ceterum ſi legitime monitus, judicio tuo parere contemperit: eum & partem ſuam, ſi ſuvere ipſum in ſua malitia præſumpſerit, excommunicationis vinculo adſtringas: & in tota terra ipſorum omnia Divina, præter baptiſma parvulorum & pœnitentias morientium, prohibeas officia celebrari.

CAP. XXVII. *Idem Benedictino papæ Gandenſio patriarchæ.*

Lex Divine conſtitutionis ſedem apoſtolicam in totius potuit orbis terrarum magiſtram: ut quidquid ubique locorum dubitatur, ab ea tandem ratio ejuſdem requiratur. Affatus eſt autem nos ſuis literis ipſius ecclesie ſeſſorem, ac percontatus eſt quidam vir nomine Joannes, pro connubio filie ſue ſuperſtitis, cujus ſoror defuncta, cuidam juveni nomine Stephano, ſimplicitus verbis ſuis deſponſata, & antequam ad nuptias perveneritis, morte præventa: utrum cum eodem juvene poſſit matrimonium celebrari ſuperſtes dicitur, matrimonium, ſide hinc inde corporaliter præſtita, quod vir matrimonii ſue ſororem legitimam de cetero exhiberet, & ipſa reverenter ei ſine contradictione, ſicut viro legitimo, obediret: nihilque deſuit, niſi ſolemnitas illa in facie eccleſie celebranda, que propter tempus Quadrageſime tunc non potuit effectui mancipari. Tempore vero procedente orta ſuſpicione, quod præfatus R. ad alia deferatet vota tranſire, ad examen fuit jam dicti archiepiſcopi cauſa perlata: qui ſub anathematis interminatione poſtulavit, ſicut ex literis ipſius accepimus, ne antequam de præſcripto negotio plene conſtaret, vir ad ſecunda vota tranſiret. Sed ipſe præſcripta prohibitione contempta, filiam Hugonis de Poſſede, Mathildeas nomine, in facie eccleſie ſibi ſolenniter copulavit uxorem. Poſtmodum vero diubus multeribus de viro coram archiepiſcopo conſtitutis, perfatus R. publice confeſſus eſt, ſe

ANNO CHRISTI 1179.

cum Maria, ſicut dictum eſt, publice matrimonium contraxiſſe, & aliam, ſcilicet Mathildem, prava quorundam ſuggeſtione ſeductam, accepiſſe. Maria vero frequenter aſſeruit, quod pater ejus non moverat de voluntate ejus querelam, adjiciens quod inter ipſam & præfatum R. excepta ſola fide de contrahendo matrimonio, nulla obligatio interceſſerat: quam, quia ipſe non ſervaverat, ſervare minime tenebatur: & ideo, quia eam quam ſecundo accepérat, reliquebat. Cum autem præfatum R. tanquam proprium virum reſtitui poſtularet, & archiepiſcopus vellet de primo matrimonio cognoſcere, ob id maxime, quia mulieres diebantur ſeſe conſanguinitate contingere, ac per hoc tam inceſtus quam adulterii vitium timebatur: Maria id apoſtolicæ ſedem appellationis vocem emiſit, & ſeſtum circumciſionis proximæ terminum appellationi præfixit, appellationem vero archiepiſcopo dedens, eidem Mariæ ſub periculo animæ & excommunicationis interminatione diſtrictius interdixit, ne cui nuberet, donec cauſa ipſa coram nobis vel coram delegatis ab apoſtolica ſede poſtulatis, finem debitum ſortiretur. Ipſa tamen de remedio appellationis conſiſa, cuidam alii, VV. nomine, nihil minus nupſit; & propter hoc citata coram archiepiſcopo noluit, propter appellationem ipſum non obtemperare, parere. Cum igitur abſentibus partibus non videretur nobis negotium finiendum, ipſum experientiæ veſtræ, de qua plene confidimus, committentes præfatum R. ad nos remittimus præſentem: quatenus partibus ante præſentiam veſtram convocatis, inquiratis diligentius veritatem: & ſi nihil contra hæc quod impediat, ſe proponat, conſilium qui interpretatum R. & Mariam afferitur præceſſiſſe, fecunda matrimonia inviolabiliter obſervanda, ſublato appellationis diffugio, judicetis. Licet enim contra interdictum ſuum ceſſiſſet ſecunda vota transire pecquaquam deberet: conventionem non videtur, ob id ſolum, ſacramentum conjugii diſſolvatur. Alia enim patea debebat eis imponi, quod contra prohibitionem eccleſiæ hoc fecerunt. Nonis Februarii.

A pore tenuerit, & prolem ex ea ſuſceperit: nunc matrimonium ſum acruſat, dicens in quarto gradu conſanguinitatis eſſe. Ad quod utique conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod ſi præfatus miles mulierem ipſam in facie eccleſiæ duxerit, & longo tempore tenuerit, non debet vox accuſationis ſuæ admitti, niſi perſonæ aliæ & idoneæ apparerent, & merito ſuſpectæ exiſterent, quæ matrimonium ipſum velint & poſſint legitime accuſare: nec heredes perſonæ admitti debent, ſi per viginti vel octodecim annos inimuſ fine quæſtione remanſerint.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XXXI. *Innocentius Wintonienſi epiſcopo.*

B Super eo quod interrogaſti de ſacramento conjugii, breviter reſpondeo: Illam quam diviſti, a patre conjugali eraditam, & ab eo cui tradita fuerat, patri commendatam, donec ſtatura die in domum ſuum ille traduceret: dico quod legitimo conſenſu interveniente, ex eo ſtatim conjunx fuerit, quod ſponſantes, voluntate ſeſe conjugem eſſe conſenſerit, non enim futurum promittebat, ſed preſens confirmabatur. Quapropter quidquid eum alio poſtmodum factum eſt in coitu live in generatione ſpuriis, tanto reprehenſibilius eſt factum, quanto verius primum. Conſtante enim primo, quanto amplius in Deum committitur, tanto magis culpa augetur. His ergo cognitis, facile tibi negotium præſentium latoris tuæ diſcretioni debito fine terminare.

CAP. XXXII. *Idem Caſſinenſi abbati.*

Ex literis tuis ad nos directis accepimus, quod cum quidam fecreto mulierem viduam ſubarraſſet, & cognito eam carnaliter cohabitaſſet: cum ea per annum, Mundualdus virum multieris traxit in cauſam, propoens quod illam in poteſtate ſua poſitam & quaſi formicam ſe cognoviſſet: tunc vir & mulier juramento firmatum, quod ab anno alter in alterius copulam maritalem conſenſerat, & de cetero ſecus vir & mulier ſimul cohabitarant. Cum autem hoc juramento fidem mulieris procuratur habuit, exegit eam publice ſubarrari. Quod cum vir publice ſcire paratus eſſet in conſpectu eccleſiæ, ſurrexerunt duo, proponentes, præfate mulieris conjugem in quinto gradu vel ſexto conſanguinitatis ſeſe contingere: quia pater ejus, qui eam ſubarrare volebat, priorem virum in quarto conſanguinitatis gradu attigerit. Unus autem ita ſe audiviſſe juravit, alius autem id jurare voluit, & ob hoc licet ille præfatam viduam ſubarrare diſſuaſerit, minime tamen ab ejus cohabitatione diſceſſit. Proceſſu vero temporis ad inſtantiam Mundualdi præfatus vir ſuper matrimonium celebravit, & poſtmodum fere per annum cum uxore permanſit. Nunc autem queſtio prima revixit, & juraverunt duo coram archiepiſcopo plebano, velut dicis, quod primus vir fuit in quinto gradu conſanguinitatis patri viri præſentis. Unde quia diverſi diverſa ſentiunt, quid agendum ſit in hoc caſu, meis querit literis edoceri. Quocirca diſcretioni tuæ per hæ Apoſtolicæ ſcripta mandamus, quatenus utram partem ante tuam præſentiam convoces, & facias teſtes coram te jurare, & ſadhuc inquiras, a quibus & quando didicerint quod teſtantur. Si vero poſt motam queſtionem didicerint, non eſt jam diſtum matrimonium diſſolvendum. Similiter nec ſi ab accuſatoribus matrimonii didicerint. Inquiſita vero veritate diligenter, ſi per teſtes circumſpectos & omni exceptione majores inventa-

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XXXIII. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

Præterea hi qui matrimonio contrahendo pure & ſine omni contradictione fidem dederunt, aut juramentum præſtitit, commemendi ſunt diligentius & exhortandi, & omnibus modis inducendi, ut fidem præſtitam vel jũramentum factum obſervent, & ſe, ſicut promiſerunt, conjungant.

PARS VII.

DE POTESTATE JUDICUM delegatorum, & de variis litteris diverſis temporibus impetratis.

CAP. I. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Cum tibi ſit de benignitate ſedis apoſtolicæ indultum, ut cauſas, quas de mandato noſtro idoneis examinandas, vocari tibi perſonis aliis vel pluribus delegare: ſed ab his quibus cauſa fuit per te commiſſa, tas fit litigantibus appellare, ceſſabunt cauſa tibi fuerit à nobis, appellatione ceſſante, commiſſa: accidit interdum, ſi cui tu aſſeris, quod cauſam, quam tibi commiſimus, appellatione poſtpoſita, terminandam, aliorum experientiæ committas audiendam, & appellationem alter litigantium ad tuam, alter ad noſtram audientiam interponat: conſultationi tuæ reſpondemus, quod ei appellationi, quæ ad nos interponitur, eſt omnino deferendum, licet fuerit appellatione remota commiſſa.

CAP. II. *Idem Bathonienſi epiſcopo.*

Quia quæſtionem eſt a nobis ex parte tua, quid faciendum ſit de quæſtionibus, quæ, cum præcipuamus aliqui juſtitiam exhiberi, de his quos diligunt aut tueri volunt, minis & terroribus fuis conquerentes ſilere compellunt, & mandatum noſtrum eludunt: id tibi reſpondemus, quod ſicut agentes & conſentientes pari pœna ſcripturæ teſtimonio puniuntur: ſic tam eos qui trahuntur in cauſam, quam principales fautores eorum, ſi eos manifeſte cognoverit juſtitiam impedire, cenſura eccleſiaſtica poterit coercere.

CAP. III. *Idem Ebroicenſi archiepiſcopo.*

Sane ſi a nobis litteræ primo impetratæ, & aliæ poſtea, non facta mentione priorum litterarum, litteræ impetrentur: ſi judicibus innotuit, donec Romanum poniſicem conſulant, & ſuam exinde plenius cognoſcant voluntatem, executione litterarum debent penitus ſuperſedere, ne pro varietate litterarum, cauſarum fines valeant impediri.

Et hoc jubemus obſervari ab omni adminiſtratore, ut ſi contigerit in ſcriptis noſtram fieri juſſionem ad aliquem, & interea quiſquat ab adminiſtratione, is qui poſt illum ſuſceperit dignitatem, eam recipiat & infinuet. Et ſi quidem privata eſt cauſa, implere eam & ſ aſſequi, quemad-

ANNO CHRISTI 1179.

ris, quod primus vir parrem ſuperſtitis in quinto A modum ad eum pomerierit reſcriptum. Si vero vel ſexto gradu attigerit, non differas ſententiam diverſi promulgare. Atque enim, ut canones dicunt, abſtinendum eſt a conſanguineis uxoris, ac proprii, uſque ad ſextum gradum. Cæterum prudentiam tuam nolumus latere, quod perſonæ idoneæ nominandæ ſunt, & gradus diſtinguendi ab utroque latere & computandi: nec ſunt cauſæ matrimonii tractandæ per quoſlibet, ſed per judices diſcretos, qui poteſtatem habeant judicandi, & ſtatuta ſuper his nequaquam ignorent.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. IV. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

B Cum aliqua cauſa, appellatione remota, committitur, & deinceps ſe fertur iniqua: cum vacuare oporteat, nec eo debet ſtari, ſi manifeſtum conſtet iniquitatem.

CAP. V. *Idem Londonienſi epiſcopo.*

Si pro debilitate tua, vel pro aliqua gravi neceſſitate, tractandis cauſis, quæ tibi ab apoſtolica ſede committuntur, aſſeſſor non poteris libere tibi ſit, aliis perſonis idoneis & diſcretis vices tuas committere, ita quod ſi res tanti eſſ, te conſulere debeant: niſi forte cauſa ita gravis ſint, C quod ſine præſentia tua non poſſint omnino terminari.

CAP. VI. *Idem Pa. Carnotenſi epiſcopo.*

De cauſis quæ inter certum terminum decidendæ committuntur, hoc tuum volumus cognitionem tenere: ut quod nifi citer ab apoſtolico petierit, de communi conſenſu prorogetur, eo tranſacto mandatum expirat. Illi etiam qui pro cauſis tibi commiſſis ad ſtationem tuam venire, aut qui ſuper his judicio parere neglexerint, ſi tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna canonibus exprimatur, eam infligus. Aliquin ipſos, pro delicti qualitate & cauſæ, fecundum arbitrium D tuum punias.

CAP. VII. *Idem Senonenſi archiepiſcopo.*

Præterea ſuper hoc, quod nos conſulere voluiſti, utrum literæ judici delegato, non ordinario, fine literis ad ipſum impetratæ, ſuper excommunicatione vetuiſſet, aut damnare, & non venerit: hoc tibi præſentium authoritate innotefcat, quod quamvis ei cauſa literæ ſimpliciter delegatæ, ſatis poteſt parere authoritate noſtra compellere, & contumaces ſeveritate eccleſiaſtica coercere, etiamſi literæ commiſſionis id non contineant, aut partes mandatum non habeant ut accedant: quia ex eo quod cauſa tibi committitur, ſuper his omnibus quæ ad E cauſam ipſam pertinere noſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.

CAP. VIII. *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Quamvis ſimus multiplicitate negotiorum impliciti, & gravibus diverſiſque ſolicitudinibus occupati: nos tamen cogit præter commune debitum tua fraternitas, & dilectio qua perſonam tuam diligimus, tuis conſultationibus reſpondere, ne videamur indiſcuſſa reliquere, quæ nobis enodanda tua voluit dilectio præſentare. Innotefcat itaque ſolicitudini tuæ, quod judex a nobis dele-

ANNO CHRISTI 1179.

delegatus causam sibi commissam potest alii vel A pluribus delegare, aut totam audiendam & terminandam, aut etiam ut audiant rationes, & allegationes & attestationes recipiant, & sententiam sibi ferrent, vel ut horum aliquid faciant tantum juxta voluntatem & beneplacitum delegantis: quamquam non possit eamdem causam alii, appellatione postposita, delegare: est tamen sibi, appellatione remota, commissa. Si vero diuturnitas committitur, etiam si non apponatur, ut unus sine altero in ea procedat: nihilominus unus ex ipsis, sive fuerit conjudex, sive alii, vicet sua in hac parte committere potest.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem.*

Ceterum si qui ad judices super aliqua causa ab apostolica sede litteras commissarias impetrent alii judicibus forte committi, nisi de commissione prioribus facta in litteris commissionis, quas aliis delegantur, mentio fiat: nihilo minus priores judices in cognitione ac causæ decisione procedere debent, nec eorundem litteræ super eadem causa taliter impetratæ, alicujus roboris firmitatem habere possunt. Si vero in secundis litteris habeatur mentio de commissione prioribus judicibus facta: prædicta causa, priorum est exemplata judicio, cum eadem non sint tacita veritate impetratæ. Verum si præcentibus partibus, de ipsarum consensu coliibet causa committitur, & processu temporis, unus ex pluribus, alterutra partium, altera nesciente, causam ipsam tacita veritate de priore commissione facta, impetravit, committi: non impetrans in ea, qui tali dolo & fraude adversarium cogit laborare, in expensis condemnari debet,

CAP. X. *Idem eidem in eadem.*

Sententiam a delegato judice latam, si ad mandatum ipsius judicis diocesanus episcopus executioni mandare negligerit: is qui ex delegatione Romani pontificis sententiam tulit, cum executioni mandandi plenam & liberam habeat facultatem.

CAP. XI. *Idem Norwicensi episcopo.*

Significasti nobis per litteras tuas, quod interdum a judice delegato fructus super aliqua causa fertur sententia, cum ordinarius judex eam ad mandatum ipsius nolit executioni mandare, vel alias resistentibus effectui mancipare non possit. Super hoc autem consultationi tuæ taliter respondemus: quod si ordinarius judex ad mandatum judicis a nobis delegati, non vult aut non potest, aliis resistentibus, sententiam ab eo latam effectui mancipare, delegatus judex causam authoritate sibi commissa potest executioni mandare: & si quis sibi restiterit, cum ecclesiastica censura coercere.

CAP. XII. *Idem eidem* * *in c.*

Si quando vero clericis eorum judice delegato prælatos ecclesiarum super ecclesiis quas tenent, in curiam traxerint, & coram eodem judice transactione vel alio modo ecclesias obtinuerint, in quibus certum sit eos institutionem canonicam nullatenus habuisse, nec possessionem etiam corporalem: ordinarius judex non debet delegati judicis mandato resistere, vel sedere, sed apud ipsum instare, ut differat illum in possessionem mittere, donec nobis rei veritas innotescat.

CAP. XIII. *Idem Herefordensi episcopo.*

Intelleximus ex tua fraternitatis relatu, quod quandoque impetrantur a nobis litteræ, certam causam habentes ad te & ad alios, aliquando per suggestionem falsitatis, aliquando per suppressionem veritatis. Unde a nobis consilium postulasti, utrum tenendum formam, aut secundum rigorem justitiæ, tune debeas in ipsa causa procedere. Super quo discretioni tuæ tale damus responsum: quod si litteræ nostræ ad te directæ formam expressam habuerint, & cognoveris eas per suggestionem falsitatis & per suppressionem veritatis cum tali forma impetratas fuisse: tunc non secundum formam in eis expressam, sed secundum rigorem justitiæ, in causa ipsa fine personarum acceptione procedas.

CAP. XIV. *Idem.*

Si autem iis infra certum terminum præcipitur decidi, non potest negotium ultra præfinitum terminum, nisi communi consensu partium, prorogari. Verum si judex delegatus aliter fecerit, & fines mandati excesserit: ejus jurisdictionem non est debitum expirare.

CAP. XV. *Idem Londoniensi & Wigorniensi episcopis.*

Pervenerat ad nos ex parte R. sponsi presbyteri, quod cum ad vos olim literas nostras attulisset, quod si vobis constaret eum per vim T. clerici, muto regio cooperante, ecclesiam de Gitesbergia, quam se asserit per xx. annos pacifice possedisse, jampridem juramento præstito refutasse, eamdem ecclesiam ei restituere. Prædictus vero T. alias literas a nobis postmodum impetratas, ad alios judices super eodem negotio reportat, & de causa ipsa fub vestro non fuit examine terminata. Mandamus itaque fraternitati vestræ atque prudentiæ, quatenus non obstantibus literarum a memorato T. posterius impetratis, nisi ibi contineatur * expressum, quod causam ipsam vestro judicio subtraxerimus, utrumque partem ante vos convocetis, & eidem causæ juxta tenorem alterarum literarum nostrarum, sublato appellationis remedio, non differatis debitum finem imponere.

CAP. XVI. *Idem* * *Lexoviensi archiepiscopo.*

In litteris quas tua nobis destinavit fraternitas, quæstiones quasdam inseruisti, super quibus solutionem tibi a nobis postulas exhiberi: quarum siquidem una est, scilicet, usque ad quod tempus judex delegatus se possit interponere, ut literæ rei judicatæ vel transactioni. Super quo utique paternitati * tuæ taliter respondemus, quod ex quo judex delegatus per le aut per alium, si potuit, executioni mandaverit, vel pro le petierit mandari, ejus authoritas & jurisdictio cessat, quia semel functus est officio suo.

CAP. XVII. *Idem abbati sancti Albani.*

Consultationibus singulorum ex ministerio suscepte servitutis cogimur respondere, ut si quid dubietatis vel quæstionis in mentem alicujus emerserit, ab ecclesia Romana solvatur, quæ inter alias, diligentie Domino, obtinere meruit principatum. Quæstum est siquidem a vobis, ut si quis ecclesia vel possessione aliqua se asserverant absque

absque judicio & causa rationabili spoliatum, & A a nobis ad judices literas obtinuerit, ut infra certum tempus restituatur sibi possessio; si constiterit judici, eum esse taliter spoliatum, possesso debeat restitui, eum in qua tenet ecclesiam, vel postquam ipse requisivit, antequam de literis aliquid mentio fieret, studiorum, peregrinationis, vel alia hujusmodi causa se absentaverit, num ipsa præfixum tempus judici possit ipsum præsentium exhibere. Super quo itaque inquisitioni tuæ taliter respondemus: quod nec debet, nec potest testimonium habere, quamvis paratus sit coram judice delegato testibus idoneis possessionem & detentionem suam probare: nisi is qui possidet, testimonium proponere. Ipsius vero jurisdictio sua: quia sine consensu utriusque partis, non licet judici terminum prorogare aliquantum præfixum a delegatore.

CAP. XVIII. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Ex parte venerabilis fratris nostri Coventrensis episcopi, auribus nostris est insinuatum, quod cum de causa quæ inter G. & F. clericum super prebenda de Nortona diligenter cognovisset, & eidem G. secundum tenorem litterarum nostrarum, ja quibus continebatur, quod si constaret prædictum F. de perjurio esse convictum, & pertuo illi prebenda tenuisse, ab eadem prebenda, appellatione cessante, amoveretur. Eoque cognito & probato, eum præfatam prebendam G. adjudicasset, prædictus F. in vocem appellationis prorupit, & ad nos veniens, secundum hunc tenorem literas reportavit, quod ei præcise & absque causæ cognitione restitueremus, & ipsum qui post appellationem eum prebenda spoliavit, authoritate alicui beneficium auferendi, appellatione cessante, privares, donec per se vel per nuncium aut per literas suas satisfaceret, ad sedem apostolicam accederet, & prænominatum G. si eumdem F. super jam dicta prebenda perfamere molestare, vinculo excommunicationis usque ad dignam satisfactionem astringeremus. Unde quia non cognimus nos ita præcise scripsisse, & si taliter scripsimus, hoc ex omnia occupatione contigit, & in hujusmodi literis intelligenda est conditio, etiamsi non apponatur, si præces veritate niteatur, fraternitati vestræ taliter, &c. quatenus absque tenore litterarum, quas prædicto clerico direximus, si inveneris quod secundum prædictum modum ei scripsimus, & in literis quas præfatus F. reportavit, non fuit habita mentio priorum litterarum, sententiam prefati episcopi, omni contradictione & appellatione cessante, confirmes, & prædictum F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentium nostram venire compellas.

CAP. XIX. *Idem* * *Exoniensi episcopo.*

Ad hec cum aliquis nimis prolixum terminum fux appellationi præfixit, judex potestatem habet competenti modo abbreviandi: & si in termino de tempore abbreviando competenter fuerit appellationem non fuerit prosecutus, nec canonicam excusationem pretenderit: sententia, si lata est, tenet. Quod si lata non est, judex appellantem, appellatione cessante, potest compellere infra terminum statutum appellationem prosequi, vel coram se judicio stare.

CAP. XX. *Idem Cantuariensi episcopo.*

Sane quia non in primis consulere voluisti, quatenus a nobis judex delegatus episcopum, qui ea non subesit, ad absolvendum vel faciendum compellere debeat, cum causam, quæ inter episcopum & clericum vel laicum vertitur, a mandato nostro fuisse cognitam terminandam: & tue quæstioni damus responsum: quod judex a nobis delegatus, vices nostras gerit, unde in causis illa est superior & major illis, quorum causas suscipit terminandas. Ideo si episcopus pro alia persona, que non sit de jurisdictione illius, in causis quas illi delegamus, tebellis aut contumax fuerit, potestate vel jurisdictione vel auctoritate facti, poterit vel iudebit vel suspendendo sententia a judice delegato compelli: ita quod judex secundum negotii qualitatem temperate procedens, episcopo vel ingressum ecclesiarum, vel celebrandi officium interdicat, aut etiam terram illius, que ad jurisdictionem suam specialiter pertinet, interdicto supponat. De testibus autem non habemus in latis canonibus, quod cogendi sint, sed ad dandum dicti, cum causæ veritatem, sicut dicere fallum, mortale deputetur sepe delictum. Quæstioni vero &c. in illegal. quam facis, utrum appellationis illius fit defendum, qui, sicut mos est, præstito juramento absolvi inhibetur, si antequam aliquid ei mandatum est, appellet, vel si mandato recepto, causa difficili appellet taliter episcopo denuncians: quod postquam juraverit, appellationi ejus, que juramento derogat, penitus non est in aliquo deferendum: sed ratione mandati examinetur reducendus sententiam, que, donec mandatum susceperit, & susceptum pro posse suo fuerit executus, debet firmiter observari.

CAP. XXI. *Idem Eboracensi archiepiscopo, & Coventrensi episcopo.*

Ex parte N. capellani nobis innotuit, quod cum ad te frater * Conventren. literas impetrasset, ut ei archidiaconatum, quem in ecclesia primo vacaute conferres, & quidam ex adversariis ejus aliis ante, frater Eboracensis, litteras, sicut dicitur, impetravit, nulla de prioribus habita mentione: ut si a quocumque ejus archidiaconatum, quem habebat in jam dicta ecclesia, vellet omnino dimittere, ipsum ei faceres assignari. Quoniam igitur si memores fuissemus, non præfato N. literas nostras jam præditimus, directis, pro adverlario ejus nullatenus scripsissemus, nolentes literas nostras, quas pro eodem N. minime, occasione aliqua effectu carere: fraternitati tue, &c. quatenus præscriptum episcopum admoneas, ut præfato N. archidiaconatum ecclesiæ fux, si vacet, juxta promissum suum assignet, non obstantibus literis, quas ille adversarius ejus postmodum fuerint, tacita veritate, impetrarat.

CAP. XXII. *Idem Lucius tertius Cantuariensi archiepiscopo, & ejus suffraganeis.*

Relatum est ex parte vestra, quod licet in commissionibus a sancte recordationis Alexandro papa tertio prædecessore nostro factis, fuerit appellationis remedium amotum: altera tamen partium, sive sis fuerit contrellata, sive non, exsiparte mandatum mutte mandatoris allegat: ideoque negotiis omnibus postpositis, in subsequo mandatum apostolicum expectatis. Nos igitur consultationibus vestris pejlenium authoritate respondemus, quod si iis contellata fuerit ante obitum

ANNO CHRISTI 1179.

obirum prædecessoris nostri, mandatum in morte mandatoris nullatenus exspirarit. Si vero ante litem contestatam decesserit, non erit in eo casu judicibus quos delegaverat, ex delegatione hujusmodi procedendum, etiamsi ab eis minime fuerit appellatum. Poterit ergo in eo casu, appellatione cessante, procedi, in quo ante mortem mandatoris lis fuerit per conquestionem & responsionem partium contestata. Ubi autem mors mandatoris, lite contestata, præcesserit, penitus subsistatur, sive fuerit, sive non fuerit appellationis obstaculum interjectum.

PARS VIII.

DE TESTIBUS COGENDIS vel non.

CAP. I. *Idem Alexander.*

CUM super causis quæ vertitur inter venerabiles fratres nostros Prænestinum episcopum, & dilectum filium nostrum abbatem, sit testimonium veritum necessarium, & veritati contingat præsentium authoritate vobis præcipimus, quatenus quarta feria proximæ hebdomadæ perhibituri testimonium veritati, omni occasione & excusatione cessante, vos apostolico conspectui præsentetis. Si vero tunc non venerint, desisti ab officio & beneficio apostolica authoritate vos suspendimus: & si non sic venerittis, excommunicationis sententiam poteritis formidare.

CAP. II. *Idem Cupnano episcopo, & abbati sanctæ Luciæ, & priori sanctæ Crucis.*

Causam quæ inter N. & O. monachos super electione de utroque facta in monasterio diutius est agitata, experientiæ vestræ committimus audiendam, & appellatione remota, fine debito terminandam. Ideoque dilectioni vestræ, &c. quatenus partes ante præsentiam vestram convocetis, & susceptis attestationibus utriusque partis, quæ ab aliis judicibus sunt receptæ, testes alios, si qui idonei sunt, admittentes, nisi attestationes ipsæ fint publicatæ, & rationibus hinc inde auditis diligenter & cognitis, causam ipsam, sublato appellationis remedio, fine debito terminetis.

CAP. III. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo, & R. Wigorniensi episcopo.*

Cum nuncios canonicorum de Pleinteim, & nuncius Joelis militis, &c. *Et infra*: Præterea non lateat prudentiam vestram, quod præfati canonici non sunt a ferendo testimonio super proprio negotio ecclesiæ suæ repellendi, nisi alia rationabilis causa impediat.

CAP. IV. *Idem Turonensi archiepiscopo.*

Super eo quod quæsivisti a nobis, utrum testes illi sint reprobandi in causa criminali vel civili, quibus ab adverfa parte crimina opponuntur, tua prudentia respondeneus: quod si etiam aut non fint convicti aut confessi de criminibus illis, dummodo inde communicantur, non debent admitti.

CAP. V. *Idem Wigornensi episcopo.*

Scripta vero authentica, si testes inscripti decesserint, nisi forte per manum publicam fuerint facta, ita quod publica appareant, aut figillum authenticum habuerint, per quod possint probari, non videntur nobis aliquatenus admittenda.

CAP. VI. *Idem Wigorniensi episcopo, in capite, Suggestum.*

Porro si quis crimen obiecit testi qui contra ipsum profert testimonium, ut in civilibus causis repellere possit, eodem modo "afferendo testimonium audiendus est. Esti crimen civiliter probare poterit, ad testimonium contra ipsum ferendum non est aliquatenus audiendus: sed propter hoc non debet puniri. Quemlibet autem ad perhibendum testimonium veritati, Romana ecclesia minime cogere consuevit.

CAP. VII. *Idem Bononiensi episcopo.*

Super eo quod certificari desideras, an si aliquis de aliquo facto manifesto ante judicem conveniatur, hi qui facto interfuerint, cogendi sint ad perendum testimonium veritati: prudentiæ tuæ volumus innotescere, quod si factum est manifestum, non eget testium depositionibus declarari: cum manifesta, sicut tua non ignorat discretio, probationem vel ordinem judiciarium non requirant. Unde si manifestum non est, & is qui convenitur, factum negavit, testes qui interfuerunt facto, ex confitendine Romanæ ecclesiæ monendi sunt, non cogendi, ad testimonium ferendum veritati: nisi forte timore adversæ partis contrarii, judicia ferendo testimonio revocari, licet de rigore humani juris ad hoc forte possint compelli. Si vero prebyter vel clericus alius aliquem laicum de rebus suis vel ecclesiæ impetierit, & laicus tes ipsa non esse ecclesiæ vel presbyteri, aut clericî, qui eum exinde impetit, sed suas proprias affeverat: laicus ipse debet de rigore juris super hoc ad forensie judicium trahi, cum actor semper forum rei sequatur, licet in pluribus partibus aliter de consuetudine stat.

CAP. VIII. *Idem Salernitano archiepiscopo, Pars capituli*, Licet pater.

De cetero laicos in accusationem vel testimonium contra clericum in criminali causa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius edocet: nisi forte sum vel eorum injuriam perfequatur. Nec tunc etiam ad testimonium, sed ad accusationem possunt admitti.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem epistola.*

In causis ecclesiasticis vel civilibus utra teriam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam folemnitate, quæ in legibus invenitur expressa: & super dictis testium, cum fuerint publicata, poterit publice disputari.

CAP. X. *Idem præposito & canonicis Eboracensis ecclesiæ.*

Cum tu, fili præpositе, cum quibusdam canonicis suis, & frater noster venerabilis archiepiscopus, pro causa que inter vos & ipsum vertebatur, in nostra esteris presentia constituti, archiepiscopo asserente, quod vos ante appellationem excommunicasset, & postulante sententiam suam confirmari: e contra propositis, quod post appellationem, in vos sententiam excommunicationis protulisset, & ob hoc duxisti nullius

ANNO CHRISTI 1179.

lius momenti fuisse: adjecistis etiam tam tu, & quam altera pars, quod testes fuerunt hinc inde producti, & attestationes eorum receptæ. Nos autem auditis & cognitis rationibus & allegationibus utriusque partis, & attestationibus inspectis diligenter, cum constaret vestros testes juraste, quod post appellationem sententia in vos lata fuisset; & testes archiepiscopi juramento confirmassent, quod ante appellationem sententiam in vos latam: dicta testium benigne interpretari, ac providere voluimus, ne de perjurii reatu notentur: quia utrumque verum esse potuit, quod post primam appellationem & ante secundam sententia lata fuerit: de communi consilio fratrum, eandem sententiam denunciamus & decernimus non tenere. Ut autem hic nollræ diffinitionis, &c.

CAP. XI. *Idem Rotomagensi archiepiscopo.*

Transmisse nobis litteræ tuæ continebant, quod cum Nicolaus Sagantinus ufque ad juventutem puerum quendam nutrivisset, uxore sua nondum matrimonio desponsata cum eo cohabitante, postmodum ipsam, sicut creditur, legitime desponsavit, & de ipsa filios fuscitit. Quibus paternam hæreditatem petentibus, præditus juvenis contradicit, dicens se filium & hæredem, quamvis a vicinia, quæ ipsum filium eorum credebant, fuerius diceretur. Præditus vero Nicolaus & uxor ejus Mathildis, præfatum juvenem spuriem fum ac aut legitimum filium omnino negabant: sed dicebant quod pietatis intuitu eum nutrivisset. Cum autem quæstio coram te mota esset, & præditus juvenis pro eo quod jus sure habebat, vinculo excommunicationis fit adstrictus: quid de hoc agere debeas, nos consulere voluisti. Super quo itaque consultationi tuæ taliter respondemus: quod in tali casu standum est verbo viri & mulieris, nisi certis indiciis & testibus prædictum juvenem tibi constiterit eorum esse filium.

CAP. XII. *Idem Placentino episcopo.*

Fraternitatis tuæ litteris nos consuluisti, utrum novi testes super quæstione judicata, in qua testibus renunciatum fore ex utraque parte conftat, fint recipiendi: & utrum testibus in prima causa receptis, præter causam appellationis licear aliquid novi proponere per quæstionibus judicatis. Licet igitur nobis ex his non plene innotuerit; utrum testes super eisdem vel novis capitulis a partibus defideranter inducti: quia tamen jurisprudentium copiam non habebant, nos super hoc consulere voluisti: hoc tibi duximus respondendum, quod si in prædicta causa contigerit emergere capitula, super quibus aliqua partium voluerit novos testes inducere, vel per jam receptos aliquid comprobare, eos credimus super novis dumtaxat capitulis, fraternitatem tuam posse recipere, receptis prius ab ipsis fecundum formam recipiendorum testium juramentis.

CAP. XIII. *Idem "Exoniensi episcopo & abbati sancti Albani.*

Innotuit nobis R. quod VV. clericus capellanum ejus & alios quamplures de testibus fuis juramento adstrinxit: quod nec testimonium, vel confilium, vel auxilium eidem R. contra ipsum præberent. Ideo publica authoritate vobis injungimus, ut fi testimonium illorum publicatum non est, & non est abrenunciatum testibus, eos qui sunt juramento adstricti, & alios, si necesse fuerit, idoneos, quos ipse in testimonium produxerit, recipere non postponatis.

CAP. XIV. *Idem decano Cicestrensi:*

Litteras "Exoniensis episcopi fuscepimus, continentes quod cum VV. clericus ad præsentium Willelmi nobilis viri accessisset, orans & fupplicans, ut ne personam ipsum ecclesiæ admitteret, quidam clericus E. nomine, in eadem inventus est minisstrare, dicens se a bonæ memoriæ R. prædecessore fuo legitime institutum. VV. vero objicebat, etiamsi fcta fuit inflitutio, prædictum E. non posse initi, quia capellano dominî perfonatum renunciavit, & fub annua penfione ab illo tanquam a perfona vicariam recepit, & fic poft obitum illius ecclefiam vacare affeveravit. Sed quia verisimilitudinem non habet, quod prædictus E. perfonatum ecclesiæ præbitur capellano præmoniati R. ceflerit, & ab eo ipfius ecclefiæ vicariam acceperit: prædeas attestatio, ut memorati VV. super hoc probationem recipias, nisi hoc communis fama loci habeat, vel tales perfonæ appareant, de quibus verifimile fit quod debeant dejerare: quoniam fæpe contingit, quod teftes corrupti precio facile inveniantur ad falfam teftimonium profereudum.

CAP. XV. *Idem abbati & fratribus monasterii sancti Michaelis de Maurea.*

Causam quæ vertitur inter vos & dilectos filios noftros plebanum & clericos plebis fanctæ Mariæ de "Maurara, jampridem filii sn. "Volterrano archiepiscopo & abbati de Spongia commissimus, appellatione remota, fine debito terminandam. Quocirca discretioni vestræ per hæc literas præsentia eifet conflictura, & teftes effent hinc inde recepti, & eis ab utraque parte renunciatum, & attestationes utriusque partis publicatæ: quodiam privilegium nuper a nobis impetratum in medium protulistis, afferentes vos quædam alia munimenta a nobis impetrasse, quæ rationes prædicte plebis obfcurare & impedire videntur, quod cauſa ipſa nondum potuit terminari. Quia vero folicitudini noftræ incumbit, utrique ecclesiæ jura fua conferuare integra, ac litibus & contentionibus finem imponere: judicibus ipsis præcipiendo mandamus, ut partes ante fuam præsentiam convocent, & fuper aliis capitulis, fi qua fint, ab his fuper quibus teftes funt recepti, & eorum attestationes publicatæ, rationes diligenter hinc inde audiant, & teftes, fi qui idonei fuerint, recipiant, & in illis capitulis nuper per nuncios veftros a nobis impetratis, quæ continentur in privilegio noftro, vel in aliis litteris quas vobis indulfimus, poftquam cauſam ipſam eidem commiſimus, a prædicte cauſa impedimentum præſtantibus, concordia vel juſtitia mediante, decidant. Et quia venerabilis frater noſter Florentinus epiſcopus per fuas litteras nobis intimavit, quædam capitula privilegio noſtro, quod monaſterio veſtro super indulſimus, eſſe inſerta, quæ obvia rationi videntur: per præſentia ſcripta vobis præcipimus, mandantes, quatenus privilegium illud, ſicut gratiam ſancti Petri & noſtram caram habetis, cum nuncio veſtro, qui ad nos ſecure eum eodem veniat, dilatione & occaſione ceſſante, nobis remittatis.

CAP.

ANNO CHRISTE 1179.

CAP. XVI. *Idem * Exoniensis & Wigorniensis episcopis.*

Testes, quos R. clericos vel laicos vobis nominaverit, monetatis, & si opus fuerit, authoritate apostolica compellatis ad perhibendum testimonium veritati.

CAP. XVII. *Eugenius tertius.*

Quoties aliqui separantur propter cognationem propinquitatis, vel consanguinitatis, tribus testibus adhibitis affirmari debet, qui de eadem consanguinitate superfuni: vel a duobus, vel tribus testibus fenioribus & melioribus ejusdem loci probari debet. Probatio autem testium debet fieri B duplici juramento. Testes enim debent jurare, se neque privato odio vel amicitia, neque pro auro, neque pro aliquo commercio quod habuerint, vel habituri sint, ad hoc juramentum esse inductos. Postea debent jurare, sicut ipsi dicunt, se de vera veritatem accepisse a majoribus suis, & ita esse.

CAP. XVIII. *Idem priori & fratribus sanctæ Trinitatis Londoniis.*

Insuper etiam authoritate nostra statuimus, ut sicut vobis in canis ecclesiæ vestræ testimonium ferre, dummodo unus, & hic quidem ab agendum & respondendum instituantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores vel responsa- C les sunt infitiati, debet admitti.

CAP. XIX. *Idem * Exoniensi & Wigorniensi episcopis.*

Ad hoc quod prædicti clerici fidei præstæ authenticæ non habent, quibus muniti possint, præsentium vobis significatione mandamus, ut omnes illos clericos, sive laicos, quos illi clerici nominaverint, moneatis, ut ea veritatem & quæ super ipsa fama noverunt, coram vobis aperiant: non etiam gratia vel timore alicujus, vel odio, in fine salutis periculum reticere præsumant.

CAP. XX. *Idem Cantuariensi archiepiscopo, & D Cicestrensi episcopo.*

Retulit nobis A. presbyter, quod cum nimia pauperate laboraret, & quidam ex eis qui pro eo testimonium ferre deberent, super causa quæ vertitur inter eum & advertarium suos de ecclesia de * Bertonensis fanio fuerint & etate confecti, & a vestris partibus valde remoti, eos vestro conspectui præsentare non possit. Quia igitur solicitudini nostræ incumbit, litibus & contentionibus finem imponere, & unicuique jura sua integra & illibata servare: præsentibus mandamus, quatenus, si ita est, aliquos prudentes viros & honestos, de quibus plenius confidatis, ad partes illas, ubi est ecclesia super qua controversia vertitur, mittatis, qui testes idoneos ab utraque parte producitos, appellatione remota, suscipiant: & eorum depositiones diligenter conscriptas vobis reportantes, sub sigillis vestris clausas, ut secundum tenorem earumdem attestationum causam terminare possitis.

CAP. XXI. *Idem Lucius tertius.*

Constitutus in præsentia nostra P. diaconus de Buchan, nobis sua attestione monstravit. *Et infra.* Præterea illud nobis non modicam admirationem adduxit, quod purgationem oblatam accipere noluisti, nisi prius commendasses nomina singulorum, qui jam dictum P. purgare voluerunt, & de majoribus & ceteris prius inquireres diligenter, tanquam esses ordinationes factorus. Utinam fic discretes ordinandos. Sane in purgationibus faciendis etam satis sit, ut illi qui pro jurando exhibent juramentum, si secundum propriam conscientiam & opinionem juraverint, quod purgandus, si a crimine immunis, & bonum exhibuit juramentum: si autem ea quæ in ecclesia tolerentur, & sint bene fama in suis ordinibus ministrantes, nec in judicio pro crimine condemnati, procul dubio sunt absque ulla indagine admittendi.

CAP. XXII. *Idem Herefordensi episcopo, & abbati de Forde.*

Ex parte A. clerici ad nos est querela perlata, quod cum ipse ecclesiam de * Calumptum canonice fuisset adeptus, & eam viginti quinque annis & amplius possedisset, mulier quædam H. nomine, ipsum eande gravibus molestiis & injuriis laceslivit, & tandem tacito quod laicus erat, ad * Tofenfeu episcopum & abatem de Ferreriam literas nostras apportavit: quod si prædictus A. fi- lius esset illius qui proximo in eadem ecclesia ministravit, & jure hæreditario eam teneret, vel quod publice fornicatrium haberet, a prædicta ecclesia prorsus amoveretur. Tandem vero cum idem miles per interpositam personam * perfuram A. presbyterum coram prædictis judicibus traxisset in causam, quosdam laicos infames & notabiles produxisse dicitur ad testimonium perhibendum, quod videlicet memoratus presbyter, filius illius sacerdotis filius, ipse, qui proximo in ecclesia ipsa ministraverat. Licet etiam prædictus A. presbyter allegaret illos testes non esse recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones & raptores erant manifesti, quidam vero in alia causa literarum conscii de perjurio, & se constanter diceret hoc probaturum: nihilominus tamen præfati judices talibus testibus partis adverse receptis, eidem presbytero, etiam post appellationem, quam se super hoc interposuisse proponit, reo absente, præscripturn ajudicavernnt ecclesiam, quam nunc præfati militis dapiferi filius detinet occupatam. Quoniam igitur de vobis fatis plene confidimus, causam ipsam discretioni vestræ duximus committendam: præsentium authoritate vobis præcipiendo mandantes, quatenus partibus ante vos convocatis, super hoc rei veritatem diligenter inquiratis; & si vobis constiterit, quod prædictus presbyter non fuerit legitime per testes idoneos propositos ecclesia spoliatus, eumdem judicum sententia, literis etiam confirmationis, si quæ sunt super eadem ecclesia impetrate, non obstantibus, ecclesiam illam pepossidere A. presbytero, contradictione & appellatione cessante, restituatis, ipsumque de cetero non permittatis exinde a fupradicto milite, vel ab eo qui ipsam ecclesiam tenet, molestari. Si vero res aliter se habet, nihilominus causam audiatis, & fine debito terminetis. Testes autem si quos idem A. in fuj affertionis testimonium invocaverit, ut coram vobis super his testimonium perhibeant veritati, monere curetis, & diligenter inducere Divino intuitu & amore juftitiæ, ut coram vobis testimonium perhibeant veritati, nec quidquam exinde in fuæ salutis periculum retinere præsumant.

CAP.

ANNO CHRISTE 1179.

CAP. XXIII. *Idem B. * Exoniensi episcopo.*

Pervenit ad audientiam nostram, quod Hugo de Kalega & M. uxor ejus, in tali funt linea consanguinitatis conjuncti, quod nullo modo poffunt legitime insimul commorari. Unde quoniam ad hoc magna est discretio adhibenda, fraternitati tuæ, *&c.* quatenus si aliqui apparuerint, qui poffint & velint ipsum matrimonium legitime impugnare, utraque parte ante præsentiam tuam convocata, quanto tempore cohabitaverint, diligenter de duobus perquiras, & utrum tempore quo conjuncti fuerunt, accufatores filmerint, & eos conjungi debere cognoverint, solliete investiges. Quod si illos tempore conjunctionis noscerint & fimiliter confiterit, de cetero grave ef- B fet eos audiri. Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum copulatos, conjunctos relinquere, quam conjunctos quoslibet legitime, contra statuta Domini separare. Si vero matrimonium ipsum receteret est contractum, vel notitiam ejus tempore contractus ad accufatores non pervenisse constiterit: fama vicinæ & perfonarum folicite perscrutata causam audias, & eam fine cæpo- nec hujusmodi appellationem ducimus admittendam.

CAP. III. *Idem Cantuariensi archiepiscopo.*

Quod vero quæviitis, an debeat appellationi deferri, ubi fab ejus præsentia nonnulle adulteriurn vel aliud crimen committendum: confiitationi tue taliter respondemus, quod abi notorium est crimen vel adulterium, fi appellatio- ni deferretur, deferri non debet. Nolumus enim incestus vel. adulterii matrimonia aliquibus miniftrare.

CAP. IV. *Idem abbati sancti Petri de * Divæ.*

Ad noftram audientiam noveris perveniffe, quod fi quando fubditor tuos vis pro fuis excellibus, fecundum regulam fancti Benedicti & inftitutionem tui ordinis, corrigere & caftigare: ipfi, ut liberius malitiam fuam exercere valeant, ad remedium appellationis confugiunt. Quia vero appellationis remedium non ideo fuit inventum, ut alicui a religionis & ordinis obfervantia exorbitanti debeat in tui malitia patrocinium exhibere: difcretioni tue taliter, *&c.* quatenus fi quando quilibet fubditorum tuorum, ne ipfum pro fuis excellibus corrigas & caftiges, ad remedium appellationis convolaverit, non ideo minus eum juxta tenorem mandati, quod in fcripta regula continetur, & inftitutionem ordinis tui corrigas.

CAP. V. *Idem Norwicensi episcopo.*

Perfonas eccleſiarum in tua diœceſi conſiſtentium, ita tuis & dominorum fundi authenticis ſcriptis præmunitas, ut eum aliquem illorum deedere forte contigerit, decedentis filius, vel vicarius, ſeu aliis quilibet, perſonatum eccleſiæ vacantis vite illius poſſeſſorem, ad vitam præcludere aliqua calliditate non poſſit. Quod ſi aliquis talium, fruſtratorie dilationis cauſa ad audientiam noſtram appellaverit, & appellationi ſue poſitum terminum præfixerit: ſi ei terminum, infra quem poſſit eedem apoſtolicum conveenienter adire, aſſignaverit; & ſi ad illam veniendi copetenſpcit, tu illum ex tunc judicio tuo ſeper his que in queſtione verſuntur, ſine contradictione aliqua ſtare, omni excuſatione & appellatione ceſſante, diſtringere compellas. Si autem quiſquam appellationi ſue congruentem terminum præfigat, nec tamen cauſam ad diem appellationis fuerit profecutus: ipſum nihilominus exire ſententiæ tue, ſecut de alia dicimus, appellatione remota, patere conſtringas. Verum ſi coram te, vel alio quolibet, hujuſmodi negotia ventilentur: nolumus ut morbo corporali laborantes, ſi certum ſit, aut legitime poſſint convinci fuper his, ſi ab alterutra parte addudi fuerint, in teſtimonium recipiantur.

Y CAP.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. VI. *Idem H. Remensi archiepiscopo.*

Cum si Romana ecclesia caput & magistra omnium ecclesiarum, disponente Domino, constituta, & ad eandem consultationes & quæstiones de diversis mundi partibus referantur, quod eam super variis quæstionibus consulis, gratulamur, & prudentiam tuam non immerito commendamus. Inde est quod fraternitati tuæ per præsentes, præsenti scripto duximus respondendum. Si frustratoriæ dilationis causa, vel etiam necessario, ante sententiam vel postea fuerit appellatum, hujusmodi appellationibus omnino indulgetur, aut si necessaria & evidens necessitas apparuerit, indulgetur biennium: nisi forte judex, a quo appellatum fuerit, secundum locorum & provinciarum distantiam & qualitatem temporis, tecitius temporis fuerit moderatus, infra quod si is qui appellaverit, causam appellationis non fuerit prosecutus, sententias tenebit, & post sententiam per appellationem latam, & causa fra cecidisse videtur, nec amplius super eodem negotio audietur appellans. Si vero a gravamine & ante litis ingressum fuerit appellatum, hujusmodi audietur appellans, quoniam sacri canones passim appellare permittunt. Si vero ante sententiam appellavit, cogetur illius stare judicio, ad quem noscitur appellasse. Si autem in agro vel aliis non causæ ingressum fuerit appellatum, non solent dici hujusmodi appellationes, sed ad causam provocationes. Præterea si ragtio fit vel alias violentias detentor alienæ rei is qui appellat: hujusmodi appellatio in judicio facta apud ecclesiasticas personas solet audiri, nisi manifestissimus raptor vel fornicator existat, sicut ille, quem absolvere & non requisitum apostolus excommunicavit.

1. Cor. 5.

CAP. VII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Si duobus coram, non suo judice litigantibus, alter ad nostram, alter ad sui judicis audientiam appellaverit, & ille qui ad suum judicem appellaverit, ad diem appellationis venerit, appellatus se ad eum proponit, eo tacito, quod adversarius ejus ad audientiam Romani pontificis appellasset: si legitime citatus non venerit, nec aliquem misit, responsalem, aut etiam alias per suam contumaciam, & in eum excommunicationis sententiam tulerit: tenebit excommunicationis sententia in eum pro contumacia promulgata, nisi appositis eum judex ad audientiam nostram appellagie. Denique in fine quæstionum tuarum queris, si a civili judice ante judicium vel post ad nostram audientiam fuerit appellatum, an hujusmodi appellatio teneat. Tenet quidem in his, qui veltra non est seopalijurisdictioni subjecti: in aliis vero etsi de consuetudine ecclesiæ teneat, secundum rigorem juris tenere non credimus.

CAP. VIII. *Idem Wigorniensi episcopo.*

Ceterum cum aliquam causam contigerit tibi, appellatione remota, finire cummissum, & adversa pars post factam citationem iter arripuerit ad sedem apostolicam veniendi, nihilominus potestis in negotii cognitione secundum juris formam procedere: quod utique si ante citationem factam iter arripuerit, non est aliquatenus procedendum.

CAP. IX. *Idem Wigorniensi episcopo.*

Super eo quod a nobis tua solicitudo requisivit,

A utrum sententia pro appellatione, quam ex incidenti quæstione fieri sæpe contigerit, fuerit fespeudenda, licet causa fuerit appellatione remota, commissa: prudentiæ tuæ duximus respondendum: quod si de aliqua exceptione subortuar quæstio, & exinde appellationem fieri contigat, eiden exceptioni erit meritoloperlesdendum: & si principalis causa sine illa terminari non potest, ei nihilominus superlesdetur. Si autem adversa pars de falsi suggestione in appellationem prorqperit, non est sententia proper hoc differenda, si in litteris commissionis appellationis objectalium inhibetur.

CAP. X. *Idem eidem in eadem.*

B De appellationibus quæ in causis minimis fiunt, tuam volumus cognitionem tenere, quoeis, pro qualicumque levi causa fiunt, non minuis in illis, quam pro majoribus est defendum. Verum si appellantes suum contemperint appellationem, tu ipsos aut appellationem prosequi, vel judicio tuo stare, appellatione remota, diffinite compellas.

CAP. XI. *Idem Senonum archiepiscopo.*

Sicut Romana ecclesia omnium ecclesiarum, disponente Domino, mater est: ita etiam nos, qui eidem ecclesiæ, licet immeriti, superne dispositionis providentia præsidemus, de prout Dominus nobis ministravit, consultationibus singulorum cognigue respondere, & quæ videntur dubia, apostolicæ circumspectionis providentia declarare. Sane quantum est a nobis ex parte tua, utrum si aliqua causa inter aliquos delegatis judicibus, appellatione remota, committitur, & altera pars litteris apostolicis protectionem munita, quibus ei generaliter indulgetur, ut libere sibi liceat appellare, si in vocem appellationis prorqperit, ejus lit in eadem causa appellationi deferendum. Hoc ergo præsentibus litteris inquisitione tua respondemus, quod ejus in hac parte appellationi non est aliquatenus deferendum, postquam est judicibus, appellatione remota, causa committa: quia speciale mandatum derogat generali.

CAP. XII. *Idem eidem in eadem epistola.*

Super eo quod interdum judices delegati ab altera partium tanquam suspecti recusantur, hoc tue prudentiæ præsentibus litteris innotescat: quod cum sacri canones ante & post litis decisionem, & in profatione sententiæ, & post sententiam fogulis appellandi facultatem tribuant, non admittunt aliud remedium præter solam appellationem, nisi de causa sententiam [non admittunt.] Verum in causis ecclesiasticis, ubi appellationis remedium tollitur, utrumque remedium denegatur: & ita licet appellationi, ita recusationi non est aliquatenus deferendum. Si autem infra certum temporis spatium aliquibus committitur lis decidenda, itaque contineatur in litteris, causam post lafcriptionem litterarum infra eorum terminum terminari debere: exinde terminus incipit, cum eas quibus litteræ delegatæ, eisdem consignerit litteras acceperit.

CAP. XIII. *Idem R. Cantuariensi archiepiscopo.*

Pervenit ad nos, quod cum presbyteri vel alii se

ANNO CHRISTI 1179. seconquerantur ab aliquibus vexeratos, vel alii. A ter graviter lasos, & ad probandum quod allegant, plerumque testes producant, hi qui impetuntur, ad apostolicum sedem appellant: sed appellationem interpositam profequi, vel conformium hominum devitare contemnunt. Unde quia quid furiendum sit, litteris nostris certiorari desideras, fraternitati tuæ, &c. quatenus illos qui pro tali causa appellant, si eorum excusas publicas & notarias non sit, contradictione & appellatione celeste, ecclesiastica censura compellas, ut infra conveniens tempus ipsam appellationem interpositam profequantur. Si vero excessus publicus sit & notorius, appellationis obtentu, si quam ad iniquitatem suam sovendam interpositoram, nullatenus præstentibus, B quin eos excommunicatos denuncies; sicut ex ipsa injectione manuum in clericum, excommunicationis sententiam incurrerunt, & ipsos sicut excommunicatos cautius facias evitari, donec pallis injuriam fatisfaciant, & eum litteris tuis apostolico confpectui se repræsentent.

CAP. XIV. *Idem archiepiscopo Toletano.*

Consuluit nos tua fraternitas, utrum deferendum sit appellationibus, quæ super manifestis criminibus interponuntur, aut eorum appellationibus qui frustratorie dilationis causa appellant, nec appellationem prosequuntur. Super quo utique consultationi tuæ taliter respondemus: quod si quando aliqui, quos manifestum sit ae notorium, uxorem alterius detinere, aut manus violentas injecisse in clericum, appellant, nec appellationem profequuntur, eorum appellationi non est aliquatenus deferendum. Sed cum multa dicantur notoria, quæ non sunt: providere debes, ne quod dubium est, pro notorio videatis habere. Illos autem qui appellant a præsentia tua, cogere debes infra tempus conveniens appellationem interpositam prosequi, aut judicio tuo appellatione cessante parere.

CAP. XV. *Idem Remensi archiepiscopo. Pare capituli.* Cum sit Romana.

Si in una causa aliquis appellaverit, & pendente appellatione aliquod crimen committat, vel prius committisse dicatur, vel modo etiam accusetur vel convincatur de alia re, super qua non sit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam judicis, a quo etiam in alio negotio appellaverit, tum potest si voluerit tanquam suspectum vitare. Aliquin debet judicio stare illius, a quo appellatum est, maxime si judex fuus ordinarius existat.

CAP. XVI.

Consuluit nos fraternitas tua, utrum recusationes admittere debeas in causis, quas abbue E remedio appellationis tibi committimus terminandas. Super quo discretioni tuæ taliter respondemus, quod secundum leges tale remedium admittant, cum cenfure facrorum canonum aliud remedium præter appellationem non admittant, cum lictum sit secundum statuta canonum aute litis contestationem, & in ipsa litis contestatione, & post decisionem causæ, ad appellationis remedium convolare. Idcoque remedium recusationis non debet admittere, & quando causas aliquas tibi committimus, appellatione remota, terminandas. Verumtamen cognitioni causæ

Concil. General. Tom. XIII.

que veritur inter B. & nepotem Baldeyvini, volumus in præsenti ut superfedeas, quia utraque pars conspectui nostro se præsentavit.

ANNO CHRISTI 1178.

CAP. XVII. *Idem * Exoniensi episcopo. * Pare capituli*, Significasti: *supra de potestate judicis.*

Appellationi, si qua super aliquo casu ab alterutra partium fuerit interposita, aut appelletur ab ipso, cui causa sit, appellatione semota, commissa, cum debita efi devotione deferendum.

CAP. XVIII. *Idem Lucius III. PV. Lincolniensi episcopo.*

Postremo præsentibus litteris fraternitati tuæ intimamus, quod si aliqua causa alicui fuerit delegata, qui conseguenter illius fit, qui litteras impetravit, aut in eodem negotio advocati officio functus, aut ex alia quacumque causa suspectus, hujusmodi delegatus poteft non immerito recusari, quamvis appellatione remota fuerit negotium delegatum.

CAP. XIX. *Alexander III. Dunelmensi episcopo.*

Suggestum est auribus nostris, quod cum oppressi & gravati ad præsidium tedis apostolicæ recurrunt, & appellatione fulta iter arripiunt, advertisti eorum, appellationem interpositam cognoscentes, nec ad præsentiam nostram accedunt, nec pro se responsalem transmittunt. Cum autem præsentiam eos reddi & litteras nostras reportare, ita vocem appellationis prorumpunt, & iter ad nos veniendi arripiunt, ut sic eorum solicitudinem, a quibus impetrantur, eludant. Verum quoniam nemini debet fraus sua patrocinari, & falce apostolici moderaminis fuit reficanda, quæ in te virium calliditatis & fraudis contemptore noscuntur: & nos fuper hoc consulenti tibi respondemus, quod si quis deprehenfus fuerit hoc ex fraude vel malitia facere, ejus appellationi non deferas, neque ob id cauſam tibi committam fine contemptu terminare poffpnas: quia decretalem epiftolam, qua tales citationis committi, non ad deprimendam cujusquam juftitiam, sed ad convincendam injuftam gravamen nos fecifle cognoscas.

CAP. XX. *Idem Cantuariensi archiepiscopo & ejus suffraganeis.*

Relatum eft auribus noftris, quod quidam fint in provincia veftra, qui uxoribus propria auctoritate relictis, concubinis adhærere non dubitant, & errorem fuum ac temeritatem fuam fovere ac tueri per appellationis obftaculum nituntur. Quoniam igitur officio noftræ folicitudinis imminet providendum, ne appellationis obtentu in fua malitia perfeveret: fraternitati veftræ, &c. quatenus fi manifeftum eft, aliquos de provincia veftra uxores fuas fine rationabili cauſa dimiſiſſe, & aliis adhæſiſſe, ſi commoneri, uxores fuas, concubinis abjectis, non recuperint, propter appellationem, ſi quam ad errorem fuum fovendum interpoſuerunt, non prætermittatis, quin eos ad abjiciendas concubinas, & recipiendas uxores fuas & maritali affectu tractandas, per excommunicationis ſententiam compellatis.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XXI. *Idem Eboracensi archiepiscopo, & P. A*
presbytero.

Ad præfentiam noftram R. presbytero veniente, epifcopo Tufculano & P. fanctæ Sufannæ cardinali, tuam & ipfius caufam commiſimus audiendam: qui ob excommunicationem tuam, licet non ellet excommunicatus de jure, de facto tamen fecerunt eum abſolvi. Quia vero quod a fratribus noſtris noſcitur in hac parte conſtitutum, nolumus aliqua ratione mutare: fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus præfatum presbyterum pro eo quod poſt excommunicationem contra appellationem factam Divinas cantavit, nollo modo attentetis inquietare, ſed ad eum ſtatum omnia reducatis appellatione ceſſante, in quo erat tempore appellationis ad ſedem apoſtolicam factæ.

CAP. XXII. *Idem Carnotenſi epiſcopo.*

Ex litteris venerabilis fratris noſtri Bathonienſis epiſcopi, & dilecti filii noſtri Wellenſis decani acceptimus, quod cum cauſam, quæ inter G. clericum præſentium latorem, & abbatiſſam de Helenoſtowe, & H. clericum ſuper quodam beneficio do eccleſia de Wellon. ſuſcepiſſent de mandato prædeceſſoris noſtri L. felicis memoriæ terminandam, de ipſa plenius cognoverint, ſed pro deceſſu prædeceſſoris noſtri eam reliquerunt, quamvis appellatione remota eis eſſet commiſſa, indecifam. Adjecit autem præfatus clericus, quod perſona abbatiſſæ, ut ſententiam impediret, & cum amplius pro ſua voluntate gravaret, ad feſtum beati Petri proximo venturum, vocem appellationis emiſit: ſed ipſe ad feſtum inventionis ſanctæ Crucis proximo venturum, terminum coarctavit: infra quem quoniam abbatiſſæ clericum ſuum præſentem, ad diſtinctum noſtrum abbatem ſancti Albani, & priorem de Denuſſaple, & archidiaconum Ciceſtrenſem ſuper jam dicta cauſa litteras noſtræ commiſſionis impetravit. Quoniam igitur alienum eſt ab noſtro juris, ut de tolo vel fraude quilibet commodum reportet, fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus literas quas nuncius abbatiſſæ ad prædictos judices impetravit, tibi faciat exhiberi: & ipſis inſpectis, ſi eas infra terminum appellationi prefixum, ſicut præfatus clericus aſſerit, obtentas fuiſſe cognoveris, eis non obſtantibus, de prædicta cauſa cognoſcas, & audita ea hinc inde propoſita fideliter, & qualiter prædictus epiſcopus & decanus in ea proceſſerunt, cognito, ſublato appellationis remedio canonicum finem imponere non poſſoponas: proviſurus, ut mandatum noſtrum taliter exequaris, ut ſuper cauſa ea, de qua toties ſcriptum eſt, ulterius ſcribere non cogamur. Si quid autem eidem G. ſuper beneficio ipſo graviminis irrogatum foret, poſſumus iter arripiat ad ſedem apoſtolicam venienti, ante ingreſſum principalis cauſæ, contradictione & appellatione ceſſante, prout rectum fuerit, enervari.

CAP. XXIII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Cum teneamur conſultationibus ſingulorum, quantum Dominus miniſtraverit, reſpondere: tanto gratius volumus tibi reſponſum impendere, quanto perſonam tuam abundantiori diligimus caritate. Quoniam igitur non conſulere voluiſti, utrum ſi eorum qui appellant ad audientiam noſtram, poſſeſſio turbata fuerit, reformare debeas, eo præterminiſſo, de quo appellatio eſt interpoſita: prudentiæ tuæ taliter reſpondemus:

Si exinde ad te querela pervenerit, id ordine judiciario tibi corrigere licebit. ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XXIV. *Idem univerſis eccleſiæ Cantuarienſis & ejus ſuffraganeis.*

Significaverit nobis frater noſter R. Cantuarienſis archiepiſcopus, quod ſi quando vos appellatis ad audientiam noſtram, vel archidiaconi veſtri ſuper aliquo certo negotio, epiſcopatus vel archidiaconatus veſtros ſub protectione apoſtolica ponitis ad annum, & infra: nec de præteritis commiſſis, nec de novis exceſſibus veſtris, nec de fubditorum veſtrorum delictis permittis eum cognoſcere, ſed omnem juſtitiam ejus ſuſpendiris, & protinus evacuatis. Quoniam igitur nobis providendum eſt, ne malis impunita ſub appellationis obtentu remaneant, aut ſubditi veſtri de fuorum exceſſuum impunitate lententes fraternitati veſtræ, *&c.* quatenus ſi qui veſtrum epiſcopatus aut archidiaconatus apoſtolicæ protectionis ſubjiciunt, & audientiam noſtram appellant, propter hoc præditum archiepiſcopum nullatenus impedire tentetis, quo minus de cauſis & de exceſſibus ſubditorum veſtrorum cognoſcere valeat, & juxta meritorum qualitatem nos animadverſione debita punire, aut etiam exceſſus veſtros perſequi, qui manifeſti ſunt & notoriі: his duntaxat exceptis, ſuper quibus appellatio eſt interpoſita, poſſit digne corrigere, & quod injuſte actum eſt, ad rectitudinis tramitem revocare.

CAP. XXV. *Idem Exonienſi epiſcopo.*

De priore qui non deferens noſtræ protectioni & appellationi ad ſedem apoſtolicam factæ, quendam canonicum ſuum fecit veſtibus omnibus ad camiſiam ſpoliari, & eum accuſationi & appellationi renunciare cogit, qui de fuis ac quorumdam fratrum nomine ſuſtinuit, ſicut nuntius veſter ſolicitudini duximus inſinuandum, ut rei veritate diligenter inquiſita, ſi inveneris quod pro evitanda diſciplina prædictus canonicus appellavit, eidem priori propterea nullum pœnam infligere debes: quoniam facrafancta Romana eccleſia hujuſmodi appellationem non conſuevit admittere, ne monachis vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus priorem, propter ſuas enormitates manifeſtas, quas ipſum notabiliter reddebant, ad apoſtolicam ſedem appellavit, & ſi ipſe tali id tue ſolicitudini duximus inſinuandum, ut rei veritatem diligenter inquiſita, ſi inveneris quod pro evitanda diſciplina prædictus canonicus appellavit, eidem priori propterea nullam pœnam infligere debes: quoniam facrafancta Romana eccleſia hujuſmodi appellationem non conſuevit admittere, ne monachis vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus priorem, propter ſuas enormitates manifeſtas, quas ipſum notabiliter reddebant, ad apoſtolicam ſedem appellavit, & ſi ipſe tali id tue ſolicitudini duximus inſinuandum, ut rei veritatem diligenter inquiſita, ſi inveneris quod pro evitanda diſciplina prædictus canonicus appellavit, eidem priori propterea nullam pœnam infligere debes: quoniam facrafancta Romana eccleſia hujuſmodi appellationem non conſuevit admittere, ne monachis vel canonicis regularibus præberetur audacia delinquendi. Ceterum ſi præfatus canonicus priorem, propter ſuas enormitates manifeſtas, quas ipſum notabiliter reddebant, ad apoſtolicam ſedem appellavit, & ſi ipſe tali

CAP. XXVI. *Idem * Exonienſi epiſcopo & * Ceſtrenſi decano.* * Oxonienſi. * Cicestrenſi.

Ad audientiam noſtram pervenit, quod R. presbyter de Curket & V.V. clericus de Ciceſtro, decimas de * Beinoſa, quas idem VV. multorum virorum teſtimonio probare dicitur, ad ſe & ad capellam ſuam rationabiliter pertinere, violenter auferre conatur. Unde cum VV. propter hoc ad audientiam noſtram appellaſſet, præditus R. auctoritate ſedis apoſtolicæ contempta, ad audientiam domini regis appellavit. Verum quoniam nemini licet ſuper rebus ſpiritualibus ad ſæcularem judicem appellare, ſi verum eſt quod prædictus

ANNO CHRISTI 1179.

ctus R. enormiter & immoderate deliquit, nec dictum hujuſmodi debet inultum aut impunitum relinqui: diſcretioni veſtræ, *&c.* quatenus utramque partem ante præſentiam veſtram convocantes, rem ſolicite & diligenter inquiratis: & ſi ita eſſe inveneritis, præfatum R. ab omni eccleſiaſtico beneficio, appellatione remota, & officio ſuſpendatis, & ad præſentiam noſtram cum literis veſtris, rei veritatem continentibus, ſuſpenſum mittatis, & prædictas decimas prædicto VV. præcipiatis ſine moleſtia & contradictione reſtitui.

CAP. XXVII. *Idem Tannenſi epiſcopo.*

Cum inter alios præeminemus, *&c.* Quoniam fraternitas tua non conſulere voluit, utrum epiſcopos parochianum ſuum, publica fama eum accuſante, ad purgationem cogere poſſit: conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quod ſi de aliquo crimine publica labortat infamia, accuſatore & teſtibus deficientibus, ad purgationem per diœceſanum epiſcopum eſt compellendus: niſi forte ſuper ipſa ad ſuperiorem judicem ducere appellandum. Sane ſi appellaverit, ejus judicio apparebit, ad cujus examen coram pat appellationem referetur. Quantum vero inimicitia vel contrarietate aliquis parochianus judicio diœceſani epiſcopi eximatur, quia non conſuluiſti, duximus reſpondendum, quod non ſolum pio inimicitia, ſed etiam pro manifeſta cauſa ſuſpicionis, poteſt ſui epiſcopi judicium eritare, & ad ſuperiorem judicem recurrere, cum nullus a ſuſpecto judice debeat judicari.

CAP. XXVIII. *Idem Zamorenſi epiſcopo.*

Cum parati eſſemus petitiones tuas, quas nobis per nuncium tuum porrexiſti, benigne ſuſcipere & efficaciter exaudire: dilectus frater noſter, Hyacinthus ſcilicet in Coſmedin diaconus cardinalis, olim apoſtolicæ ſedis legatus, conſtanti nobis aſſertione propoſuit, quod cum te ad ſynodum ſuam vocaſſet, & ad ejus vocationem contempoſſes accedere, in præſentium tuam excommunicationis ſententiam promulgavit: poſt cujus excommunicationem, qui vice noſtra fungebatur, te abſti in epiſcopum confecrari. Cumque dilectus filius noſter Martinus canonicus beati Jacobi firmiter aſſeveraret, quod in legatione tegis eſſes, & non potuiſſes ad vocationem prædicti cardinalis accedere, cardinalis contra aſſeruit, quod non in legatione regis, ſed in Salmantina eccleſia te nuncius ſuus invenifſet, tibique diceiſſet, quod non in alia eccleſia eſſes quæ ſuffragan. Et cum ipſe parte tua fuiſſet propoſitum, quod * venerabilis N. archidiaconus Præclamus appellavit, tuam etiam appellationem interpoſuiſſet, cardinalis adjecit, quod appellatio illa te tueri in parte illa non poſſet, quin ad illius vocationem accedere teneteris. Nos vero attendentes, quomodo te non decet contemnere, ofterens appellationi, ad vocationem cardinalis venire: fraternitatem tuam monemus, mandantes atque præcipientes, quatenus vel in propria perſona, vel per idoneos nuncios, apoſtolico conſpectui te præſentes, innocentiam & immunitatem tuam, ſi poteris, oſtenſurus.

CAP. XXIX. *Item R. Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Præterea de his qui juramentum præſtant, quod ſtabunt judicio eccleſiæ, & poſtea præſtiterint, to juramento appellant, id tua ſolicitudo prævideat, ut eos ſervare quod jurant, vel infra quadraginta dies poſt appellationem interpoſitam iter arripere ad ipſam profequendam, compellas.

CAP. XXX. *Idem eidem.*

Relatum eſt auribus noſtris quod ſi quando epiſcopi ſuffraganei tui vel archidiaconi provinciæ tuæ ſuper aliquo certo negotio ad audientiam noſtram appellant, epiſcopatus & archidiaconatus tuos noſtræ & Romanæ eccleſiæ ſubjiciunt, & cum appellant, ad annum interim de fuis vel ſuorum ſubditorum exceſſibus cognoſcere non permitis, ſed omnem juſtitiam tibi evacuant & ſuſpendunt. Volentes igitur paſtorali ſolicitudine providere, ne appellationis obtentu error eis audacia graviorem committendi, auctoritate apoſtolica tibi duximus reſpondendum: quod ſi præfati epiſcopi & archidiaconi, quando appellaverint ad audientiam noſtram, epiſcopatus & archidiaconatus ſuos ſub protectione apoſtolica poſuerint, pro eorum appellatione nullatenus prætermittas, quin de cauſis & de exceſſibus ſubditorum eorum, & de ſuis propriis exceſſibus, ſi qui manifeſti ſint & notorii, his duntaxat exceptis, ſuper quibus appellatum eſt, cognoſcere poſſis, & ſuper his ſtatuere, quod ſecundum juſtitiam videris ſtatuendum.

CAP. XXXI. *Idem Wintonienſi epiſcopo.*

Super eo vero quod a nobis tua quærendum duxit diſcretio, utrum videlicet propter incidentem quæſtionem ſub qua fuerit appellatum, tota principalis cauſa, quæ commiſſa eſt judici, appellatione remota, terminanda, debeat indeciſa reliquiri: noverit diſcretio tua reſpondendum, quod ſi quæſtio incidens talis fuerit, quod ſine ea principalis cauſa non poſſit terminari, propter interpoſitam appellationis obſtaculum, totius cauſæ cognitionem debet de jure deferri, donec ſuperior judex, ad quem ſuper prædicta quæſtione eſt appellatum, aliter de tota cauſa diſponat.

CAP. XXXII. *Idem Cantuarienſi archiepiſcopo.*

Significaverunt nobis dilecti filii N. prior & canonici ſanctæ * Frideſwidæ, b quod ſuper cauſa quæ inter eos & canonicos de Oſenia, de eccleſia ſanctæ Mariæ Magdalenæ ſtructura, de mandato noſtro coram venerabilibus fratribus noſtris Wigornienſi & Ciſtrenſi epiſcopis, tractaretur, & ad audientiam noſtram appellaſſent, iidem epiſcopi canonicos de Oſenia in poſſeſſionem ipſius eccleſiæ, cauſa rei ſervandæ judicaverunt indoci: & poſtmodum idem epiſcopi litteras commiſſionis noſtræ, quas ſuper cauſa receperant, diligentius intuentes, ad appellationem ab appellatum alterutri partium in eiſdem litteris non fuiſſe inhibitam: quæſtione facta a Xenefordenſi archidiacono, mandaverunt ut omnia in eodem ſtatu ſervaret, in quo, tempore factæ appellationis fuiſſe dinoſcitur. Interim vero canonici de * Oſeneja, in præfcriptam eccleſiam irruerunt, & ibi manere volentes, a miniſtris S. * Frideſwidæ rieſe ejecti fuerunt. Deinde canonici de * Oſeneja, ad Lundenſem & Wigornienſem epiſcopos litteras noſtras impetraverunt, continentes quod ſi a poſſeſſione ipſius eccleſiæ fuiſſent violenter

lenter ejecti, eis possessio reddatur: & sicut utra- A
que pars eorum consp[e]ctui se præsentasset, præfa-
tus prior S.ª Fridel[u]ichæ, quoniam litteræ ante
terminum appellationi præfixum, sicut ajebat,
per surreptionem fuerunt impetratæ, ad audien-
tiam nostram iterum appellavit. Sed Lundenſis
episcopus appellationi non deferens, canonicos
de Olenia in possessionem ejusdem ecclesiæ facile
induxit. Inde est quod fraternitati tuæ, C.ª, qua-
tenus five in litteris nostræ commissionis, prædi-
ctis Exoniensi & Cicestrensi episcopis factis, five
ex assertione ipsorum episcoporum, aut etiam
alias, legitime constiterit, in præfatis litteris
appellationem inhibitam non fuisse, quidquid
post appellationem ab eis episcopis ad nos inter-
positam, in causa ipsa innovatum est aut muta-
tum, in eo statu facias, appellatione cessante,
reduci, in quo, tempore appellationis factæ no-
scitur fuisse, non obstantibus litteris, neque Lun-
denſi neque Wigornienſi episcopis postea directis,
si ante terminum appellationi præfixum, aut
etiam in termino factæ, tacita veritate, impe-
tratæ. Non enim fuerunt violenter a possessione
ejecti, si volentes intrare, sunt in continenti re-
jecti: cum licet omnibus vim vi in continenti
tantum repellere, & ab eorum violentia jura tue-
ri. Deinde vero utraque parte ante præsentiam
tuam convocata, causam ipsam diligentius au-
dias, & eam sublato appellationis remedio ter-
mines.

Qui sin quando non audiunt appellans,

C

Ne glosa; non teneas inſra, 1. con. tographo tantum, cap. que de cauſa & hic ita habetur. Hoc dubito.

Laicus detinens decimas.
Excommunicatus.
Interfusor.
Adhærens concubinæ, relicta uxore.
Quatier sub prætextu appellationis, adulterium vel aliud crimen dignoscitur faciendum,
Si ab appellaverit quis, & infra terminum appella-
tioni præfixum non fuerit appellationem pro-
secutus, cogetur ſtare judicio ejus a quo ap-
pellavit.
Si notorium fuerit, aliquem injeciſſe manus vio-
lentas in clericum.
Religiosus, cathigatus aut cathigandus a prælato
suo, appellans, ne corrigatur secundum re- D
gulam suam.
Appellanti meu litteratum, quas ſcit impetratas
ab adverſario ante citationem.
Ante litis ingreſſum appellans.
Excommunicatus, præſtito juramento abſolu-
tus, ſi ſtatim appellaverit, antequam manda-
tum ſuſceperit, & ſuſceptum ſecundum poſſe
ſuum non fuerit proſecutus, non auditur ap-
pellans.
Inſtitutus in eccleſia, dicens ſe velle ibi reſidere
& curam ejus gerere, poſtmodum abſentans ſe
ſine cauſa rationabili, privatuſque beneficio,
non audiatur appellans.
Si tibi habenti alios reditus prima vacans conceſſa
fuerit, & cum vacaverit, appelles, ne alius E
inſtituatur, non audieris.
Si diſpoſitio alicujus eccleſiæ ſpectet ad capitu-
lum, & non diſpoſuerit infra terminum præfi-
nitum, epiſcopus appellatione ceſſante diſpo-
nere poterit: ſic & e converſo.
Si interponit generaleſm appellationem ab omni
gravamine, non audietur appellans.
A delegato, qui delegavit, reſervata ſibi defi-
nitiva ſententia, appellare non poteſt.

UT ACTOR RESPONDEAT ei quem convenit.

CAP. I. *Idem* ª *Volteranо archiepiſcopo.*

EX litteris veſtris accepimus, quod dilecti filii noſtris abbas & fratres Maturienſis monaſte-
rii, ſuper quæſtionibus quas plebanus & clerici
Maturienſes adverſus eos proponunt, veſtrum
parati ingerint gravamen ſubire, ſi illi in conti-
nenti de ſuis queſtionibus ª debent reſpondere.
Unde quoniam indignum penitus, & abſurdum
videtur, ut memorati plebanus, & clerici, ab-
bati & fratribus de his quæ adverſus eos propo-
nunt, reſpondere non debeant, cum ſibi eandæ
juſtitiam poſſulant exhiberi: diſcretioni tuæ,
C.ª, quatenus actione clericorum & plebani pro-
poſita, & reſponſione facta, eos monetis auctō-
ritate noſtra & diſtrictius compellatis, memora-
tis abbati & fratribus ſuper queſtionibus ſuis eo-
ram vobis reſpondere, & vos veciſſim poſtmodum
rationes & allegationes partis utriuſque diligen-
tius audiatis, & cum concordia vel judicio ter-
minetis.

CAP. II. *Idem decano & clericis Maturienſibus*

Miramur plurimum & movemur, quod cum
cauſam quæ inter vos & dilectos abbatem & fra-
tres Maturienſis monaſterii vertitur, dilectis fi-
liis noſtris archidiacono Wolteranо & abbati
de Spongia commiſſimus fine debito terminan-
dam, & abbas & fratres parati eſſent judicium il-
lorum ſubire, ſi vos eis ſuper quæſtionibus, quas
adverſus vos proponunt, deberetis reſpondere in
continenti, licet idem judices nobis litteris ſuis
inſinuaverint id effecere noluiſſe. Unde quia
rationis ordo hoc exigit, ut ſi quis ſibi vult ab
aliquo juſtitiam exhiberi, ei non debet quod ju-
ſtum eſt denegare, fraternitatem veſtram, C.ª,
quatenus accuſationi ipſa, quam adverſus præ-
dictos abbatem & fratres intenditis, propoſita, &
reſponſione facta eidem abbati & fratribus coram
præfatis judicibus in continenti reſpondestis: ut
cauſa veſtra & ipſorum viciſſim poſtmodum audiri
debeat & terminari. Nos enim eiſdem judicibus
dedimus in mandatis, ut vos ad id faciendum in-
ſanter moneant, & auctoritate noſtra diſtricte
compellant.

DE EO QUI CONSANGUINEAM PARS II.
uxoris ſuæ, vel conſpſam patris ſui, vel conſanguineam ſponſæ propriæ cognovit.

CAP. I. *Idem Wigornienſi epiſcopo.*

SI quis parochianorum tuorum matrem forte ª. Quæ & cap. ſequ. vel ſororem, vel filiam uxoris ſuæ carnaliter cognoverit, & hoc publicum & manifeſtum fuerit: ab ea penitus eſt ſeparandus, & uterque illorum, ſcilicet tam morchius quam mœcha, debet ſine ſpe conjugii perpetuo permanere. Si autem hoc ſecretum & occultum fuerit, panitentiam de commiſſo debet accipere, & uxori ſuæ intra tempus pœnitentiæ vel extra, debitum, ſi exegerit, ſolvere. Sane ſi aliquam uxoris ſuæ conſanguineam, quæ illi in tertio gradu vel deinceps coniungat, carnali commixtione cognoverit,

rit, non eſt propterea dirorcium inter eos cele- A
brandum: ſed delinquenti, ſecundum qualitatem
perſonæ & criminis, eſt pœnitentia injungenda.

CAP. II. *Idem.*

Fraternitati tuæ litteras ſuſcepimus, ex qua-
rum tenore perpendimus, quod quidam patrochia-
nus tuus A. nomine, cum eſſet mediocræ ætatis,
quamdam puellam in cunabulis deſponſavit. Pro-
cedente vero tempore idem A. matrem puellæ co-
gnovit, & eam in uxorem duxit. Unde quia du-
bitas an hujuſmodi matrimonium ſtare debeat,
exinde a nobis conſilium poſtulaſti. Super quo
fraternitati tuæ duximus reſpondendum, quod ſi
memoratus patrochianus præfatæ puellæ, antequam B
puella illa annum ſeptimum impleſſet, acrepit
in uxorem: matrimonium non diſſolvas, ſed
nundum virum præfatam mulierem ſicut uxorem
ſibere tenere permittas, cum hujuſmodi diſpenſa-
tiones nulle ſint, quæ in cunabulis factæ ſunt.
Verum ſi, poſtquam præfata puella ſeptimum
annum complevit, præditus vir matrem ejus ac-
cepit in uxorem, cum extunc ſponſalia placere
conſueverint, inter eos ſententiam divortii non
differas promulgare, nec ipſum filiam ſive ma-
trem in uxorem habere permittas.

CAP. III. *Idem Tuſtenſi epiſcopo.*

Præſentium lator P. cum litteris tuæ fraternita- C
tis ad præſentium noſtram acceſſit, ex quarum te-
nore innotuit, quod pater ejus quamdam juven-
culam ſibi deſponſavit, ipſamque tempore uſtam
adduxerat, deſtinavit. Sed ipſe diabolico inſtinc-
tu ſponſam patris ſui, licet uxoratus, carnali
commixtione corrupit. Cumque parentum ſcelus
ambo celarent, pater ignarus commiſſi ſceleris,
ad ſponſam ſuam ſecundum morem accedit. Tum
is de Divinis miſeratione compunctus, ad præſen-
tium veſtrum cultum, & crimen, quod illicite
commiſerat, humiliter eſt confeſſus. Muliere re-
o interrogata, prius negavit: ſed poſtea diſcuſ-
ſione cauſæ facta, eamdem culpam confeſſione
propria patefecit. Quod cum parti ejus innotuiſ-
ſet, vehementi dolore commotus, ad te pro con- D
ſilio venit. Conſtitutis igitur in facie eccleſiæ tri-
bus præfatis, licet clericis tui abundarent ſenſu,
diverſi diverſa dantes conſilia: unum tamen om-
nium conſilium fuit, ut ſuper inſtanti pericolo in
cauſa tam difficili ipſoſolicam oraculum adirent.
Indicta itaque pœnitentia & uxori ſuæ, & fi-
lium pœnitentem cum litteris tuis, ſei veritatem
confeſſum, ad præſentium noſtram curaſti delti-
nare, quarens tibi formam præſcribi, quam in ſi-
milibus, ſi forte aliquid tale per diabolicam coo-
perationem emerſerit, decęat obſervari: & quam
eis debeas ſatisfactionem impone, ſcripto noſtro
poſtulas edoceri. Tuæ igitur inquiſitioni reſpon-
dentes, præſentium tibi ſignificatione mandamus,
quod ſi pater ejus, poſtquam rei conſcius fuit, uxo- E
rem ſuam reuuliter non cognovit, de priori com-
mixtione lere aut nullam peccatum incurrit: ei tam-
en viventi, vel alii ea vivente, non poterit copu-
lari. Ceterum ſi ſciens facinus, carnaliter eidem
mulieri adhæſit, ei ſeptennii pœnitentia indica-
tur: nec ili, nec alii carnaliter de rigore comi-
ſceri valebit. Muliori quoque perpetuam conti-
nentiam & quatuordecim annorum pœnitentiam
duximus imponendam. Lator autem præſentium
totidem annis pœniteat. Ab uxore tamen legiti-
ma, quam prius habuerat, niſi de communi con-
ſenſu, nullatenus ſeparetur.

Venions ad nos lator præſentium P. nobis frater-
nitatis tuæ litteras reportavit: ex quarum tenore
perpendimus, quod cum quamdam uxorem duxiſ-
ſet, quidam diffuſerunt ei per mendam, quo eam
duxerat, carnaliter cognoſcere. Cumigit autem,
licut dixit, quod pater juſſit uxorem ſuam, quo
mater ejus poſſet, in lecto hujus jacere: quam,
diabolo ſuadente, cognovit. Tranſacto vero mo-
le, tam pater quam alij propiquj cogerunt, ut
matrimonium cum ſponſa ſua conſummaret: quod
facere nolvit, donec verum ſuper hoc loqueretur.
Tu vero audita ejus confeſſione, ipſum cum litte-
ris tuis ad ſedem apoſtolicam tranſmiſiſti. Tum
igitur inquiſitioni taliter reſpondemus: quod ſi
occultum eſſet hoc delictum, non poſſet refcin-
dere matrimonium, quod publice contraxiſſet.
Verum ſi publicum eſt, quod matri ſponſæ carna-
liter adhæſit, imponenda eſt pœnitentia paulo
major quam de adulterio: & oxinde perpetua pœni-
tentia, vel parte pœnitentiæ, poterit ex diſpen-
ſatione cum alia matrimonium contrahere, & illa
alii nubere. Ceterum ſi ſponſam cognoverit, antę-
quam matrem vel poſt, nunquam poterit eam vel
alium in uxorem accipere.

CAP. V. *Idem* ª *B. Exonienſi epiſcopo.*

Veniens ad præſentium noſtram R. lator præſen-
tium, ſua nobis affectione manifeſtavit, quod cum
quamdam mulierem cognoviſſet, poſtea ſeiens
conſobrinam ejus aſua temerario in uxorem acce-
pit. *Et infra*: Si publicum & notorium fuerit, &
eam quam prius cognovit, uxoris ſuæ conſobri-
nam eſſe conſtiterit, aut alii comparet qui hoc
velit vel poſſit legitime comprobare, ipſum re-
ligionem intrare compellas & inducas. Si autem
eam ad hoc inducere non poteris, ei de tanto de-
licto dignam pœnitentiam imponas, & ipſum ab
uxore ſua ſeparare, & ſine conjugio, per-
petuo manere præcipias. Quod ſi delictum ejus
occultum eſſe cognoſcis, ipſum cum uxore, quam
in facie eccleſiæ duxit, morari permittas, & eidem
de commiſſo condignam pœnitentiam imponas.

CAP. VI. *Idem Burdegalenſi epiſcopo. Pars capituli, Conſuluit: ſupra, de ſponſalibus.*

Super eo quod quemdam juvenem aſſeris puel-
lam nondum nobilem, fide interpoſita, paraſſe:
quæ dum facta nobilis in virum reperit, & ille exci-
pit, dicens eam non ſe debere ducere, proeo quod
poſtquam eam affidavit, carnaliter propinquam
ejus cognovit: inquiſitioni tuæ taliter reſponde-
mus: quod ſi manifeſtum eſt, eumdem juvenem
cognoviſſe propinquam jam dictæ puellæ, aut ſi
manifeſtum non eſt, & id fama loci habet, cum
ſponſio tantum affidei ſecuta ſit, idem juvenis po-
teſt & debet a puella abſolvi.

CAP. VII. *Idem* ª *Exonienſi epiſcopo.*

Super eo quod a nobis tua ſolicitudo requiſi-
vit, utrum ille qui prius cognoverat matrem ſi-
ve ſororem ejus quam poſtea duxit in uxorem,
teneatur ei carnaliter debitum ſolvere. & ab ea
non poſſit exigere: quod etiam conſilium dan-
dum ſit ei, qui hoc ſecretius confiteur, cum
probari non poſſit, nec ipſe velit ullatenus con-
tinere: tue petitioni duximus reſpondendum,
quod actentius eſt monendus, ut uxorem ſuam
laboret inducere ad continentiam ſervandam: ut
ſi ipſa

fi illa continere voluerit, continentiam simul ob- A
ANNO CHRISTI 1379. servent. Si autem ad hoc indaci non possit: & vir debitum solvat, & de commisso pœnitentiam agat. In hoc vero casu cum aliquis post contractum matrimonium, uxoris sue lues manifestum sive fororem cognoscit, idipsum quod in priori fervetur.

CAP. VIII. *Idem. Eugenius tertius.* Sed presbytero.

Juvenis ille qui puellam nondum septennem duxit, quamvis intras repugnaret, ex humana tamen fragilitate tentavit quod complere non potuit. Quia igitur in his que dubia sunt, quod certius ultimamur, tenere debemus: tum propter honestatem coelestis, quia ipsa ipsius conjux esse dicitur, tum propter præditam dubitationem, mandamus tibi, ut confagritanus ipsius puella, quam postmodum duxit, abeo dividas.

DE RELIGIOSIS VIRIS DECIMAS ex privilegio non præstantibus, & de privilegio abutentibus.

PARS XIII. CAP. I. *Idem Alexander III. canonicis regularibus & monachis Eboracensis ecclesiæ.*

AVARITIÆ, quæ est idolorum servitus, radicem extirpare debent, qui sæculi vanitatibus renunciantes, Domino elegerunt in religionis habitu militare. Intelligentibus autem, quod in ecclesiis vestris, de quibus certas pensiones consuevistis percipere, portiones vel aliquos reditus minotatis, quos in illis ante tempora venerabilis fratris nostri Eboracensis archiepiscopi apostolicæ sedis legati, etiam postquam est archiepiscopatum adeptus, clerici habuerunt. Unde quoniam hoc ex radice avaritiæ procedit, & cupiditatis, quam debetis nostris omnibus denotare fraternitatem vestræ, *&c.* quatenus si quas portiones vel antiquos reditus clericorum indebite & sine consensu & auxilio prædicti archiepiscopi, postquam ipse archiepiscopatum habuit, in prædictis vel per parochias diœsiftis, eas ad integritatem pristinam D
revocetis, & inde cationabiles & antiquas pensiones clericorum qui debent altaribus deservire, integras eis & illibatas servetis, & ecclesiis de quibus certas pensiones solisti ellis percipere, pactiones vel antiquos reditus, quos in illis clerici ante tempora ipsius archiepiscopi, & postquam adeptus est archiepiscopatum, habuerint, nullatenus præsumptione temeraria minuatis, nec parochias ecclesiarum authoritate vestra dividere ullatenus præsumatis.

CAP. II. *Idem monachis.*

Dilecti filii nostri abbas & fratres S. Crucis, transmissa nobis conquestione demonstraverunt, E
quod prædia de quibus decimas & in magna parte fuit enutrimentum habere consueverant, condoxiftis & respectibus ad firmam. Unde quoniam iidem fratres ex hoc immoderate & enormiter gravantur, nec fuit intentionis antecessorum nostrorum, ut de possessionibus quas conducitis, decimas non deberetis persolvere: diferitioni vestræ per, *&c.* quatenus eisdem fratribus de prædiis quæ nunquæ conduxistis in parochiis suis, de quibus * conseuebatis decimas percipere, plenarie persolvatis, vel cum ipsis tam pacifice & amicabiliter conveniatis, quod nulla debeant in-

ANNO CHRISTI 1379. A
* Cisterciensis

mota indaffit ecclesia. Sane tuam nolumus latere prudentiam, quod sanctæ memoriæ prædecessores nostri sere omnibus religiosis decimas laborum fuorum concesserunt. Sed bonæ memoriæ prædecessor noster Hadrianus, sollis fratribus *Cisterciensis ordinis*, & Templariis & Hospitalariis, decimas laborum fuorum indulsit. Ceteris vero, ut de novalibus suis, quæ propriis manibus & sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium & de hortis suis decimas non persolvant, concessit. Quem super his imitari fumus, quatenus hi quibus indultum fuit decime de novalibus suis & de nutrimentis animalium suorum & de hortis suis, hac occasione decimas de aliis ecclesiæ suæ rebus non debeant nec possint subtrahere, vel sibi alteriusaliquid vendicare.

CAP. VI. *Idem & fratribus * Ramensis ecclesiæ.*

Licet de benignitate sedis apostolicæ vobis sit indultum, ut de laboribus vestris, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, nemini decimas solvere teneamini: propter hoc tamen non est vobis licitum, colibet decimas de terris illis laborare, quas alii tradita ad colendum. Relatum est siquidem auribus nostris, quod cum terras quasdam, quas decimationæ debitis fili nostri thesaurarii Senonensis habetis, data ruscis excolendas, & ei eisdem decimas ficut debetis, non solvitis, nec facitis a ruscis ipsis exolvi, Quoniam igitur C
quanto actibus vivitis, tanto tardius debetis effere vos quæ sunt honestati contraria vel obvia rationi, aut ex quibus privilegiorum vestrorum tenorum transfgredi videamini, cum privilegium parcentur amittere, qui cunctis sibi abutentur potestate: fraternitati vestræ, *&c.* quatenus de terris illis, quas in decimatione prædicti thesaurarii, propriis manibus non colitis, sed ruscitis traditis excolendas, decimas vobis ufurpare nolitenus præsumatis: sed eas in primis eisdem thesaurario faciatis cum omni integritate persolvi, seluti propterea, quod si præcipium nostrum contemptitis, nos venerabili fratri nostro Senonensi archiepiscopo dedimus in mandatis, ut ruscitos quibus in decimatione præfati thesaurarii terras D
dederitis excolendas, & fofrendas inde decimas eidem thesaurario, appellatione cessante, distringere compellat.

CAP. VII. *Idem ex privilegio Alexandri papæ.*

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de nutrimentis animalium vestrorum, nullus omnino clericus vel laicus a vobis decimas exigere præsumat. Hoc etiam idem ex privilegiis aliis aliorum Romanorum pontificum.

CAP. VIII. *Idem Conventensi episcopo, & officialibus ejus.*

Ad audientiam nostram noveritis pervenisse, quod quidam vestratium a dilectis filiis nostris abbate & fratribus de * Pipenneila, qui sunt * Cisterciensis ordinis, de laboribus quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, decimas exigere & extorquere contuntur, illud privilegii capitulum sedis apostolicæ prava interpretatione ac malitiose pervertentes, quo eisdem tratribus indulgetur, ne de laboribus quos propriis manibus & sumptibus excolunt, aliquis ab eis decimas exigere audeat. Asserunt enim quod pro laboribus novaliis

ANNO CHRISTI 1379. A
* Cisterciensis

intelligi debeat. Verum quoniam fratres præsentati ordinis benignitate apostolica fovere debemus, B
& ne ullus contra eos materiam habeat malignandi, vel ipsos contra justitiam quantumlibet molestandi, attentius providere: tue venerabilitati, *&c.* quatenus a præscriptis fratribus de laboribus suis quos propriis manibus aut sumptibus excolunt, nullorum decimas exigatis, nec a parochianis vestris exigi permittatis, vel quolibet modo extorqueri. Nam si tantum de novalibus intelligibilibus, ubi pannus, *De laboribus*: pourcmus: *De novalibus*: sicut in privilegiis quorumdam aliorum præfuminus.

CAP. IX. *Idem Gregorius.*

Statuimus ut monasteria ex fuis prædiis nullo modo decimas hactenus cognatur. Quia si legitime dandæ fuit, orphanis & peregrinis dandæ funt. Indignum eft enim ut a clericis exigantur, qui propter cum cujus fune decimæ, pauperes efficiuntur. Nam & pauperes Domini fumt, pauperum hæreditas pauperibus ejus eroganda eft, illis videlicet, qui propter amorem illius, quæ potestant possidere dimittunt: eumque nudi sequentes, potestati alterius se subjiciunt.

CAP. X. *Idem Hadrianus papa.*

Nobis in eminenti specula, disponente Domino, conftituris, fi cunctarum jura ecclesiarum integre non debeant & illibata servari, locum beati Petri apostolorum principis inaniter esse obtinere, & justa nobis commissæ dispensationis officium negligenter agere videmur. Sic enim ecclesiæ Dei, nobis cum divina gratia præordinatæ gubernationibus, extra fuo curfu dirigeretur, dum nos & errata quam vigili providione corrigere, & unicuique fuademus jus * fuum fervare. Dilecti filii nobis * Proprium. de Pontonevillis monasterium vos quæstione depofita, fua nobis relatione monstraverunt, vos quafdam decimationes ad jus fuum pertinentes violenter auferre, & ipfos fratres eifdem decimationibus aufu temerario infestare: quis fi beati Benedicti regulam, juxta quam vivitis & monachicum habitum geftatis, attenta folicitudine perfpexeritis: nil prorsiumum bona defiderenda non præfumeretis manum extendere, vel quæ alterius juris funt, vobis illicite ufurpare. Ne ergo vos de cetero aut avaritiæ malum, aut vitium, quod abit, rapacitatis accufet, per apoftolica fcripta vobis mandamus, quatenus nullam eorum antiquam poffeffionem, vel decimationem, vel eam quæ illo loco præfertim, qui Macies appellatur, exiftit, auferre feu protrahere præfumatis: & fi quas ex prater foltum in hoc anno de ipfis decimis negatifti, quifcumque etiam poffeffiones per violentiam detinetis, fecundum quod antiquitus præfata ecclesia nofcitur poffedifle, eis in integrum, omni occafione ceffante, noftarenus reftituere differatis. Nos fequidem vitis religiofis non alias decimas, nifi eas quæ de novalibus provenire noscuntur, duximus indulgendas. Si vero hujus mandati aut fortitis exiftere contemptores, & ad fedem apoftolicam qucrimonia pervenerititerata: timendum vobis erit, ne fentire debeatis feveritatis ecclesiafticæ ufionem.

CAP. XI. *Idem Wigorniensi & Herefordensi episcopis.*

Ex multiplici conquestione VV. presbyteri de Tritona accepimus, quod cum * in ecclesia de Tri-

* Pont; conuevemus.

* Ecclesiam de

Anno Christi 1179. 7. Aprilis.

Tritons, triginta annis & eo amplius ministrasset, monachi de Berta decimas universas quas de terris culsis a primo fundatione eadem ecclesia semper percipere consueverunt, infra hoc quadriennium sibi & ecclesiæ subtraxerunt: cum inter abbatem de Berta V. nomine de consensu totius conventus, & præfatum presbyterum, quindecim annis & eo amplius elapsis, talis intervenisse dicatur conventio, scripto authentico monachorum roborata, quod monachi prædicto presbytero & ecclesiæ suæ de terris novalibus leguminibus integrum, quamdiu vixerit, deberent persolvere, exceptis minutis decimis, quas idem presbyter, ob exaltationem ecclesiæ monachorum, quietas clamavit. Cumque contra prædictum temporibus istum abbatum præscripti loci servata fuisset, abbas illius loci ad præfentiam nostram accedens, a nobis scriptum privilegium obtinuit: in quo, monasterio suo indultum est, ut de laboribus quos propriis manibus & sumptibus excolit, nostri decimas solvere tenatur, Qui siquidem reversus ad propria, tantum gratiam invenit apud H. Illustrem regem Anglie & favorem invenit, quod rex totam terram illius ville, in qua ecclesia prafati presbyteri sita est, monasterio ipsius in perpetuum elemosynam contulit. Quo facto, prædictus abbas, universis illius ville colonis expulsis, totam terram predicte parochie excolens propriis sumptibus, ecclesie debitos redditus subtraxit. Undequia non fuit intentionis nostre per prædictum privilegium nostrum prædicte conventioni de rogare: fraternitati vestre, Gc. quatenus attraque parte ante vos convocata, ac veritatem diligentius inquirata, & si inter prædecessorem prædicti abbatis & præmonstratum presbyterum consensu monachorum talis convention fuerit, & per annum servata, eandem abbatem & monachos authoritate nostra monetia, & districte compellatis, ut eandem conventionem & compactionem, non obstanto privilegio, nisi, quod non credimus, de transactione illa in eodem privilegio contineatur, occasione & appellatione cessante, inviolabiliter teneant & observent, vel exindo paciles fecum componere, & secundum formam compositionis, reditus ipsius integre persolvant.

Anno Christi 1179.

Quos abbatis. Audivimus etiam, quod decimas ecclesiæ de Colingham, cum ea in qua debeant solvi integritate, quando fundus ad vestrum dominium pervenit, non solvitis. Verum quoniam indecens & inhonestum vobis valde existit, ut aliis damna inferre præsumatis, quæ vobis nullatenus inferri velletis: fraternitati vestre, Gc. quatenus prædictas decimas memoratæ ecclesiæ sine diminutione aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitus solvi solebant, solvere non differatis: quia nobis grave nimis existit, si super his ulterius ad nos querimonia deferetur. Veruntamen si aliquid juris ibi vos habere confiditis, in præsentia fratris nostri Wigorniensis episcopi, & dilecti filii nostri decani Oxoniensis, rationis & appellationis cessante, ordine judiciario expectamini: quod ipsi inter vos & partem alteram diverint diffinendum, firmiter fuscepturi & inviolabiliter servaturi.

Anno Christi 1179.

CAP. XII. *Item Thome Cantuariensi archiepiscopo.*

Commissum nobis a Domino dispensationis officium nos admonet multipliciter & hortatur, ut universi Christi fidelibus debeamus utiliter providere, atque ipsa ita integre nos oportet atque illibata servare. Pervenit quidem ad nos, quod monachi de Boxle, ecclesiæ sanctæ Mariæ, in cujus parochia commorantur, decimas ex integro non persolvant, & eas reddere contradicunt. Rapropter fraternitati tuæ, Gc. mandamus præcipiendo monachos in ipsas decimas & de ipsis cultis, in quibus domus olim constructa fuerant, præfatæ ecclesiæ cum integritate persolvant: quoniam prædictum in eadem ecclesia monasterium, solebant persolvi. Si non, appellatione cessante, authoritate nostra, cum omni districtione, sicut olim de pascuis solvebantur decimæ, ita nunc de eisdem ad fructum fertilitatem translatis, decimas volumus absque diminutione persolvi.

CAP. XIII. *Item monachis de sancto Laurentio.*

Sicut vobis jura vestra & illibata vultis servari, sic aliis justitiam manu fubtrahere nequaquam debetis. Ad hoc autem ecclesiæ de Colingham, cum ea in qua debeant solvi integritate, quando fundus ad vestrum dominium pervenit, non solvitis. Verum quoniam indecens & inhonestum vobis valde existit, ut aliis damna inferre præsumatis, quæ vobis nullatenus inferri velletis: fraternitati vestre, Gc. quatenus prædictas decimas memoratæ ecclesiæ sine diminutione aliqua, & cum ea integritate, in qua antiquitus solvi solebant, solvere non differatis: quia nobis grave nimis existit, si super his ulterius ad nos querimonia deferetur. Veruntamen si aliquid juris ibi vos habere confiditis, in præsentia fratris nostri Wigorniensis episcopi, & dilecti filii nostri decani Oxoniensis, rationis & appellationis cessante, ordine judiciario expectamini: quod ipsi inter vos & partem alteram diverint diffinendum, firmiter fuscepturi & inviolabiliter servaturi.

CAP. XIV. *Item Gregorius.*

Ut nullus abbas decimas & primitias, & reliqua quæ secundum statuta canonum ad episcopos pertinent, detinere sine authoritate Romani pontificis, seu illius in cujus diœcesi habitat, apostolica authoritate firmamus.

CAP. XV. *Item Joannes papa.*

Certam habemus prædecessorum nostrorum constitutionem & rationem, nil in hoc Mundo habentibus, & decimas, oblationes vivorum & mortuorum, convenire, qui spontaneam eligentes pauperta tem, in monasterio suo degere volunt sub imperio, in quibus Christus aliter & vestitur.

CAP. XVI. *Item Pasthalis III.*

Novum exactionis genus est, ut clerici a clericis frugum vel animalium decimas exigant. Nunquam enim hoc in lege Domini præcipi legimus aut permitti: nec enim a Levitis Levitæ decimas exigebant legimus. Illi profecto solvere laborum suorum decimas debent, qui a clericis spiritualium ministeriorum labores accipiunt.

DE ILLIS QUI INCIDUNT

in canonem datæ sententiæ, vel incidere videntur, cum non incidant: & qui propter absolutionem sint ad sedem apostolicam mittendi.

CAP. I. *Alexander III. Bathoniensi & Exoniensi episcopis.*

SI vero aliquis in clericum comam nutrientem, ignorans quod clericus fuerit, manus violenter injecerit, propter hoc non debet apostolico confpectui præsentari, nec etiam excommunicatione notari, dummodo ipsum esse clericum ignorarit: & si hoc dubium fuerit, propria manu voluerit præstare sacramentum.

CAP. II. *Idem abbati de Reading.*

Consulte nos tue diligentiæ providentia, quid tibi fuerit dum fe de his, qui de fæculo fugientes in monasterium, tum religionis habitum fuscepere, & infra certum tempus poftmodum confi tentur fe tale delictum commisisse, quod ipso actu (senten-

Anno Christi 1179.

sententiam excommunicationis incurrerunt. Hos autem non potes sine licentia summi pontificis, nec debes absolvere, sed præsumptionem delinquentium debita animadversione punire.

CAP. III. *Idem.*

Porro si aliqui violentas manus in fratres tuos mittunt, & pœnitentia ducti, non convicti, sed privatim, sicut allegis, a te veniam postulant, eos monere debes propensius & inducere, ut hujusmodi insaniæ, sanguine satisfaciat, & apostolico confpectui fe præsentet, cum a te vel ab aliquo hoc speciali mandato Romani pontificis absolvi non possint.

CAP. IV. *Item Exoniensi episcopo.*

Nulli autem monachi Templarii se possunt privilegio apostolicæ sedis tueri, quo minus excommunicatos vitare debeant, & pro violenta manuum injectione in clericos, sicut excommunicatos vitare,

CAP. V. *Item Cantuariensi archiepiscopo, & ejus suffraganeis.*

Non sine cordis dolore & amaritudine audivimus, quod quæ in ecclesiasticis per vos aut per alias personas ecclesiasticas in ecclesiis secundum statuta canonum ordinatur: laici vero, qui forte aliquando contra ecclesiasticam ordinationem ex usurpatione confuetudinem in pertinacium fue salutis habere, in tantam vesaniam & furorem prorumpunt, quod ecclesiasticos vivos canonice in ecclesiis ipsis ordinatos multis injuriis afficiunt, aliquando affligunt eos verberibus, & interdum etiam, quod eft audito terribile, occidere non verentur. Quoniam igitur quanta fit præsumptio & rapacitas, qui talia & tam atrocia & nefaria facinora committunt, nemo potest, qui recte sapit ignorare: ad eos patientes & castigandos, qui hæc sacrilega diabolicæ tradis commitunt, fpiritalem gladium debetis exercere, & vos ita volumus in eos ecclesiasticæ disciplinæ rigorem exercere, ut nil videamini omittere, quod adversus hos ex juris distinctione fieri possit. Inde est quod fraternitati vestræ, Gc. quatenus si qui se in tantam vesaniam & præsumptionem eresserint, quod hæc vel alia occasione clericos occidant, vel occidere faciant, vel aliter violentas manus in eos injecerint: tam malefactores ipsos, quam illos de quorum mandato id fuerit perpetratum, publice excedis candelis & pulsatis signis, aperte excommunicatos denuncietis, & factatis sicut excommunicatos deviari, donec Deo & sanctæ matri ecclesiæ fatisfaciant, & cum litteris vestris rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam accedant.

CAP. VI. *Idem.*

Graviter oculos Divinæ majestatis offendunt, qui religiosos vitos indebitis fatigant molestiis, & locum fuge perturbant quietis. Sane a prædecessore nostro sanctæ memoriæ papa b A. III. in concilio Lateranensi statutum est, ut qui violentas manus in clericos vel monachos, hospitalarios, Templarios, mittunt, feu in vivos alterius religionis, excommunicationi subjaceant. Nos autem statutum prædecessoris nostri ratum & firmum tenere volentes, fraternitati vestræ, Gc. quatenus si qui parochianorum vestrorum in fratres hospitalis Hierosolymitani manus violentas injecerint, eos publice excommunicatos, appellatione remota, denuncietis, & ab omnibus laicis cautius evitari, donec prædicti fratribus de illata injuria congrue satisfaciant, & eam litteris epifcoporum fuorum rei veritatem continentibus, apostolico confpectui fe præsentent.

Anno Christi 1179.

CAP. VII. *Item Exoniensi episcopo. Tres capituli.* Sicut dignum.

Super eo quod a nobis consilium postulasti, utrum si scholares fefe invicem percufferint, in plena vel minori gratia, clerici aut religiosi viri in claustro, secundum canonum illum quo Satanam est, ut illi qui in clericos manus violentas injecerint, ad eadem apostolicum pro sua absolutione venire debeant, inquisitioni tue litteræ respondemus: quod si clerici inter a puberes annos fefe ad invicem, vel unus alterum percufferit, non tunc ad sedem apostolicam mittendi, quia eos gratis exculavit: nec etiam clerici, si fint pleno gratus, si non de odio, aut invidia, vel indignatione, fed levitate jocofa fe invicem percufferint: nec magistri, & clericum scholarem intuitu disciplinæ vel correctionis percufferit, quia non potest in hoc violenta manus injectio notari. Ceterum si ex odio fefe idem scholares percufferint, pro fua absolutione debent ad sedem apostolicum venire.

CAP. VIII. *Idem idem in eodem epistola.*

Monachi vero & canonici fegulares, quocumque modo fefe in claustro percufferint, non funt super hoc ad sedem apostolicam mittendi: fed fecundum discretionem tuam & providentiam abbatis sui, discipline subduntur: & si abbatis discretio non sufficiat, ad eorum correctionem diœcesani epifcopi providentia erit adhibenda.

CAP. IX. *Idem eidem in eadem epistola.*

Si vero aliejus potentis offiarius, sub pretextu officii sui malignatus, clericum laserit, ab officio suo poteft abfolvi, nisi forte eumdem clericum graviter vulneravit.

CAP. X.

Officialis pro injectione manuum in clericum non poteft, fine mandato Romani pontificis, absolutionis beneficium promereri: quia nulli laico tanta super clericum data potestas, nisi forte turbam arrendo commoveat, non ex deliberatione, fed casu fortuito clericum lafecit. Si forte clericum vim sibi inferentem vi repellat vel ladat, non debet propter hoc ad sedem apostolicum transmitti: fed si in continenti vim vi repellat, cum vim vi repellere omnes leges & omnia jura permittant. Nec ille compelledus eft ad sedem apostolicum venire, qui in clericum, cum uxore, matre, vel forore, vel filia sua propria inventum turpiter, manus injecerit violentas. Ceterum si eum in flupro vel adulterio, quando ea cum qua ftuprum committitur vel adulterium, ita proxima ipsum consanguinitatis linea non contigerit, reperit, aut alias in eum manus violentas injecerit, a tenentia excommunicationis non erit ille immunis.

CAP. XI. *Idem epiſcopis, archidiaconis, & aliis ecclesiarum prælatis per Anglium constitutis.*

Patrochianos autem vestros, si qui in monachos vel

ANNO CHRISTI 1179.

vel conversos præfati ordinis manus violentas injecerint, sublato appellationis remedio, secundum tenorem generalis decreti, excommunicatos denuncietis, ipsisque sicut excommunicatos, facietis eatenus strictius evitari, donec eis quos inferint congrue fuerint satisfactum, & cum litteris vestris apostolico conspectui fe præsentent.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XII. *Idem Bathoniensi episcopo.*

Mulieres etiam, vel aliæ personæ, quæ sui præsidio non sunt, posse[nt] a diœcesano episcopo absolvi, si manus violentas in clericum injecerint. De his vero qui magnæ sunt potentiæ, & ita delicati, quod magnam laborem sustinere nequiverint, si manus in clericos injecerint violentas, tale damnati petitioni tuæ responsum, quod datus postmodum prius & veritas negotii, Romano pontifici est intimanda, & secundum consilium ejus de commisso facere eruntur prudenti. Illi vero qui non injiciunt, sed eorum authoritate & mandato manus violentæ injiciuntur in clericos, ad sedem apostolicam, nisi gravis timor cessante, sunt mittendæ, cum is vero committat, cujus authoritate delictum committi probatur.

CAP. XIII. *Idem Cenomanensi episcopo.*

De cetero noveris, quod si laicus pro violenta manuum injectione in clericum est excommunicationis vinculo astrictus, ab hujusmodi capitales inimicitias vel alias justas causas, quibus ab itinere rationabiliter excusetur, ut ipse ad mandatum apostolico nequeat te conspectui præsentare: licet diœcesano episcopo, accepto juramento, secundum morem ecclesiæ absolutionis gratiam impartiri. Sed illi sub juramenti debito est injungendum, ut quamcitius habuerit opportunitatem, Romanum pontificem adeat, mandatum apostolicum suscepturus.

PARS XV.

DE JURE PATRONATUS, & clericorum institutionibus.

CAP. I. *Idem R. Rhotomensis archiepiscopo.*

RElatum est nobis ex parte tua, quod cum in Laterano concilio sit statutum, ut personæ tali ecclesiæ vel ecclesiasticum beneficium conferetur, quæ resideat in loco, & curam quæ per se valeat exercere: nonnulli autem ad ecclesias præsentati, se posse residere affirmant, & curam habere ecclesiæ & ecclesiastici beneficii profitentur, id tamen effectu contradicente, quod eis exhiberi non voluisti, an propter hoc tales possis repellere, vel institutos sine appellatione removere. Tuæ itaque fraternitati duximus consulendum, verba accipienda sint eum effectu, tales, si præsentati fuerint, licite poterunt amoveri, nisi forte de licentia præfatorum, vel studio litterarum, vel pro aliis honestis causis contigerit eos abesse: nec præterea inde erit ad appellationis diffugium, si contra decreti intentionem fuerit inscriptum. Quia autem consulis, si clericus idoneus, ad vacantem ecclesiam præsentatur, ab episcopo diœcesano non fuerit admissus, & postmodum alius idoneus præsentatus, & ab episcopo institutus, postea[quam] tenuerit corporaliter, an clerico priori ecclesiam petenti, debeat posterior priori præferri: dubium non est, quin in hoc casu melior sit conditio possidentis: quamvis antequam præsentatio per diœcesanum, episcopum approbetur, ratum non est quod a patrono fuerit inchoatum,

A tionem militis fuisset institutus: ei, dumodo alias idoneus fuerit, ecclesiam ipsam adjudicetis, ita quod si abbatissa, obtinente adversus militem, illi de temporalibus debeat respondere.

CAP. VI. *Idem Wintoniensi episcopo.*

Illud præterea[n]dum non duximus, super quo te intelle[c]tuas dubitare; quod si aliquis laicus inconsulto episcopo, ecclesiam non vacantem concedat alicui religiosæ domui, & postea eum vacaverit, ad præsentationem ejus laici aliquis clericus ibi fuerit per diœcesanum episcopum institutus; prior concessio per secundam concessionem, quo minus eata habeatur, infirmari non potest: nec debet aliquatenus impediri, cum illa concessio de jure nullius posset esse momenti: tum quia de eo non venerat facta est, tum quia laicus sine authoritate episcopi nemini potest ecclesias dare, licet religioso loco jus patronatus conferendi liberam habeat facultatem. Si vero jus patronatus, ecclesia vacante, religioso loco contulerit, & aliquis postea fine præsentatione fratrum ejusdem loci fuerit in ipsa ecclesia institutus: ejus institutio tandem rigorem juris est firmitatis.

CAP. VII. *Idem Wigorniensi episcopo.*

Quærimoniam prioris & fratrum de Lauch nobis literis destinatam audivimus, quod R. quondam de Hereford comes, jus quod idem prior & fratres in ecclesia de Wica, ex ordinatione R. de Laci fundatoris ecclesiæ[sic] fuæ, & ipsius Richardi *sicli*, habere debebant, coram bone memoriæ I. quondam Wigorniensi episcopo recognovit. Unde idem episcopus postea jam dictum priorem & fratres, nollo reclamante aut contradicente, investivit, & eximde eum deinceps illi quiete & pacifice posse[de]unt. Deinde cum inter præfatum comitem & C. uxorem, in cujus patrimonio ecclesia illa consistit, divortium per ecclesiasticum judicium celebratum fuisset: eadem C. VV. Pictaviensi nupsit, qui ecclesiæ præfripræ *fructus* memorato priori & fratribus omnino substrait, & eos in ulos R. fæcerdotis quidem loci fine episcopali authoritate converti. Cumque postmodum VV. de medio fublato, præfata C. tertio viro, VV. scilicet de Meduan. effet matrimonio copulata: idem VV. in ea qua uxor VV. temeritate perstitens, jam dictum R. in præscripta ecclesia contra priorem supradictum manutenere & fovere incepit, dicens quod prænominati episcopi institutio, quum super ecclesia ipsa, quæ de uxoris sue advocatione consistit, dum erat in potestate illius viri, a quo posmodum fuerat effe[c]tui, fieri, nullam de[b]et hominatem habere: præsertim cum patrimonium uxoris sue, sicut asserit, integre sibi restitutum non esset, nisi de ecclesia illa suam potest adimplere voluntatem. Verum quoniam absurdum videtur omnino, & ab ecclesia penitus eliminandum, ut ad singulas patronorum secundum humanam conditionem mutationes, ecclesiarum debeant ordinationes mutari: ne quod a supradicto R. taliter factum fuerit, alicui successorum licea[t] irritare: fraternitati tuæ, *cæ.* quatenus tei veritatem diligenter & fudiole inquiras, & si ita inveneris esse prout superius narratur, sæpe dictis priori & fratribus ecclesiæ præfatam, omni occasione & appellatione cessante, restituas, & in pace facias possidere. Vi[c]istitudines etiam hujusmodi ecclesiarum ab ad-

B vocatis vel aliis quibuslibet in tua diœcesi fieri, de cetero nulla ratione permittas: sed earum præsumptores ulque ad dignam satisfactionem, dilatione sublata, vinculo excommunicationis percellas.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. VIII. *Lucius tertius Norwicensi episcopo.*

Cum advocatus clericum unum idoneum præsentaverit episcopo, & postulaverit postmodum, eo non instituto alium æque idoneum, in ecclesiam eamdem admitti: quis eorum alteri præferatur, *c.* episcopi judicio creditmus relinquendum, si laicus fuerit, cui competit jus præsentandi. Verum si collegium vel religiosa persona præsentationem habuerit, prior tempore, potior jure meritò videtur.

CAP. IX. *Idem.*

Cum pastorali necessitate constringamur, & authoritate injuncti nobis officii provocemur pro statu ecclesiarum vigili cura fatigare, & de contra jurta ordinem alicui conferre desiderat, attentiori sollicitudine providere: inde est, quod universitati vestræ, *cæ.* quatenus ex donatione laicorum, nisi authoritatis diœcesani episcopi interveniat & confensus adsit, nullus vestrum sibi ecclesias vendicare præsumat, vel retinere taliter acquisitas, nisi "longa fuerit præscriptione munitus, aut postea diœcesani episcopi forte habuerit confensum. Nos enim, cum laici non possint nisi jus quod habent transferre in alios, hujusmodi conce[s]siones vitibus carere decernimus, & penitus irritas esse confensus.

"Longæva.

CAP. X. *Idem.*

Veniens ad apoſtolice ſedis clementiam in multo diſcrimine fui corporis & bonorum fit. Igtor presentium, ſimplici nobis relatione propoſuit, quod F tempore hoſtilitatis & guerræ, miles quidam R. nomine, fundum R. militis occupavit: quem diu illiciteditinens, nec propterea de fratribus Hoſpitalis clericorum eccleſiam in eo ſitam conceſſit. Magiſter vero & fratres Hoſpitalis prædicti, clericum quemdam nomine R. ibidem inſtituerunt, qui inde annis ſingulis ſolvebat perſionem. Longo vero tempore poſt, prædictus R. fundum ſuum recuperans per juſtitiam, omnia quæ alienaverat poſſeſſor violentus ad jus priſtinum revocavit, & cum in eccleſia ibidem fundata fciret ſe jus tantum datoris habere, conceſſioni quæ memorato R. de præfcripta eccleſia facta fuerat, conſentire nulla-

Cc

nallatenus voluit. Sed V. venerabili fratri nostro Eboracensi archiepiscopo apostolicæ sedis legato, in c. ad ecclesiam tandem præstantiæ, qui præsente magistro Hospitalario, cui prius fuerat concessa, & non reclamante, eundem V. suscepit, & in præsbitera ecclesia ordinavit. Interim autem clericus R. qui eam alieno nomine possidebat, furto ineptitudinis, & etiande, quia crimen ejus notorium fuit, rebus furatis in arca sua repertis, graviter puniri meruerit, eo quod ad aures regias ferri ejus perveneratt, habitum religionis assumpsit: qui infra annum, Apostolicum adiit, & scripturam apostolici culminis, in quo continebatur, ut si monstrare posset, quod timore mortis claustrum intrasset, de religionis voto absolveretur, a nobis obtinuit: cognito quod timore illæ ex prava conscientia perpetrati scelcris proveniebat, Alias autem litteras & ad abbatem de Fontibus, & protrem de Gisleburne reportavit, in quibus continebatur, prædictum V. V. apostolicam auctoritate ad nos factum intrasse, & ipsum prius fuisse violenter ejectum: illi, amoto alio ecclesiæ redderetur. Cumque idem V. a judicibus delegatis cessaret, ubi dari canonicæ indutias postularetur, & ipsi dilationem ei dare pernicies remorentur, exaltimantes quod litteræ ille per fastum suggestionem essent impetratæ, & quod nos de facto non fuissemus plenius instructi: a falsa suggestione ad nos appellavit, & a præsentia judicum recessit. Judices vero, quoniam in causa principali subtatum fuerat appellationis remedium, audita rectitudine quorumdam, qui eundem R. in possessione ecclesiæ illius esse viderunt, & interdum synodalia solvere, eidem possessionem ejusdem ecclesiæ adjudicaverunt, & ipsum pernicios de eadem ecclesia invellivi fieri fecerunt. Verum quoniam dubium nobis & incertum exitit, an præditus R. ita nos falsis suggestionibus circumvenire præsumpsit, & ne mendax tam proprio vel dolus deceat prodesse: discretioni vestræ, per. quatenus cum exinde fueritis requisiti, in unum partes convenientes, utramque partem ante præmissam veritam convocetis: & eorum inquisita veritate, quæ hinc inde fuerint dicta, & plenius cognita, causam ipsam, appellatione remota, hinc canonico termineris: scilicet, ut si vobis constiterit, quod eremus R. ad monasterium ferit, quod timore illorum dictus R. religionis assumpserit habitum, & idem V. per archiepiscopum fuerit canonice inthitutus, et ecclesiam ipsam, occasione & appellatione remota, ei faciatis facturis, & libere pacificeque "dimitti, non obstantibus litteris nostris, si taliter fuerint, ut diximus, impetratæ.

Tamanini

CAP. IX. *Idem Exoniensi & Wigorniensi episcopis.*

Si vobis constiterit, clericum de duno militis ecclesiam vendicare, super ecclesia, illi, nostra freti authoritate, appellatione cessante, perpetuum silentium imponatis. Si vero ipsi patronatus ex dono equidem militis ad ipsum pervenisse, & vos causam audiatis, & concordia vel judicio terminetis.

CAP. X. *Idem episcopo Herefordensi & abbati de Evesham.*

Ad vires nostras, G. clerico insinuante, pervenit, quod cum presbyter qui in ecclesia beatæ Mariæ ante portas Glouceftri, monachorum perpetuum vicariam obtinuerat in fata concessisset, abbas & monachi ipsius loci Divino intuitu presbyterum vicariam ei concesserunt. Cum autem per præfatum abbatem & capitulum ad eandem vicariam G. diœcesano fuisset episcopo præsentatus, quidam I. de Constantiis nomine, instinctu nemo ejus, quarumdam litterarum intuitu, contenentium quod idem abbas & ecclesiam quæ primo vacaret, concederat, impedivit. Hinc est quod discretioni vestræ, &c. quatenus si præfatus I. a vobis super hoc requisitus, aliam causam rationabilem non præotenderit, nisi concessionem ecclesiæ quæ primo vacaret, pro ejusdem contradictione vel appellatione nullatenus dimittatis, quin authoritate nostra diœcesanus episcopus mandetis, ut ad præferatationem prædicti abbatis & monachorum, suprædictum G. ad vicariam præfeiptam re. cipiat, & ei curam animarum committat, sicut moris & juris est: si aliud non est, quod ejus institutionem debeat impedire.

DE PACTIONIBUS SECUNDO. PARISIIS XLVIII.

CAP. I. *Alexander tertius Wigornienſis episcopo.*

VEniens ad apostolicæ sedis clementiam dilectus filius archidiaconus Wigorniæ V. de Fiamevil', sua nobis insinuatione monstravit, quod cum monachi Majoris monasterii terras in parochia beatæ Mariæ de Merum excolunt, ab eadem ecclesia petunt decimas omnes, quas tam necessaria quam voluntaria solvere tenentur sacramenta; & tamen eidem ecclesiæ suas & canonicas sacris institutas decimas solvere contradicunt, sed de fugitivis & cultivis terris solvendum, & duas sibi retinere præsumunt. De reliquis autem minutis decimis, utpote nutrimentis animalium & fructibus hortorum, nil penitus præstare apud eos potest. Arbitramur autem ad hoc sese tueri cujusdam transactionis pactione inter præfatos monachos & quemdam sacerdotem memoratæ V. prædecessorem factam, videlicet ut de duabus carrucatis terræ, quas in dominio suo monachi tenent, terminum dumtaxat decimarum partem frugum exolvere debeant, reliquas sibi retinendo. Quo fit, ut vende occasionibus hujusmodi lumentes maligandi, prædicta ex agricolarum defectu ad eos devolota, monachi in fuum magis aftute, quam provide dominium convertant, & quatuor vel forte plures acras terræ tardius aggregent, non aliter de illis decimis præstantes, quam de duabus præfatis, cum secundum tenoris compositionem integras de illis decimationes solvere teneretur. Quocirca discretioni tuæ, &c. quatenus cum exinde fueris requisitus, utraque parte ante tuam presentiam convocata, rei veritatem diligenter inquiras, & nisi privilegium elementiæ sedis apostolicæ sibi fuper hoc indultum coram te præfati palam produxerint, vel nisi transactionem sibi factam, authoritate apostolica confirmatam ejle docuerint, eum absque inter personas postius quam inter ecclesias ita facta videatur, ne pacta inter alios facta, aliis obesse patiantur, omni dilatione & appellatione remota, præfatos monachos de eorum agricolarum decimationes universas, ex quibuslibet rebus provenientes, ex integro absque omni diminutione suprædictæ ecclesiæ beatæ Mariæ de Merum, juxta præfatarum singulis annis præstare, & etiam illorum quæ illicite detinuerunt, certam æstimationem restituere, cum omni diligentia compellas. Quod si diserioni tuæ, secundum ea quæ proponuntur tibi in judicio, visum fuerit, præfatos monachos non nisi ad tertiæ partis decimationum præstationem secundum justitiam urgere posse: tunc omnium eorum quæ canonico detinenda decreverunt, appellatione remota, suprædictos monachos tertiam partem ecclesiæ jam dictæ, apostolica authoritate præstare decimas cogas.

CAP. II. *Idem Gregorius universis episcopis.*

Scripta fraternitatis vestræ relegentes, agnovimus quod in quibusdam Hadrianum fratrem & concipiscopum nostrum aliqua dixerant, modo cum eodem episcopo in amicitiam convenissent, & inagna unitate pacifica fuisse de eorum unitate latitia. Sed quoniam ea quæ dicta sunt, indiscussa permanere non patimur, fedes nostræ diaconem ad ea investiganda dirigimus: quia non facinora ea quæ audivimus, dissimulare non debemus, præsertim cum accusatores & accusatum gratiam inter se judicialia fecisse: hoc vobis recolle et fubtiliter B perfcrutari, ne forte eorum compacta concordia, aliquod abiit, non ex necessitate, sed promissa facta esse constiterit;

CAP. III. *Urbanus tertius abbatibus de Wellebec & de Salvesthun.*

Gratum gerimus & acceptum, quod in negotiis commissis vestræ jurisdictioni, debitum curam impenditis, & in his quæ dubitationem faciunt, pro gravitate vestræ officii consuram fedis apostolicæ postulatis. Ad quorum vestris dilectio, an ante obitum delegantis, propofito citationis edicto, lite vero poft mortem delegantis contestata, delegatus judex nihilo minus C debeat in causa procedere: & utrum is intelligatur appellationi renunciasse, qui ea interpositis ad proclonandos tefles inductis postulavit, & deinde productis & allegationi renuncians, attestationes petiit solemniter publicari, ficut hoc totum circa decessum bonæ memoriæ prædecessoris nostri Lucii, qui judices delegavit, sub examine vestro alterius contigisse. Nos autem inquisitionem vestræ taliter respondemus, quod cum in priore casu citatione facta quali compatum fit negotium, & ipse, si delegatus non fit, ex hoc de obitu delegantis, potest & debet in causa procedi: tenebitque quod justitia præxia fuerit judicialiter tramite distinitum. In secundo casu videtur ab appellatione remissum, si fundamenta ejus præmissa sunt, D eum qui appellaverat, confiteri procesisse.

PARIS XLIX.

CAP. I. *Gregorius officiali universi fratribus episcopis, & archidiaconis ad quos litteræ ipsa pervenerint.*

VEl ex dolo, vel ex malitia litigantium, vel ex defectu noftro credimus provenire, quod tanta negotiorum frequentia debus fingulis pergrumur, ut imbecillitate propriii corporis laborantes, minori etiam diligentia impediti, omnibus non possimus commode fuperesse, aut audire quæ coram nobis clamores aut murmura finistinere. Hinc etiam evenit, quod negotiis minoribus occupati, majoribus intendere non valemus, prout necessitas ecclesiastica poltulare: & quæ diffinire vel diſponi per nos brevi tempore potuiſſent, expectatione diutina pluſquam oportet, multis patiter irruentibus producuntur. Quoricca per generalem epiſtolam remedium huic rei duximus providendum, ne multimodo impediamur incurſu, vel ſua injuriam patientibus poſſit juſtitia deperire. Eapropter univerſitati veſtræ per a A. S. præſentibus mandamus, quatenus ſi forte de modiciis rebus, quæ inter ſimmam viginti marcarum ſubſiſtunt, in auditoriis veſtris cauſa verſabitur, & alteruter litigantium deſinorie putaverit appellandum: qui appellatione contempta, infra fines veſtrorum epiſcopatuum eos eligere judices, qui ſuſpicione careant, compellatis: ſi tamen idonei ibi fuerint inventi, in quorum præſentia jurgium ſopiatur: a quibus ſi qua partium crediderit appellandum, ad archiepiſcopum five primatem vocem appellationis emittat. Si vero talis negotium ſit, quod ſummam continet aliquantum amplioremve fines veſtrarum diœceſeon, ſi ſponte noluerint, inviti non cogantur. Cognitores tamen de vicinis epiſcopatibus aliquos eligere compellantur, juxta formam quam præmiſimus, negotium tractaturos: in majoribus cauſis & obſcuriſtribus articulis appellandi ad ſedem apoſtolicam copia ſervata. Non enim videtur miſericordiæ ſuſpicionem carere, quod plerique tuto ad ſervios ad præſentiam noſtram laborare compellunt. Ceterum ſi qui litigantium a proximo feſto Purificationis ſuper cauſis, de quibus epiſcopus cujus juriſdictioni ſaltem is qui conveniur, non ſubjacet, non fuerit requiſitus, vel judices clerici ſuprædicto modo non fuerint electi, & litteras a nobis diuturnæ impetraverit, per quas executoria jurgiorum vel diffinitio judicibus non ordinariis committatur: exarent impetratæ, & ad forum audientiæ noſtræ cauſa ſine debito examine revertantur. Sie enim ſubverſuſpitis occurrere diſceptationum volumus, ut dum eorum calliditatibus obviamus, eis a lium ad juſtitiam aditum reſeramus. Cum vero aliqui juſtitiam habuerint noſtram præſentiam adeundi, litteras eis dimiſſorias non negetis, ſeriem negotii continentes. Hoc autem de factis ad ſedem apoſtolicam appellationibus ſtatuimus, per illis quæ ad archiepiſcopos vel primates fieri contigerit, antiquorum ordinem canonum non mutamus.

CAP. II. *Idem reſidem.*

Quoniam ad epiſcoporum maxime ſpectat officium, afflictis & laborantibus ſubvenire; unumque illorum, licet deficientibus meritis, Deus nos elle voluerit: præſertim temenar, & volumus ne quis ex fortuitis caſibus per Romanæ viſitationem ecclelæ, laboris ſui, quem ad eam veniendo fuſtinuit, debeat fraudare effectu. Indemnem fuit, quod nos multorum proſpicere volentes expenſis, & alleviare labores, de confueta miſericordia diuturnos ſtatuendum, ut litteræ prædeceſſoris noſtri Urbani tertii, a tribus vicinis epiſcopis ſtatuendum, ut litteræ prædeceſſoris noſtri Urbani tertii, a tribus vicinis epiſcopis in tertiæ ſipius obtinuit diſtinatæ pro facienda juſtitia & litigiis dirimendis, quæ tamen manifeſtum alicujus præjudicium non continent aut calumnium æquitatis, eumdem habeant tempore adminiſtrationis noſtræ effectum, quem habere, ſi adhuc illæ viveret, debuiſſent. Ceſſante igitur exceptione de mandatoris morte, perfecte quod mandavit agendum, & nemo ad nos "excuſationi hujuſmodi acceptæ de cauſa juſtitia obtinuendi fidacia, cognatur vacuus laborare.

CAP. III.

Ex litteris quas ad nos tua devotionis fraternitas evidenter accepimus, quod cum cauſam quæ vertitur inter magiſtrum H. de Hilſedale, & R. de Alta ripa, ſuper capella de Cubſelen, de mandato noſtro ſuſcepiſti terminandam, & litteras noſtras in communi audientia perlegi feciſtes: prædictus R. ſibi eas publicari exhiberi. Qui litteris diligenter inſpectis, eas augeri falſitatis, hæc de cauſa feciſtes, quod in narratione facti ſint abſrafæ, ubi

* Apoſtolicam ſedem.

Concil. General. Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1179.

scriptum est, Jure parochiali: alterasque fe probaturum in presentia nostra, quod tales litteræ de cancellaria nostra non emanserint. Vos autem videntes formam litterarum à rationis tramite minime deviare, ab executione causæ subsistere noluistis, præfato R. juramentum deferentes, quod nec subrectitio, nec dilationis causa hoc allegaret, sed quod ita esse credebat. Juramento siquidem à dicto præfixum non præstito, memoratum H. in possessionem caulæ sui servandæ judicialiter induxi, & quod quidam laicos huic ecclesiæ violenter detinebant, ipsos vinculo excommunicationis eos, & ex ecclesia sub interdictio conclusus: præditus R. ad non accedens, & tacens, prout dicitur, quod in commissione appellatis suis litibus, aut mentionem faciens " arrogationis litterarum, aut juramenti eidem delati, & non præstiti, seu fautentiæ missionis in possessionem causa rei servandæ, litterasad Londoniensem & Norwicensem episcopos impetravit in hunc modum: ut si quid in præjudicium memorati R. occasione prioris commissionis factum fuisset, nostra authoritate in irritum revocetur. Cumque præfatus N. citatus à Norwicensi episcopo, qui suus & Londoniensis episcopi vices gerebat, coram eo litteras, tanta veritate, impetratas diceret, mentum, quod juramento lentiæ fieri, Norwicensem episcopum suspectum habebas, cui præfatus R. multa familiaritate conjunctus, ut qui Londoniensis episcopi negotia rear, & quo jussum quotidie comedere dicitur, ad nos appellavit. Unde quoniam propria fraus nulli debet prodesse aut patrocinium ministrare, nos sollicitanti litteras nostras, & videntes quod per illam rationem saltem non possent litteræ, nec citum lesse habeti, præfertim cum etiam privilegia in possessionibus abradantur, & litteræ in narratione, fi eft in facto erratum, irretractanter pollint abradi, nec litteræ illæ in suspecto loco fuerint abrasæ: veltræ fraternitati mandamus, quatenus fi quid factum fuerit in præjudicium memorati H. occasione litterarum, quas impetrabat R. a nobis non facta mentione de appellatione inhibita aut de juramento illi delato, & non præstito, appellatione remota, in irritum revocetis, & fententiam veltram inviolabiliter facratis observari, & eumdem R. in expensis portitoris litterarum, pro eo quod à probatione sua defitit, condemnetis. Postea utraque parte ad vos convocata, causam audiatis, & fecundum tenorem datarum litterarum, quas vobis sub figillo nostro remittimus, fine canonico terminetis, nullis litteris obstantibus. Si vero temeritate, & fraudem illius velimus attendere, & illum fuis meritis judicare, illi super eadem ecclesia faceremus silentium imponi.

A ferror, se mestitia est peperisse: & rebaptizari faciens, virum suum sic decepit. Præterea vengeance periculum, & alias vitæ infidiæ vivo patri perhibebat. Quia igitur nos confulisti, fi hæ probationes ad matrimonium solvendum sufficiant, sic respondemus: quod tam ex confessione, tum ex violenta & incerta fuspicione somnitionis, præsertim fcilicet, quod de partu & mortis machinatione dictum est, & ipse probare vel, let, non immerito possest divortii sententia promulgari: ita ut vir licentiam habeat ex eadem, & aliam ducendi in Domino, ipsa vero sine spe conjugii perpetuo perseveret.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. V. *Alexander tertius archiepiscopo Rotomagensi & abbati* " *Gromar.*

Ex quorundam certa relatione audivimus, quod cum aliqui viri ecclesiastici, de provincia veltra pro fuitia sua profequenda litteras commissorias a nobis impetrant, adverlarii eorum, ut monedanum noltrum eludant, antequam litteræ illæ ad judicem perveniant, vel litteris noltris a judicibus receptis, priusquam ab eis citentur, in voctem appellationis pronunspunt: aut conventionem, aut personas, aliquo possessionem eorum, & quibus controverlia vertuntur, malitiole induxerunt. Quoniam igitur hujusmodi calliditates & verlutiæ fuis non debent in aliquo authoritate fuffragari, & non contra præditas calliditates & verlutias, pastorali volumus solicitudine provideve: discretioni veltræ, &c. quatenus fi adverlarii, inter quos & ipsum super ecclesia controverlia diutius eft agitata, pro evacuando mandato noltro fupradicto modo appellaverint, aut de possessione qualibet " conventionem fecerint, vel multiplicem, & inhærentiæ, tam in possessione præditæ ecclesiæ fe ingellerint, appellationem ceflante, cogatis fub examine veltro juris aquitati parere.

" *Ex abrasione.*

" *Commodi, vel.*

CAP. VI. *Lucius tertius.*

De his qui in fanitate vel infirmitate ad loca religiosa fe transtulerint, nil tibi vel ecclesiis, a quibus recipernut pabulum falutis, relinquentes: hoc tua prudentiæ innotescat, quod fi in ægritudine ipsa ad religionem traxerunt, dumodo in ægritudine ipsa decedant, prædictis ecclesiis, a quibus assumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi. Si vero ad religiosa loca in fanitate fe transtulerint, eoqi non poltea aliquid præscriptis ecclesiis imperirit: quia liberum eft eis tunc bona fua non solum religiolis locis, fed etiam quibuicumque privatis personis conferre.

CAP. VII. *Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. Super hoc quod quæriverit, utrum super ecclesiastico beneficio in litigium deducto, poltli fieri translatio: tale damus, licet sanguinem, & bene meminimus, alii non abhimile quærenti dedisse responsum: quoniam secundum formam transactionibus adscriptam, super se facta litigiosa mi- " *Ita ex Decretal. Greg. lib. 3. tit. 9. de Transact. cap. 1.* me tranqui potest. Etenim res facta ut poltea deatur aliquo dato, vel promisso, vel retento, speciem habere non immerito creditmus simoniæ. Alias autem gratis & amicabiliter inter fe litigantes componere, sactis canonibus non dicimus obviare.

Cap.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. VIII. *Alexander tertius Norwicensi episcopo.*

Quæsitum eft a nobis ex parte tua, utrum judex ordinarius vel alius cui delegatus mandavit ut citaret partes vel exequeretur fententiam, delegato tenetur obedire, cum non sua, sed delegantis vice fungatur; & cum jurisdictio delegatur, omnia quæ ad jurisdictionem faciunt, delegari videantur: mirum potest delegatus tam ordinarium, quam alium cui mandavit, cogere ad id efficiendum quod mandavit: & ei qui obedire contempserit, penam infligere competentem:

CAP. IX.

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. *Ex inspra:* Super eo quod quæritis, utrum ecclesiastica beneficia sepoleentibus, objecta spontanea ubiqui- B rationis exceptione cum caule cognitione fit admittenda, & an actoris, qui sponte non renunciavit, an rei de spontanea renunciatione teltes & probationes fint potius admittendæ: fic experientiæ tuæ duximus respondendum: quod hoc nulli ratio verisimile reddit, ut quisquam beneficio multis fore laboribus & expensis acquilito, & pro quo literari debet, fine magna caula renunciare possit, & eligentis: ideoque fupervacaneum elle non credimus, cauiam actoris contra fuæ renunciationi diligenter inquirere, quatenus fi forte probabilem, hoc eft, non vi, non metu, non interventu pecuniæ, non prohibente extortam, judex C ordinarius five delegatus inveneris, & maxime fi juramentum, quod vix fieri de spontanea voluntate creditmus, quia juramentum fere femper a malo eft, interceditis, admittere, nili repliratio canonica fuerit oppolita, non proponat. Porro licet negantis factum nulla inventi polit probatio dicatur: ejus tamen qui renunciationem fponteam negat, cum implicitæ & quodammodo replicando inficietur, super actione fua probatione creditmus profrendas, habita nihilo minus, ut dicet, ad perlonarum dignitatem & opinionem relatione.

CAP. X. *Ex decretis Horsmida papæ.*

Nullus fidelis, cujuscumque conditionis fit, occulte nuptias faciat: fed benedictione accepta a facerdote, publice nubat in Domino. Si quis ergo facerdos aliquot occulte conjunxille invenitus fuerit, ab officio triennio fuspendatur.

CAP. XI. *Dunelmenfi episcopo & fratribus Rovesti.*

Propoluit nobis dilectus filius noster VV. elericus portionarius tuus, quod cum ipse ad ec- " *Wethun* clesiam de " Wadher, a Reinero Flandrensi venerabili fratri noltro Eboracensi archiepiscopo, apostolicæ sedis legato præsentatus fuisset, idem archiepiscopus eum ad ecclesiam non recepit. Inde " *Apostolica* est quod dilectioni veltræ per " A. S. mandamus, E *scripsa.* quatenus fi idem archiepiscopus ad commonitionem veltram præfatum VV. in ipsa ecclesia, quam civius potens non habiterit: vos rei veritatem legitime inquiratis, & fi vobis constiterit ex parte VV. dommodo idoneus fit, quod ad ipsam vacantem literis prædicto archiepiscopo præsentatus, ad eamdem ecclesiam authoritate noltra, amoto illo qui eam dorinet, etiam fi quis post præsentationem ejus & appellationem, quam fe ad nos fecille propoint, ineuliis eft, appellatione, remota, cum fructibus inde perceptis poli primam præsentationem, eum recipere minime differatis.

Concil. Generasi. Tom. XIII.

CAP. XII. *Eboracensi archiepiscopo.* Parcæ pitulati In eminenti. *de appellationibus.*

De cetero noveris, quod fi fententiam a nobis latam præcepimus per aliquem executioni mandari, & fraus intervenerit, non eft facultas exeatores de negotio tunc cognoscere, fed referti, quæstiones quæ incidentur, ad eolden apostolicam oportebit.

CAP. XIII. *Eboracensi archiepiscopo.*

In eminenti fpecula ecclesiæ, licet immeriti, difponente Domino conltituti, intendere debemus conltitutionibus fingulorum: & prout Deus nobis revelaverit, propoltat enodare. Conlulisti autem, fi cauta, appellatione remota commissa, altera partium ante citationem vel poli citationem, ante fententiam vel poli fententiam, ad fedem apostolicam appellaverit, an appellationi fit in hujusmodi deferendum. Præterea fi causa fuerit, appellatione remota, commissa, & alter adverlarium appellet, quia delegatus judex non vult fuper foggellione falli probationem admittere contra Cantuarienlis litteras impetratas, an in hoc casu teneat appellatio, quæsivisti. Duximus refpondere, fi dudum fuerit causa commissa, appellatione remota, & alter feo conjudici vens fuas commiserit, an ille solus possit procedere appellatione remota, vel ab eo licet appellare, cum in fine non fit appolitum, ut fi tenor non apparet interelle, unus procedat. Primæ ergo quæltioni respondemus, quod causa, appellatione remota, commilla, appellationem non debet deferri, five ante citationem five poli, five ante fententiam five poli, fuerit appellatum: nili appellans, prolequam citaretur, iter arripuillet ad dem apostolicam revertendum, quod autem quæritis, li aliquis appellaverit, quia delegatus judex fuper foggestione falli audire probationes recufat, an appellatio teneat, hoc tenam volumus discretionem tenere, quod in eo casu deferri appellationi deferri. Ab uno vero judicum, appellatione remota, in causa procedi non potest, nili hoc speciale in literis commissoriis exprimatur.

CAP. XIV. *Lucius tertius.*

Quoniam ex plenitudine potestatis, &c. *Et infra:* Conlulere decrevili, de quibus perlonis intelligendum fit, unus alteri in ecclesiastico beneficio fuccedere non debere: utrum, fcilicet, de facerdotibus & eorum filiis dumtaxat, an & de aliis quibuldam perlonis. Noverit ergo quod ad ecclesiaslica beneficia nullam fecundum canones admittendum credimus, nili ex electione canonica vocatum. Sacerdotum vero filios, & maxime in facerdotio genitos, his temporibus luis fuccedere parentibus, quarumlibet regionum conluetudo & in donis civilibus prohibet, & canones in ecclesiasticis multo fortius prohibent & exerantur. Perlonarum quoque filios citra facrum ordines conltitutarum plerumque, & tamen merita luffragantur, parentibus fuis fuccedere conniventibus occulte toleramus. Exemplo namque pernicioluin eft & grave, talia in ecclesia publicare, per quæ in laicis fcandalum generetur. Sane tam has perlonas, quam illas, aballis non repellimus beneficiis, & digni inventarunt.

CAP. XV. *Archiepiscopus abbatibus Cisterciensibus in capitulo Cisterciensi congregatis.*

Recolentes qualiter hæc planitatio fanctæ, hæc

Cc 3 viti

ANNO CHRISTI 1179.

testatem in corpore alterius perdat: sed facere non potest, ut alteri potestatem sui corporis, quantum in se est, tollat. Quod enim sui non est, perdere potest: quod suum non est, tollere non potest. Si faciat ergo, ut debitum suum in corpore alterius jure adipere non possit: non tamen facere potest, ut debitum alterius in suo corpore negare possit.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XIX.

De voto peregrinationis, an electonolis possit, vel per alium reddat, tibi nihilo minus reponderans, quod ab ejus qui prædicet, dependet arbitrio, ut consideret & attendat diligentius qualitatem petitionis, & causam communitionis, scilicet, ut id ex infirmitate seu affluentia divitiarum contingat: & utrum peregrinatio, an recompensatio utilior sit, & Deo magis accepta, & secundum hoc debet eximie dispensare.

CAP. XX. *Remensis archiepiscopo.*

Cum Christus perfectus sit Deus & perfectus homo, minus est quo temeritate quisquam discere præsumat, quod Christus non sit aliquid secundum quod homo. Ne autem tanta in ecclesia Dei posit nequitia inhaberi, vel error indigo ei: fraternitati tuæ rescribendum, quatenus convocatis magistris scholarum Parisiensis & Remensis & aliarum civitatum, authoritate nostra interdicat sub districtione anathematis, ne de cetero audeat quisquam non effe aliquid secundum quod homo: quia sicut Christus eft vera Deus, ita verus homo, ex anima rationali & humana carne subsistens.

CAP. I.

Etsi quæstiones tuæ de fervore religionis exurgere, & te eas ex intima devotionis affectu, quam circa nos & ecclesiam habes, ad nostram deconsulem perferre mallatenus non dubitamus: non tamen est ultra, quam oporteat, in hujusmodi dubitandum, cum leges humanæ dicant, quod quidam non tenui religione contenti, sacramenta & oceasaria & legitima exhibere contemnunt. Tenuem enim vocant religionem, quæ in talibus hæsitat, ubi non est aliquatenus dubitandum. Unde etiam Psalmista dicit: *Trepidaverunt timore ubi non erat timor.* In hoc autem quod dilectus filius noster Petrus sancti Laurentii in Damaso presbyter cardinalis, tunc vero sancti Eustachii diaconus, & apostolicæ sedis legatus, per te postulatus, & ut tibi palliuu deferret, ad partes illas accesit: dilectus filius noster Albanus frater tuus, ejus præsciens necessitatem, eidem cardinali equum unum, te penitus ignorante, transmisit: quorum per mare veniens, nullas aut paucas secum adduxerat equitaturas: te nullo modo timens: oportet, cum in conjunctis, vel dandis muneribus tibi fiat maxime attendenda, persona scilicet dantis & recipientis qualitas, muneris quantitas, & tempus donationis. Qualitatem personarum, ut a quo & cui, videlicet an a paupere divili, an ecconverso, sive a divite locupleti datum fuerit, solicite consideremus. Æstimationem muneris & donationis tempus attendimus, si magni vel minoris pretii res data exiftat, & an inftante neceffitate, an alio tempore conferatur, diligentius infpicimus. Quibus fiquidem infpectis, in præfcripta queftione tua nihil reprehenfibilitate dignum inveniemus; quod quod folicitandi tuæ in fequentibus manifeftius apparebit. Si enim prædictorum cardinalis & fratris perfonarum qualitatem recte confideratione prælumus, non fuit magnum, ab eodem fratre tuo cardinali unum equum inde transmitti, quem etiam jocularori virtutus & tam abundans non petenti donatore. Verum fi temporis neceffitatem perpendimus, non alia ratione hoc conftat fuiffum fuiffe, quam ut cardinali in tali fubveniretur articulo. Quare fuper hoc in conficientia tua nullus debet unquam fcrupulus dubitationis emergere, cum res data modici pretii, quantum ad perfonam dantis & accipientis, exiteris: nec alteruter eorum aliquid in mente habuerit, quod tibi poffet vel debeat, aut poffit vel moliri, in fuperiorem inferre: etfi ante electionis examinationem & pallii receptionem, cum te nolente & penitus ignorante id factum, per nuncium tuum tranfmiffus fuerit & collatus, nec etiam ea tanti pretii reputetur, quæ accipientis animum multum movere deberet, aut ab hoc affectatis propofito declinare. Quod autem fcripfum eft: *Beatus qui excovit manus fuas de omni munere*: de illis dictum eft, quæ ab accipientis animum allicere & inretire folent. Quoniam ii jufta tuæ perfona electi, vel ordinatori, vel confecratori fuo electuarium, medicinas, aut de optimo vino, five de aliis hujufmodi quæ modici pretii fuerint, & quæ voluntatem recipientis inclinare, vel flectere debeant, offerat: non tamen Romana eccleſia dantem, vel accipientem delinquere interpretari confuevit, nifi illa interveniens ex pacto. De cætero licet, ſicut tua litteram contineebant, quod epiſcopus nec in electione ſua eccleſiæ indemnitatem promittat, ſacris canonibus prohibeatur, fed tamen propter hoc, verba fanctitati noſtræ non deberent animo tuo perturbationem vel dubitationem ingerere, cum eſtu regi, qualecs dixiſti, te ignorante, promiſſionem feciſſet, eandem noluiſſe non teneretis. Quoniam capitulum illud de perjuro ſacerdotis electi, ſpecialiter eſt intelligendum. Verum quamvis ſtatet tuus, te neſciente, hujus ſecuritatem præſtiterit, quod tamen non confiat, nec poteſt perpendi, quod non alicujus leſionis maculam propter hoc incurras, vel contrahas: cum, ſicut frattemitas tua non ignorat, ſacerdotum partem infiitura determinatio, quod per qui ad aliquam eccleſiam a parentibus ſuis pecunia interveniente offertur, etſi ad tempus jubetur ab eadem eccleſia removeri, poſtmodum non ſolum ad aliam, ſed ad ipſam unde removetur, poſſit aſſumi. De quibus colligitur, quod cum tu quando verba præfcripta proferi deberant ad eccleſiam * agere nalegationis, a quo jamdin ad illam aſſumptus fuiſti, non ſolum fecundam, in qua modo exiſtis, ſed & priorem diſpoſitionem poſſes habere. Ideoque debes omnem ab animo tuo dubitationem averti, cum ab eccleſia illa jam pridem tranſlatus, & ad aliam deinceps aſſumptus fueris, in qua jam diu manſiſti. Quapropter non fuit neceſſe, ut alicui perſonæ, imperatori ſcilicet, regi, aut alii, exinde ſcriberemus: cum nos nec minimum conſcientiæ ſcrupulum ex hoc ſuborti noſcamus.

CAP. II. *Item Bituricenſi epiſcopo, ex eodem libro.*

Relatum eſt, & nobis ex tua parte monſtratum, quod caſtis matrimoniorum tua diœceſis ad te

ANNO CHRISTI 1179.

dere, illi qui impetrarunt, ad audientiam noſtram appellant, ut per hujuſmodi appellationes non poſſint judicium declinare. Unde quoniam veſtra intereſt, pravorum intentionem reprimere, & peccandi occaſionem eiſdem auferre: fraternitati tuæ per b A.S. mandamus, quatenus ſi b Apoſtolic. qui parochianorum tuorum de hinc conſuetudinarius impetrare, ulterius ab audientia tua ad eſa.Regia. nos apoſtolicam in voccm appellationis prorumpentes, ſi conjuncti non fuerint, eos ſub anathematis interminatione compellas prohibere, donec appellationem profequantur, aut judicio tuo ſtare occdiant. Si vero fuerint conjuncti, eis convenienti terminum profequendæ appellationis, vel ſecundum juſtitiam, præfiges: infra quem ſi neutrum adimpleverint, eos extunc omni appellatione ceſſante, vinculo excommunicationis adſtringas. De cetero Heruberto"

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. III. *Idem in eodem libro, ad Albanenſi epiſcopo vicario noſtro.*

Ex tuarum tenore litterarum accepimus, quod N. clericus adeo deliquit, quod ſi delictum ejus poſſitum eſſet, ab ordine quem ſuſcepit, degradaretur, & amplius non poſſet ad ſuperiores ordines promoveri. Verum quoniam peccatum ipſum occultum eſt, & privatum fore dixiſti: fraternitati tuæ per A. Apoſtolic. quatenus ei com- c. Apoſtolici- munices, & ſi ſtipen- cas ſtipita. dium ecclæſiaſticum, imponas, & ei fiudeas, ut per te, penitentia peracta, ordine ſuſcepto utatur: & de cætero ſacrificium eſt ſuperiores ordines amplius non accedat. Verumtamen quia peccatum occultum eſt, & promoveri deſideret, ei non potes nec debes aliqua ratione prohibere.

CAP. IV. *Idem eidem in eodem.*

De adolefcente, qui mulierem quamdam cognovit, & filiam ejus poſt matrimonia ſibi copulavit, cui jam per decennium cohabitavit, tua prudentia reſpondemus: quod ſi deſiderium ejus, ſicut nobis ſignificaſti, occultum exiſtit, penitentia ſibi congrua debet imponi, nec ab uxore tanti feloris infamia eſt propterea ſeparandus. Si vero id notorium eſſe dinoſcitur & ab uxore debet ſeparari, & ſine ſpe congrui permanere.

CAP. V. *Idem Veronenſi epiſcopo, in eodem libro.*

Ex relatione L. latoris preſentium, & ex tenore tuarum litterarum accepimus, quod cum idem J. ſororem uxoris ſuæ carnaliter cognoviſſet, & cum ea diutius permanſiſſet, tu eos ab invicem ſeparaſti, & jam dictum J. ad noſtram audientiam deſtinare curaſti. Super quo utique fraternitati tuæ duximus reſpondendum, ut eum Hieroſolymam ſtudeas deſtinare. Deinde cum ad propria rediens, nec abſtinentia illorum forte deterius contingat, diffimulare poteris, quod uxori ſuæ cohabitet, non tamen ut eis ad hoc licentiam aut favorem aliquatenus indulgere videaris.

CAP. VI. *Idem Gradenſi patriarcha in eodem libro.*

Ex tuarum litterarum tenore accepimus, quod V. presbyter vivendi teritate ulus, cum quodam infami ad pravitatum locum immundos ſpiritus invocatorum acceſſit. Unde cum, quia propter hoc infamia laborat, & facinus publicum & notorium

ANNO CHRISTI 1179.

toriùm erat, ab officio & beneficio & ecclesiastico suspendidi. Ipse autem coram nobis viva voce propodidit, quod non ea intentione, ut invocaret dæmonem, ierat: sed ut per insperationem aftrologi, furtum cujusdam recipere posset recuperare. Verum licet hoc ex bono zelo & ex simplicitate fe fecisse proponat: id tamen nunc fuit gravissimum, & non modicam inde maculam contraxit. Sed quoniam tutius est, in desterum quam in finistrum, & in misericordiam quam in severitate declinare: ipsum fraternitati tuæ duximus remittendum, monentes atque mandantes, ut fecum misericarditer agas, & sibi infra octo dies post harum insceptionem, ecclesiam cum omnibus abbatiis restituas, & talem ei pro expiatione illius delicti pœnitentiam imponas, quod per annum & amplius, si tibi visum fuerit, ita tamen, quod beneficium non excedat, cum ab altaris administratione prorsus abstinere: & exinde liberum ei sit, officium sacerdotale exercere.

CAP. VII. *Idem Perulano episcopo in eodem libro* 2.

Quod te cum inimicis tuis, &c. De cetero quia fraternitatis tuæ quæsiti industria, ut rum clerici qui infra subdiaconatus ordinem constituti, quia continere carnis vitia coacti non valeant, uxores accipiunt, ecclesiastico spoliari possint beneficio canonice: id tuam volumus experientiam tenere indubitata veritate, quod cum sint voluptatibus & carnalibus deditionibus dediti, ac Divinis & ecclesiasticis sacramentis contrectandis indigni, ecclesiasticis sunt procul dubio beneficiis privandi: quia licet & ecclesiasticis attributi fuerant, de possessionibus aut aliis bonis suis aliqua constabile nosquntur, cum ab eorundem ecclesiarum ministerio fuerint & beneficio sequestrati, ad ipsos recta via dominium & proprietas illico debet absque ulla contradictione redire.

CAP. VIII. *Idem judicibus Veltrensis, in eodem libro.*

Relatum est auribus nostris, quod cum ad vestræ discussionis examen aliqua super testamentis ecclesiæ cauſa deducitur, vos secundum humanam, & non secundum Divinam legem in ea vultis procedere: & nisi fuerint aut unique rebus idonei producti fuerint, omnino non progreditis exinde judicare. Unde quia hujusmodi de judiciis excitæ non secundum leges, & secundum canones debent tractari, & in hac Divina scriptura testatur, duo aut tres idonei testes sufficiunt: diferentiam vestræ per a A.S. mandamus, quatenus cum aliqua cauſa de super testamentis ecclesiæ relictis ad vestrum fuerit examen deducta, eam non secundum leges, sed secundum canones, juxta decretorum statuta, tractetis, tribus vel duobus legitimis testibus requisitis: quoniam scriptum est: *In ore duorum vel trium testium stat omne verbum.*

CAP. IX. *Item præposito & canonici Sulcan. in eodem libro.*

Significatum est nobis, quod ecclesiastium sacerdoti prehendam unam in ecclesia vestra communi consensu & voluntate dedistis: ita quidem, quod Missam de sancta Maria, nisi de corporis infirmitate gravatus, debeat quotidie celebrare, qui ecclesiam vestram non nisi communi tam præpositi quam capituli consensu, potesti dimittere, nec cuiquam præbenda illius anniversarium delegare. Quam siquidem constitutionem eatenus confirmavimus, ut præbendas sacerdos, ecclesiæ, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assidue debeat officium suum impendere: & quanto ferventius potest, salva honestate sua & debita devotione, Missarum solemnia celebrare: tanto sibi licentius, illine fe ad aliam ecclesiam transferendo, aut voluptatis cauſa, subtrahere.

CAP. X. *Idem Brixensi episcopo, in eodem libro.*

Significatum est nobis & pro certo manifestum, quod Griboldus nondum indignus effe quatuordecim annorum, timore magistri, qui eum literas erudiebat, habitum religionis fuscepit in ecclesia de Rustinis*, & inde sicut puer infra annum exivit, & per faculi vanitates jam fex annis & eo amplius vagabundus discurrit. Unde quoniam hujus rei veritas nobis non constat, fraternitati tuæ per A.S. mandamus, quatenus rem ipsam diligenter inquiras, & si inveneris, quod non fuerit a parentibus oblatus, nec inceperit esse quatuordecim annorum, quando ad religionem accessit, & quo infra quartumdecimum annum voti pœnituerit, & ab ecclesia recesserit, si in sæculo voluerit remanere, & eum ab ipso voto quod fecit, auctoritate pontificali absolvas, & cum absolutum tam in ecclesia de Rustinis, quam populo tuæ civitatis studeas publicare. Si autem a parentibus suis forte oblatus, quo quartumdecimum annum compleverat, cum religionem intravit, live post quartumdecimum annum professionem a se factam ratam habuit, eum ad eandem vel aliam religionem transire, ecclesiastica districtione compellas.

CAP. XI. *Idem Salisburgi episcopo, in eodem libro.*

Pervenit ad nos, quod cum tu Rog. filium Willelmi ecclesiæ tuæ canonicum, ut debitum in eadem ecclesia residentiam faceret, monuisses, ad audiendum nostrum in appellatione procupit, & appellationi tuæ terminum, prout tempus fert, dari Luæ præfixit. Quoniam igitur indignum est, per quas vel aliorum fatisfortigia, præscriptam ecclesiam debitis obsequiis defraudari, cum ipse fruſtratorie dilationis cauſa appellasse videatur: fraternitati tuæ per A.S. mandamus, quatenus præfatum Rog. diligenter & fudiolo commonens, ut in eadem ecclesia debitam, omni mora postposita, faciat residentiam, vel infra præbenda sua, quam Luæ appellationem tuam profecturus, ad nos veniendi iter arripiat. Interim vero alicui honeste perſonæ vices ejus in ecclesia prætaxata secundas committas: & tantum ei de beneficiis illius, appellatione cessante, assignes, unde pollit congrue sustentari. Quod si præfatus Rog. alterum illorum adimplere negligerit, to eum extune prebenda sua, omni appellatione & contradictione cessante, privet: & eam alicui viro diferto & honesto, nullius appellationis admista, concedas patter & assignes.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. XII. *Idem Varnacensi episcopo, in eodem libro.*

Veniens ad nos nobiles latrix præsentium, lacrymabili nobis confessione monstravit, quod cum de quodam filium genuisset, & ille sibi turgido spe vultu impropereatet, quod filius ejus non esset, ipsa irascundie calore & furore animi ducta, eumdem filium vitæ suæ fecit. Quo comperto, comes Flandrensis eam totam terram suam usque ad septennium abjurare coegit, nisi de nostra licentia* remaneret. Cumque se nostro conspectui præsentaret, & quod crucem fuscepisset, Hierosolymam se profecturam monstrabat: nos videntes quod in partibus illis impetratio litium non poterit esse artis, sed damnosis, eam ab Hierosolymitano itinere revocantes, ipsam fraternitati tuæ duximus remittendam: præsentium auctoritate mandantes, quatenus præditam mulierem labores inducere, ut in aliquod monasterium qui episcopatus transeat, & ibi peccata sua perpetua pœnitentia deploret. Si autem deputandæ carnis fragilitate, ad hoc induci noluerit, ei licentiam nubendi in Domino tribuas: quia tutius nobis videtur ut in Domino nubat, & unj soli quam multis adhæreat.

CAP. XIII.

Relatum est auribus nostris, quod cum vir nobilis* Aregorelia nomine, M. mulierem de Oreja C. quondam uxorem suam suspectam haberet, fratri & militibus suis præcepit, ut eam longe ad pretata loca deducerent, & gladio occiderent. Qui cum ipsam ad quandam silvam duxissent, & evaginato gladio occidere vellent: eadem ad pedes corum cecidit, & ne sibi vitam tervarent, lacrymosa supplicatione rogavit. Cognatos vero & pietate & misericordia motos, ei sub conditione peperit, quod in monasterio de Tolabeo* habitum monasticum deberet suscipere. Quo audito, maritus ejus, quia reservata erat ad vitam, graye plurimum tulit: sed tamen postmodum acquievit, & eam habitum est, quod deos episcopos Cafarauguſtanum & * Tirasonensem ut eam benedicerent, & illi velum imponerent, ad monasterium ipsum adduxit. Episcopi vero rem ignorantes, & quia juvenis erat, & filium habebat parvulum, mutationem vitæ fuæ suspectam habentes, eam fecerum convenerunt. Quæ utique tam per ordinem patefactum, quod mortis timore, & non bono animo monasterium intraret *: & quando cumque posset, inde exiret, nihilo minus adjecit. Tunc episcopis de morte ejus timentibus, & quod ab ea nullus ordo professionis acciperetur: inter eorum, Tirasonensis scilicet, ut viri illius tyrannidi satisfacere videretur, mulieri imponere velum simulavit. Tandem autem viro & fratre de medio sublatis, præditta mulier de monasterio exivit, & eadem nobili P. nomine de * Cambera. * nuptis. Sororem suam cum reclamaſſent, & episcopo Cafaraugustano conquesti fuissent, & episcopus non posset eam videre, neque fuspectis convenire: ad instantiam eorum, eam & virum quem acceperat, excommunicavit, & totam terram ejus interdixit, ignorans penitus quamodo res processisset. Quam utique sententiam venerabilis frater noster Tarraconensis archiepiscopus postmodum confirmavit. Nos igitur de prudentia & honestate vestra confidentes, eandem ipsam experientiæ vestræ duximus committendam, & sine debito terminandam. Idcoque diferetioni vestræ per a A.S. mandamus, quate-

ANNO CHRISTI 1179.

nus prædictam mulierem & virum, recepto juramento, quod nostro debeant stare mandato, ab CHRISTI excommunicatione absolvatis. Deinde tam mulierem, quam prioritum & monales præscripti monasterii, ad præsentiam tuam convocantes, cauſam diligentius audiatis, & fine canonico terminetis. Quod si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse, sed quod ipsa non posset eam habere: ipsam ad monasterium redire, & habitum depositum resumere, censura ecclesiastica compellatis.

CAP. XIV. *Idem Gajacensi electo, in eodem libro* B.

Cum Petrus Mancovela*, & Bonus Caci* prefbyteri, & Joannes Bona Coci* laicus, in nostra * al. Mancovela. * al. Caci. præsentia confitiui essent Joannem, * al. Caci quoniam laicus erat, in jam dicti P. accusationem nequaquam admisimus. Cumque præfatus B. eumdem P. super crimine simoniæ constantius accusaret, nos eum, quoniam in cauſa testimonium fuit adductus, & quia frater ejus, J. scilicet, jam dictum P. prius coram te accusaverat, repulimus: præterim cum frater Petri Bonum Coci antea de eadem cauſa confitiui accusaſſet. Verum quoniam unus post alterum, prædictum instante vicissitudine accusabat, neutrum ad ejus accusationem admisimus, sed utrique de objectis criminibus purgationem duximus indicendam. Inde siquidem est, quod discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus utrumque, quæ illorum se cum tribus testibus sacerdotibus fecerit, fra trigintia dies post harum fuscepitionem purgare. Purgatores vero illius honestatis & opinionis esse volumus, quorum vestri verisimile fit, eos nolle amore vel odio leu obtentu pecuniæ peierare. Ut autem idonei appareant, necesse est, ejus quem purgare debent, vitam & conversationem noscant. Quod si utrique illorum vel alter in purgatione defecerit, tu deficientem omni officio & beneficio ecclesiastico prives, tibi omnimodo præcavens, quod in præmorato P. in fua voluntate purgatione assistere, nullam eis malevolentiam vel indignationem ostendas: nec eos amodo impedias, vel ab aliis, quantum in te est, impediri permittas.

CAP. XV. *Idem Norwicensi episcopo in eodem libro.*

Venientis ad nos Rom. clerici narratione audivimus, quod cum in puerili ætate confitutus fuiſſet, & literarum studio non diligenter operam suam & cuidam confocio suo, qui nihilo minus Dominium fepulcrum propoſuerat visitare, fidem dedit, & fuam ab eo fidem recepit, quod sibi invicem in via fideles exiſterent, & bonam focietatem servarent. Qui utique folicita mente revolvens, ad nos accedit, ut sibi super hoc necessitatem * auxilium apponamus. Nos autem ipsum * consilium gravi infirmitate laborare, fuisi afferit, intellegentes, & de quatuor in partibus Orientis, ejus adversitas parum utilitatis conferret, diligentius adventum, præsertim cum fit clericis illicitum in sacris ordinibus conſtitutis arma sumere, aut effusioni sanguinis vacare: ipsum a voto quod in ætate tenera, facilitate animi potius quam ex arbitrio diferetionis, promisit, absolvimus ita tamen, quod idem votum elemolynis redimere debeat, & juxta consilium nostrum toto vitæ fuæ tempore mi pauperum Christi, dem ad hoc

A Anno Christi 1179. Dieuc. 15. a Apostolici Scriptura. Matth. 18. * al. quod visitare Sepulcrum. B Apostolicæ sedis. C Anno Christi 1179. * Jo. Calleff. l. 8. c. 58. de rebus Alexandri II. Gelasii II. & primi Calixti. Cardinalis. * al. nobili Hispaniæ, & patricio, A. nostro. * al. Calaguritani. * Tir. Tirasonensem. * al. interpretatus, propositum fuisse quod quidam peregrinus. * al. Cambetis. a Apostolicæ sedis. b Apostolicæ sedis. c Anno Christi 1179. d Anno Christi 1179. e Anno Christi 1179. * Petri Leo. f Anno Christi 1179. * constituta. g Anno Christi 1179. h Anno Christi 1179. * Petri Leonis. i Anno Christi 1179. * constituta. k Anno Christi 1179. * Petrus. l Anno Christi 1179. m Anno Christi 1179. n Anno Christi 1179. o Anno Christi 1179. * al. Corti

hoc fine sufficiant facultates, tam in victu quam A in veſtitu providere.

ANNO CHRISTI 1279.

CAP. XVI. *Idem Præmonientes ſuppoſitos non conqueſtio propoſita ſuit, utrum monachi in accuſatione abbatum ſuorum aliquatenus ſint admittendi. Super quo utique tua prudentia reſpondemus, quod niſi alia rationabilis cauſa impediat, ſi manifeſta, eo quod monachi de obedientia & ſubjectione abbatis ſunt, ab ejus accuſatione non ſunt admittendi. Quibus ſiquidem, cum propterea non habeant, de rebus monaſterii expenſe debent neceſſaria, donec cauſa debitum finem recipiat, miniſtrari. De confirmationibus autem Romanorum pontificum, tuam voluimus experimentum tenere, quod contra illas, niſi novum apoſtolice ſedis mandatum procedat, aut certum ſit, quod ipſe confirmationes per falſum ſint ſuggeſtionem obtentæ, non eſt aliquatenus judicandum.*

CAP. XVII. *Idem Relvacenſi epiſcopo.*

Quod nobis ex una parte ſignificatum eſt, ut ex clandeſtinis matrimoniis diſpenſare debeamus, non videmus quod in ſpiritalia ſit ſuper his adhibenda. Si enim matrimonia ita occulte C *contrahantur, quod exinde legitimi teſtes non appareant, hi qui ea contrahunt, non ſunt aliquatenus ab eccleſia compellendi. Verumtamen ea, quæ ſic contracta ſunt, ſi perſonæ contrahentium voluerint publicare, niſi rationabilis cauſa præpediat, ab eccleſia recipienda ſunt: ac comprobanda, tanquam a principio in conſpectu eccleſiæ contrahenterint. Si qui autem de clandeſtino matrimonio, poſtmodum ab eccleſia comprobato & rato habito, geniti fuerint, eos legitimos judices filios & hæredes.*

CAP. XVIII. *Idem Hieroſolymitano patriarchæ.* D

Literas fraternitatis tuæ debita benignitate suscepimus, quibus certiores de sinceritate tua fidei & devotionis effecti, ad honorem tuum & commodum abundantius provocamur. Verum quia a nobis postulasti, utrum postquam desponsatia inter aliquas legitimas personas contracta fuerint, & antequam a viro muliere traducatur, alter eorum lepræ morbum incurrat, alter ad contrahendum copulam maritalem cum illi desiderat, ut se a viro possit ad secunda vota transferre: tuæ solicitudini respondemus, quod ad accipiendum cum ea non debet, cum inter eos matrimonium non sit consummatum.

De illa vero, quæ viro sua sanante in hæreſin, ipsius consortium declinavit, utrum reverti ad sanctam vitam voluerit, ad reditum ejus ad matrimonium fit cogenda: videtur nobis quod si mulier ea dumtaxat intentione discesserit, ut a pravo in hæreſin, tuto posset & confulione ecclesiæ, se ab errore suo convertere: ei, cum revertere voluerit, est reddenda: quæ etiam, si reverti noluerit, compelletur. Si vero judicio ecclesiæ, sine spe matrimonii redintegrandi recessit, ad recipiendum eum nullatenus eam ducimus compel. fendum. De uxore vero, utrum quemadmodum & vir, liberam debeat habere sepulturam, videtur nobis, quod nulla super hoc inter virum & mulierem fit differentia, sed utrique, in cujus ipso, æqualem credimus esse facultatem, cum electio ipsa ad eum potius statum pertineat, in quo mulier solvitur a lege viri. Utrum autem pater minores filios, & quo magis voluerit, debeat ispellire, non invenimus a sanctis patribus diffinitum, & propterea terræ consuetudini decernimus relinquendum.

CAP. LXIV. *Idem Marimondrensi abbati.*

Inter cetera quæ a nobis fun pro tuo ministerio requisita, illud quoque nuncii solicitudo non tacuit, quod quidam monachus tuus, cum effet olim in sæculo constitutus, presbyteratus officium, prætermisso diaconatu, susceperit: super quo tua postulata devotio dispensari. Intelleximus autem quod ille non malitia, sed pia, ut sibi videbatur, cautela prumonitus, ordinem diaconi quem se accepisse simulabat, omisit, no, sicut eum quidam nuncuatus ejus infitiatur, de manu fcbismatici fuerit. Unde quia de his nihil nobis constare potuit, examinationem facti inquisitus diuvimus consentire relinquendam: authoritate apostolica mandantes, ut si absque dubitatione constiterit, quod ille non ex superbia, sed ut schismatici manus evaderet, & indignationis avunculi sui aculeos declinaret, talis simulatione fit usus, competenti tempore ordinem faciat ei diaconatus impendi: & sic post aliquantu temporis asslictantiam, quam tuæ commissimus discretioni, dantaxat corde contrito & humiliato spiritu, in beneficio sacerdotalis ordinis poterit exercerri.

CAP. LXV. *Idem archiepiscopo Turonensi, Andegavensi episcopo, & abbati Solmurensi.*

Ad audientiam nostram, venerabili fratre nostra Cenomanensi episcopa intimante, pervenit, quod dilectus filius noster W. archidiaconus ejus, de morte cujusdam mulieris, que per officiales ipsius archidiaconi interfecta propositur, non aliter quam si ipse occiderit, infamatur. Ceterum quia idem archidiaconus ab hujusmodi reatu fe asserit esse innocentem, nos providere volentes, ne infamia polluat, quem non fecit nocentem: discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus per episcopatum Cenomanensem & civitatem facias publice nuncuari, ut si qui de hoc ipsum archidiaconum accusare voluerint, cum secundum juris ordinem coram vobis accesserit, & nisi comparuerint, qui de homicidio illo eum velint impetere, cautum convocatis partibus audiatis, & fublato appellationis obstaculo, debito fine terminetis. Si vero publica & manifesta denunciatione facta, infra quadraginta dies accesserit non apparuerit, vel etiam in probatione defecerit, præditto archidiacono secundum quantitatem infamiæ, qua laboral, purgationem canonicam imponatis: & ea prudentia & recepta, ipsum a nota infamiæ, contradictione & appellatione cessante, absolutum publice nuncietis, & factatis absolutum haberi.

ANNO CHRISTI 1179.

CAP. LXVI. *Idem nonnullis suffraganeis Cantuariensis ecclesiæ.*

Cum non ignoretis B. venerabilem fratrem nostrum Cantuariensem archiepiscopum vobis non solum metropolitica, sed etiam jure legationis præsse: mirabile satis est, quod quidam vestrum, licet audivimus, asseverare præsumens, quod idem archiepiscopus nullam causam de episcopatibus vestris, sive jure legationis, sive metropoleos, audire debeat, nisi per appellationem ad ipsum. Sane licet forte metropolitico jure non debeat causam audire de episcopatibus vestris, nisi ad eum per appellationem deferatur: legationis tamen obtentu universas causas de infra episcopatibus quæ per appellationem vel querimoniam aliquorum perveniunt ad audientiam suam, audire potest & debet, sicut qui in provincia sua vices nostras gerere comprobatur. Mandamus itaque vobis atque præcipimus, quatenus causas, quæ de episcopatibus vestris ad eumdem archiepiscopum perferuntur, ejus judicio relinquatis: nec quemlibet clericum aut laicum vestræ jurisdictionis de cetero decernere vel impedire teretis, quo minus causas suas ad prælatum archiepiscopum, si voluerint, possint transferre.

CAP. LXVII. *Clemens III. Sagustino episcopo.*

Pervenit ad nos, quod in episcopatu tuo sæpe contingat, quod a laico enormis & intolerabilis injuria clerico, multis asstantibus & videntibus, inferatur, vel plebe presente in ecclesia, cum diabolice fraudis instinctu accidit horribiliter laicus a pestundi sanguine: & ob hoc injuriantes in causam tractu, negant se tantum facinus commisisse; & cum laicus illatam sibi injuriam, quorum testimonio qui præsentes extiterunt & viderunt, probare desiderent, ipsimet, licet veritatem cognoverint, contemnunt veritati testimonium perhibere. Sicque fit, quod ecclesiastica justitia deperit, & ordo clericalis vilescit. Accidit etiam, quod cum plures frequentes in clericos temere violentas manus injiciant, ad fedem apostolicam plurimis nequeunt obstaculis laborare. Et quia super his tua nos fraternitas duxit consulendos, tuæ consultationi taliter respondemus: quod si qui de rebus ecclesiasticis noluerint testimonium perhibere, si alias veritas nequiverit elici, ad id sunt per ecclesiasticam censuram compellendi. Si vero clericis pulsi injuriam, veritatem forte aliquorum testimonio nequiverint comprobare, licet juxta rigorem canonum unius testimonio non sit standum, tamen juxta consuetudinem Romanæ ecclesiæ, propter reverentiam clericalis ordinis, ipsorum juramento fidem volumus adhiberi. Illoc autem qui valetudine præpedit, pro absolutione laborare, receptis ab eis sicut moris est juramento, a potera abiolvere: ita quod fanitati priſtinæ, restituti, apostolico se conspectui reprasentent. Sexui vero femineo & pueris ac fenibus super hoc facis te credimus posse liberæ dispensare. Ecclesiis insuper quæ sanguinis vel seminis sunt effusione pollutæ, civitatis clericis convocatis, cum procellione & aqua benedicta eas adspergere, prout in ordinario habetur adscripturn, poteris emudare. De his etiam, qui clericis non enormes, sed modicam vel levem injuriam irrogaverint, tuæ fraternitatis arbitrio duximus relinquendum.

SEDES apostolica consuevit exhibere se pertinacibus liberalem: sed quidam ejus gratia nequiter abutentur, dum quod ipsa de benignitate concedit, ipli ad malignitatem retorquent. Quidam igitur volentes malignari, in commissionibus nostris nomen personæ propriis nominibus exprimunt, majores vero & digniores specialibus vocabulis non defignant: sed eas in generalitate involutas confenderunt, ut ita facilius commissiones impetrent, sub hac forma: Conquestus est talis de illo, & quibusdam aliis propriis nominibus expriméndis, quod ei in tali negotio & alias graves exsistunt, eorum igitur volentes obviare malignitatibus, decrevimus, ut cum in tot & tris commissionibus minores & viliores perso. nas solummodo designantur, majores & digniores sub generali clausula non intelligantur includi: nec effugnem multitudinem hac occasione licet includere, ut de majoribus & minoribus audiantur, qui de minoribus & leviotibus tantum fuerant mentionem. Si quis vero majores personas expresserit, ut non velit eum eis experiri de facili, sed ut defendere valeat ad minores: quia fraus & dolus eis non debet patrocinari, sanquam mendax precator earest impetratis.

LECTORI BENEVOLO BARTHOLOMÆUS POIN, SALUTEM.

HÆC sunt, quæ ex archetypo illo, cujus fupra mentio fit, lectu adeo difficili, summo labore descripsimus. Quæ fi cui grata & utilia fuerint, primum gratias agat Deo, qui horum quolcumque exemplar hucusque servavit; deinde P. Petro Crab, qui hoc ipsum, ut inter concilia ederetur, procuravit: postremo & nobis, quos non piguit, quamquam non decrant qui debuerantnus & adhortentur, antiquaria publicæ gratia molestiæ tantam perferre, ut aqua annebac difficillime legi poterant; jam cuivis lecto facilia reddentibus. Certum fi quibus in his locus aliquis invicator, minus, aut minus advisus videtur: is noverit, difficultatem eam fibi nobiscum esse communem. Neque enim archetypon ipsum adeo terfum fuit, quin & nos aliquoties hæsitare cogerentur. Maluimus autem & te fubinde nobiscum hærere, quam confecifle ac mutaffe quidvis temere videri. Certe in editione hac poftrema permulta loca mendo fublata fore opera F. Laurentii Surii, & plurima fua integritati reftituta.

CON-

ANNO CHRISTI 1180. EX AUGUSTE CANCIL. MS. fonte. p. 236.

CONCILIUM TARRACONENSE

PRÆSIDE BERENGARIO EJUS SEDIS

Archiepiscopo anno Domini MCLXXX.

ANNO CHRISTI 1180.

ANNO 1180. Berengarius Archiepiscopus A Tarraconensis Concilium celebravit apud Tarraconem cum Episcopis, & Clericis suæ provinciæ, in quo decretum fuit, ut deinceps annus Domini poneretur in publicis instrumentis. Nam antea vulgo solebant tempora notare per annos Regum Francorum. Quod discrete observatum est ab octavo Codice Mſ. monasterii Ripipullensis, in quo ita scriptum est: *Do. fo. Ferdo. 2. Joannis Baptiſtæ uſque ad diem 5. Luce celebratum fuit con-*

cilium apud Tarraconem B. Tarraconenſis Archiepiſcopi: cujus conſilio annus Domini inſtituus eſt inſcribi in omnibus chartis per totum Archiepiſcopatum. Tunc vero currebat annus 1180. Mutatur anno Francorum in feſto S. Joannis Baptiſtæ. Ideſt, mutatur citus computandi per annos Regum Francorum, quem ritum apud Tarraconenſes ad uſque tempus uſitatum fuiſſe ex variis actis intelligimus.

ANNO CHRISTI 1181.

ANNO CHRISTI 1181.

VITA ET EPISTOLÆ LUCII PAPÆ III.

LUcius Papa tertius, inquit Willelmus Tyrius lib. 22. cap. 7. bellum gerit, qui & Humbaldus Ostiensis episcopus, natione Tuscus, patria Lucensis, vir grandævus admodum & modice literatus, juxta formam concilio Lateranensi tertio præscriptam primus creatus est pontifex quarto Kal. Septembris anno Domini MCLXXXI. Hic pontifex sui principio ad tranquillitatem Christianam fovendam totum se impendit. Cumque imperator in Italiam contendidiſſet, ut in hiſpania Saxonica libro ſexto capite quadrageſimoſeptimo ait Krantzius, exierat urbe Roma Lucius papa, ut obviam & præſeſſe ſeret, traditurus ei cum ſilio Chriſtianæ reipublicæ negotia, quæ in Africa nimium coeperant labeſactari. Verona convenerant duo Chriſtianiſſimi culmina. Concurrerat ingens eccleſiaſticorum B multitudo, reconciliaturus ſe deportatus ſedis apoſtolicæ, quod in ſchiſmate imperatorem ſecuti, ab antipapis eſſent ordinati & inſtituti. Intervenit pro his Fridericus imperator, ut in gratiam ſumeretur. Annuit petheringe pontifex. Sed cum poſtera die manus illis eſſent imponendæ ſinguli, ſtimmatarum erat conſilium, quod diceret in concilio Venetiano decreta non poſſe niſi alio concilio irritari: promiſit autem de proximo aliam a ſe evocandum cœtum, in quo ſuper his conſtituerentur. Audite ſunt Germanorum mine pro ſua conſuetudine: ſed nihil ea re moti ſunt cardinales. Credebatur autem ea conſilii mutatio a Conrado Moguntino & Wormatienſi pontificibus prodiiſſe. D Inde coepit imperator tractare cum pontifice ſuper patrimonio potentis per Italiam Comitiſſæ Matthildis, quæ ſub Henricis imperatoribus patre & filio multa facilebat pro eccleſia: & jam rebus humanis excedens multa reliquerat eidem eccleſiæ poſſidenda, quæ imperator ad ſe jure ſuo devocabat. Ecce autem, ut diximus, marchionia Saxoniæ filia. Sed ex ratione temporum diu ante hanc ætatem emigraſſe convincitur: niſi geminas fuiſſe, & alterum poſt alteram in Italia floruiſſe quis concedat. Dia tum cauſa inter faceroditum & regnum ventilata nihil concludi potuit, & ſine fine diſceſſere. *Hæc Krantzius.* E

De eadem ex Arnoldi Lubecenſis chronico libro ſecundo capite decimo Baronius: addens contigiſſe

ANNO CHRISTI 1181.

ANNO CHRISTI 1181.

ibidem de electione epiſcopi Trevirenſis ſchiſma inter cæpiſcopatum & pontificem: quæ ab eodem fuſe numerantur.

Principes Chriſtianos commovit, ut ad opem ſovendam fidelibus, qui in Aſia contra barbaros prælialebantur, ſeſe omnes præpararent. Verum, cum eam expeditionem remis velisque accelerari procurarent, morbo correptus, Veronæ 7. Kalend. Decembris diem claſuit extremum, & in cathedrali eccleſia ſignibarum ſortitus eſt, anno Domini MCLXXXV. poſtquam quatuor annis, duobus menſibus, & viginti ſeptem diebus curam eccleſiæ habuiſſet. Locum ſepulturæ, unde ortiundus erat, pluribus muneribus exornavit. Ab imperatore Friderico, quo uſus eſt familiariſſime & amiciſſime, obtinuit ut in tota Etruria alia moneta locum & uſum non haberet quam Lucenſis, quemadmodum Longobardi aliam non recipiebant niſi Papienſem. Hoc tempore floruit abbas Joachimus, de quo infra in notis conciſſi Lateranenſis quarti plura dicemus. Mansuræ deſtabantur ceroreum Maronis monaſterium, ad eccleſiæ gremium, retento nomine a ſancto Marone abbate, ut ajunt, derivato, redierunt.

EPISTOLA I. LUCII PAPÆ III.

I. AD EPISCOPOS ET CLERICOS SCOTIÆ.

De abſolutione Willelmi regis Scotiæ.

Lucius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabiliſbus fratribus, epiſcopis, abbatibus, clero & populo per Scotiam conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

CUm regibus tanquam præcellentibus Apoſtolus Petrus ſtatuerit deferendum: dignum eſt & conſonum rationi, ut eos tanquam filios catiſſimos propenſius honoremus, & in devotione beati Petri & ſucroſanctæ Romanæ eccleſiæ annuendo juſtis illorum deſideriis attendamus. Acceptimus autem quod cum cariſſimus in Chriſto filius noſter Willelmus illuſtris rex Scotorum, electio- A ni & conſecrationi venerabilis fratris noſtri Joannis epiſcopi intereſſe voluiſſet, obtentu litterarum ſanctæ recordationis Alexandri papæ prædeceſſoris noſtri, bonæ memoriæ Rogerus Eboracenſis archiepiſcopus, & jam epiſcopus dictus, in eum & regnum & quoſdam de regno ſententiam excommunicationis promulgarunt. Ceterum venerabilis frater noſter Joccelinus Glaſcuenſis epiſcopus, & dilecti filii Arnaldus de Melros & Oilbertus * Kalkoenſis abbates, & Walterus priſ- * Kalcenſi. ſanctæ Columbæ de Inſula, propter hoc ad ſedem apoſtolicam accedentes, ſua nobis aſſertione monſtrarunt, quod archiepiſcopus excommunicationis in regem, & interdicti in regnum, & epiſcopus jam dictus in quoſdam de regno excommuni- B cationis, ſententias protuleruut. Quia certa ratio habeti videbatur, operam adhibeas efficacem: quatenus prædeceſſorum tuorum veſtigia ſubſecutus, quam ipſi de principis tenebrarum faucibus eripuerunt, in cultu magni Dei per eam diligentiam, auxiliante Domino, conſervetur. Eo autem curioſius exſtitudinem tuam in tanta oppreſſionis angultia convenit laborare, quod terram ipſam regia intelligi præſidio deſtituta, & totam ſpem defenſionis ſuæ ipſius proceres in tuæ magnitudinis duxerunt patrocinio collocandam. Quod inde clarius tua fraternitas poterit agnoſcere, quod famoſus terræ illius & magnificus defenſores venerabilem fratrem noſtrum Heraclium patriarcham, & dilectum filium noſtrum magiſtrum Hubertum, ad tuam excellentiam deſtinarunt: ut ex ipſorum præſentia conſiderata dignitate perpenderes, quanta fuerit neceſſitatis angultia, pro qua eorum ſuſtinent tamdia exteræ patriæ exilium, ut ipſis faciliter ad vota ſua tuam devotionem inclinent. Viros igitur præfatos, tanquam ab ipſo Domino ſibi deſtinatos, benigne ſuſcipias, & debita caritate pertractes, ecclamque poſſibilitatis modo tanto facilius aquieſcas, quanto gravitatis & honeſtatis intuitu favor eſt eis & gratia exhibenda. Sane recolat prudentia tua, & ſollicita cura ſecum meditatione revolvat, præmiſſionem illum qua de impendendo ſepe dicta terræ præſidio tuam celſitudinem obligaſti: & ita in hac parte te exutum & ſollicitudinem exhibeas, ut te in tremendo judicio ſtricto tua conſcientia non arcuſet, & ejus qui non fallitur diſtricti judicis interrogatio non coudemnet,

"" III. EJUSDEM DECRETUM CONTRA HÆRETICOS.

In coll. 1. l. 5. dec. 6. c. 11.

AD abolendam diverſarum hæreſium pravitatem, quæ in perniſque mundi partibus, modernis coepit temporibus pullulare, vigor debet eccleſiaſticus excitari: cum nimirum impunitas fortitudinis ſuffragatur audaciæ. Et hæreticorum protervitas in ipſis faltoris ſuæ * conatibus elida- * al. in gratiæ tur, & catholicæ ſimplicitatis veritas in eccleſiis ſibus ſuæ ſancta reſplendens, eam utique demonſtret ab om- nibus. nibus exacratione falſorum dogmatum expiatam. Idcoque nos, cariſſimi filii noſtri Friderici illuſtris Romanorum imperatoris, ſemper auguſti, pretentia partiter & vigore fuffulti, de communi conſilio fratrum noſtrorum, nec non aliorum patriarcharum, archiepiſcoporum, multorumque principum, qui de diverſis mundi partibus convenerunt: contra ipſos hæreticos, quibus diverſa vocabula * diverſarum indidit profeſſio falſitatum, * al. capit. inde præſentis decreti generali ſanctione conſurgimus, & omnem hæreſim quocunque nomine cenſeatur, per hujus conſtitutionis ſectem, authoritate apoſtolica condemnamus.

In pri-

In primis ergo Catharos, & Patarinos, & eos qui se Humiliatos, vel Pauperes de Lugduno, falso nomine mentientur, Passagianos, Josephinos, Arnaldistas, perpetuo decernimus anathemati subjacere. Et quoniam nonnulli sub specie pietatis, virtutem ejus, juxta quod ait Apostolus, denegantes, authoritatem sibi vindicant prædicandi: cum idem Apostolus dicat: *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur?* omnes qui vel prohibiti, vel non missi, præter authoritatem Apostolicæ Sedis, vel episcopum loci susceptam, publice vel privatim prædicare præsumpserint; & universos, qui de sacramento corporis & sanguinis domini nostri Jesu Christi, vel de baptismate, seu peccatorum remissione, aut de matrimonio, vel de reliquis ecclesiasticis sacramentis, aliter fentire aut docere non metuunt, B quam sacrosancta Romana ecclesia prædicat & observat, & generaliter quoslibet alios extra eandem Romanam ecclesiæ, vel singulis episcopi per dioceses suas, cum consilio clericorum, vel clerici ipsi sede vacante, cum consilio, si oportuerit, vicinorum episcoporum, hæreticos judicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. Receptores & defensores eorum, cuncosque pariter qui prædictis hæresiis ad fovendam in eis hæresis pravitatem, patrocinium præstiterint aliquod, vel favorem, sive consolatii, sive credentes, sive perfecti, seu quibuscumque superstitiosis nominibus nuncupentur, simili decernimus subjacere sententiæ.

Quia vero peccatis exigentibus quandoque contingit, ut ecclesiasticæ sororitas diseipline, ab iis C qui virtutem ejus non intelligunt, condemnetur: præsenti nihilo minus ordinatione sanctimus, ut qui manifeste fuerint in supradictis erroribus deprehensi, si clericus est, vel cujuslibet religionis obumbratione fecatus, totius ecclesiastici ordinis prærogativa nudetur: & deinceps pariter officio & beneficio ecclesiastico spoliatus, sæcularis relinquatur arbitrio potestatis, animadversione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicæ unitatem sponte recurrere, & errorem fuum, ad arbitrium episcopi regionis, publice confessorit abjurare, & satisfactionem congruam exhibere. Laicæ autem, quem aliqua prædictarum pestium notoria vel privata culpa reperserit, nisi, prout dictum est, abjurata hæresi, D & satisfactione exhibita, confessim ad fidem confugerit orthodoxam, fæcularis judicis arbitrio relinquantur, debitam receperunt pro qualitate facinoris ultionem.

Qui vero inventi fuerint sola ecclesiæ suspicione notabiles, nisi ad arbitrium episcopi, juxta considerationem suspicionis qualitatemque personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint, simili sententiæ subjacebunt. Illos autem qui post abjurationem errotis, vel suspicionem se, ut diximus, propriis antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abjuratam hæresim recidisse, ipsolari judicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquendos, bonis damnatorum, ecclesiis quibus deservebant, secun- E dum sanctiones legitimas applicandis.

Sane prædictam excommunicationem, cui omnes cupimus hæreticos subjacere, ab omnibus patriarchis, archiepisc. episc. in præcipuis festivitatibus, & quoties solennitas nos hauserint, vel qualibet occasione, ad gloriam Dei, & reprehendionem hæreticæ pravitatis, decernimus innovari: authoritate apostolica statuentes, ut si quis de ordine episcoporum, negligens in his fuerit vel desidiosus inventus, per triennale spatium ab episcopali habeatur dignitate & ad ministrationc suspensus.

Ad hæc, de episcopali consilio, & diligentione A culminis imperialis, & principum ejus, adjecimus, ut quilibet archiepiscopus vel episcopus, per se, vel archidiaconum fuum, aut per alios honestos idoneasque personas, bis vel semel in anno, parochiam in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; & ibi tres vel plures boni testimonii viros, vel etiam si expedire videbitur, totum vicinium jurare compellat, quod si quis ibidem hæreticos foverit, vel aliquos occultavenerit, vel celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita & moribus distidentes, eos episcopo vel archidiacono fludeat indicare. Episcopus autem seu archidiaconus, ad prælentiam fuam convocet accusatos: qui nisi se ad eorum arbitrium juxta patrias consuetudinem ab objecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in priftinum fuerint relapsi perfidiam, episcoporum judicio puniantur. Si qui vero ex accusatorum fuperiori fione damnabili respuentes, jurare forte noluerint: ex hoc ipso hæretici judicentur, & pœnis quæ prænominatæ sunt percellantur.

Statuimus insuper, ut comites, barones, rectores, consules, civitatum & aliorum locorum, juxta commonitionem archiepiscoporum & episcoporum, præstito corporaliter juramento promittant, quod in omnibus prædictis fortiter & efficaciter, cum ab eis fuerint exinde requisiti, ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices adjuvabunt, & fi debuerit bona fide, juxta officium & posse fuum, ecclesiasticis similiter & imperialis statuta, circa ea quæ diximus, executioni mandare. Si vero id observare noluerint, honore, quem obtinent, spolientur; & ad alios nullatenus assumantur: eis nihilo minus excommunicatione ligandis, & terris ipforum interdicto ecclesiæ fupponendis. Civitas autem quæ his decretalibus institutis obedire recusaverit, & contra excommunicationem episcopi punire neglexerit resistentes: aliarum careat commercio civitatum, & episcopali fa novertit dignitate privilegiis.

Omnes etiam fautores hæreticorum, tanquam perpetuæ infamiæ condemnatos, ab advocatione & testimonio, & aliis publicis officiis, decernimus repellendos. Si qui vero fuerint, qui a lege diffecsanæ jurisdictionis exempti, soli subjaceant fedis apostolicæ potestatis: nihilo minus in iis quæ superius sunt contra hæreticos instituta, archiepiscoporum vel episcoporum fololant judicium: & eis in hac parte, tanquam a fede apostolica delegatis, non obstantibus libertatis fuæ privilegiis, obtemperantur.

IV. AD WALTERUM ARCHIEPISCOP. ROTOMAGENSEM.

Non instituendus in Ecclesiis, nisi qui vel sint aut in proximo futuri sint Sacerdotes, & residere ibidem parati sint: nec minus idoneus, etiamsi a parentis profanatis fuerint.

LUcius episcopus ..... Waltero Rotomagensi Archiepiscopo ..... Quoniam sepe in Archiepiscopatu tuo dicitur evenire, ut ex ecclesiis inibi conflictutis inutilium institutio perfonarum scandalum inferat & gravamen, folliciturn te esse volumus & attentum, ut ita Deo petitio Ecclesiæ ipfe tuis temporibus ordinetur, quod & clericalis honestas inconvulsa permaneat, & ecclesiarum ftatus jugiter ferveur illæsus. Ideoque fraternitati tuæ præsentibus literis inhibemus, ne ad Vicarios parochialium Ecclesiarum aliquos nifi tales admittas qui vel sint, vel esse debeant in proximo Sacerdotes, & qui

qui velint & possint in propria persona ecclesiis ipfis deservire. Nulli præterea curam committi confentes animarum, nisi qui infra tempus quod a facris canonibus eft præfinum, ad ordinem Sacerdotii poffit & debeat promoveri. Patro fi patroni Ecclesiarum idoneas non præsentaverint tibi personas, liceat tibi authoritate noftra in ecclesiis ipfi, appellatione remota, congruos ordinare ministros, quibus ecclesiarum utilitas & in fpiritualibus & temporalibus falubriter committatur. Nulli ergo &c. Datum Veronæ 17. Kal. Novemb. Lucius PP. III.

V. AD DECANUM, ET CAPITULUM ROTOMAGENSE.

Translatio Walteri de Constantiis e Lincolniensi ad Ecclesiam Rotomagensem.

Inditem:

LUcius Episcopus S.S.D. dilectis filiis Decano & Capitulo Rotomag. falutem & Apbened. Miffilis ad nos dilectos filios noftros Mag. Herbertum Archidiaconum Ebroicenfem, & Helium Ecclesiæ veftræ Canonicos, quos quidem eo honore fuscipimus, quem & veftas devotionis & propriæ honeftatis intuitu decuit exhiberi. Petitionem vero eorum debita benignitate recipimus, & quanto fecundum Deum & juftitiam potnimus, votivum perduximus ad effectum. Sane electionem ven. fratris noftri Lincolniensis Episcopi unanimi veftræ univerfitatis affenfu debite ordine celebratam gratanter admittimus, eo proniorem impertientes affenfum, quod perfonam honorati Episcopi ferventiori caritate diligimus, & promotionijus & honori amplius inteadimus auctore Deo providere. Pallium vero, & plenitudinem pontificalis officii, ad veftræ poftulationis inftantiam, per dilectum filium Hubaldum fubdiaconum noftrum curavimus deftinare. Præfatum itaque Hubaldum, quem earum habemus admodum & acceptum, benigne recipiatis affectu, & pro reverentia B. Petri & noftra honorem ei debitum impendatis, & habeatis ipfum propenfius commendatum. Datum Veronæ XV. Kal. Decemb.

CONCILIUM CADOMENSE, IN ABBATIA S. STEPHANI Habitum anno MCLXXXII.

Ex Bello Concil. Rotom. Proper. pag. 49.

DE *rebus Petrus Blesensis epist. 69.* Novum a Domino Papa nuntiis emanasse mandatum, ut quicumque pacem domini Regis turbarit, C appellatione remota, excommunicationis vinculo adstringantur. Hac authoritate freti domini Cantuariensis omnes Regis impugnatores apud Cadomum nuper excommunicavit: nec regi juniori, nec alis exceptionis gratiam fecit.

Conventum hunc Cadomensem clarius expreffit Howedenus ad an. 1183. fed aprius anno 1182. Rotuitur, cum Henricus iunior Rex 3. id. Junii anno 1183. diem clauserit extremum, ut differte notat chronicon Cadomense, nec tam viva interpretatione in ipfum excommunicationis fententiam. Interim, inquit, Richardus Cantuariensis Archiepiscopus, & Henricus Bajocensis, & Joannes Ebroicensis, & Radulfus Lexoviensis, & Frogerius Sagiensis, & Walerannus Roffensis Episcopus una cum Abbatibus Normanniæ, & clero, & populo multo, venerunt Cadomum, & ibidem in Monasterio D. Stephani communi plebis audientia fententiam excommunicationis tuliorunt in omnes, qui pacem & concordiam inter dominum Regem & filios fuos faciendam impedirent, excepta fcilicet Regis filii perfona. *Et contra eum Richardus Cantuariensis, cum Petro Blesensis contemporaneo eam exceptam Regis filium. Non interfuit conventui Rotomagensis Archiepiscopus senex, ut videtur, & adversa valetudine gravatus. Verum gravis jam Epistola, qua inter Blesenses est 15. Regis filii violentiam perstringeret. Quo de causa Abricensis & Constantiensis absuerint, non liquet.*

CONCILIUM DUBLINIENSE, a Viviano cardinale S. A. L. celebratum tempore Lucii papæ III. anno MCLXXXIII.

HUjus *memoriam concilii debemus Gulielmo Neubrigensi, rerum Anglic. libro III. cap. IX.* Forte, *inquit*, in Hibernium venerat a Scotia Vivianus, vir eloquentissimus, apostolicæ sedis legatus: susceptusque honorifice a rege & apostolico ejusdem provinciæ, in civitate maritima quæ Dunum vocatur, pro tempore morabatur. *Et infra:* Præmanibus habebat regis Anglorum literas ad præfectos ejus Hibernicos, ut eorum tutus fuffragiis, legationis fuæ inter barbaros munus impleret. Hac authoritate pactem & fecuritatem acci- D piens, Divellinum migravit: & fub nomine, vel domini papæ, vel regis Anglorum, fidudiatior agens, convocatis Hiberniæ præfulibus atque abbatibus, generale concilium celebravit. Verum cum in ecclesiis fimplicitatis barbaræ liberius agere morem vellet Romanum: denunciantibus præfectis regiis, ut vel abfcederet, vel fecum militaret, auro Hibernico, quod multum ftitierat, minus onuftus, in Scotiam remeavit.

Anno MCLXXXVI. hæc concilium a consulis tribuitur.

ANNO CHRISTI 1131. *Cœn. Phil. Supp.*

** ORDINATIO DD. JOANNIS " III.

Regis Francie & Henrici II. regis Anglie, consilio episcoporum, comitum & baronum terrarum suarum, de contribuzione in subsidium terre sancte, a nativitate sancti Joannis Baptiste, anno MCLXXXIV. *in decem annos.*

AUCTORITATE litterarum domini pape A subnixi, presente & approbante illustri Anglorum rege Henrico, cum baronibus suis, & A. de Summa legato summi pontificis; episcopi Normannie, in suis episcopatibus hoc instituerunt: Ut quicumque christianorum, quæ ordinata est ad subventionem terræ Hierosolymitanæ transmittenda, tam de injuncta pœnitentia venienda consequantur.

I. Si in pœnitentia fuerint quæ septem annos excedat: trium annorum venia gaudebunt.

II. Si in pœnitentia, vel minori fuerint, pro criminali: duorum annorum venia habebunt.

III. Peccata vero de quibus homo recordari non poterit, omnia relaxantur dummodo de contemptu penitet.

V. Venialia quoque omnia sub tali pœnitentia condonente; ut unusquisque qui eleemosynam istam solverit, ter in die, vel in nocte, *Pater noster* dicat: pro salute vivorum semel, pro pace semel, & semel pro requie defunctorum: tres quoque eleemosynas unusquisque tenetur, ut hanc indulgentiam consequatur, si facere potest. Si vero ea pauperrate laborat, ut eleemosynas illas facere non possit, ter iterum *Pater noster* pro consequenda remissione dicere teneatur,

Talis est dispositio ad subveniendum terræ Jerusalem a Domino Joanne " rege Francie, & Henrico rege Anglie, communi consilio episcoporum & comitum & baronum terrarum suarum approbata. Scilicet:

1. Quod unusquisque tam clericorum, quam laicorum, qui plus quam centum solidos non habuit, de unaquaque domo quam habuerit, ubi singulis diebus ignis confuestudinarie accenditur, duos denarios singulis annis usque ad tres annos persolvet.

2. Si vero in mobilibus plus quam centum solidos habuerit, de unaquaque libra in tota terra regis Francie duos denarios Provinciensis monetæ, vel aequipollentes, & in tota regis Anglie civitatibus duos denarios Andegavensis monetæ: & in Anglia unus sterlingus persolvetur usque ad præfatum terminum.

3. Qui vero centum libras in terris vel in redditibus habuerit, vel eo amplius, de centum libris viginti solidos annuatim dabit.

4. Qui vero in redditibus minus quam centum libras habuerit, de xx. libris dabit quatuor solidos & de xl. libris VIII. solidos, & sic deinceps, vel rationem præditam. Habentes vero mobilia ultra centum solidos, juraburt, quod de singulis xx. solidos, fideliter duos denarios dabunt.

5. De parte mortui, quæ spectat ad eum secundum consuetudinem terræ, & unum post, & debet eleemosynam pro anima sua facere.

6. Decima debetur ad defensionem terræ Jerusalem, a Nativitate S. Joannis Baptiste, anno Incarnationis Domini MCLXXXIV. in decem annos, salvo jure dominorum & ecclesiarum.

Excipiuntur ab ista æstimatione, in clericis, thesauri & ornamenta ecclesiarum, & libri, & equi, & vasa, & vestimenta, & gemmæ, & utensilia, quæ cotidianis usibus, & sibi necessaria sunt. Et in militibus equi, & arma, & vasa, & indumenta quæ usibus eorum deputantur.

Ad hanc eleemosynam colligendam instituentur in singulis episcopatibus, duo fratres, unus de Templo & alter de Hospitali: & singulis parochiis illi duo, & dominus presbyter ville, & duo de legalioribus parochianis, eleemosynam constituntam fideliter colligent, & conservabunt.

** CONCILIUM VERONENSE,

Ad reconciliandos eos qui ab antipapis instituti & ordinati fuerant, celebratum a Lucio papa III. anno Dom. MCLXXXIV.

HUJUS *synodi mentionem facit Krantzius, Saxoniæ libro VI. capite* XLVII. *ad annum* MCLXXXIV. Imperator, *inquit*, in Italiam conTendit anno proximo: & exierat urbe Roma Lucius papa, tractaturus cum Italiæ principe reipnegotia, quæ in Asia nimirum cœperant labefactari. Veronæ convenerant duo Christianismi cŏsumma. Concurrerunt ingens ecclesiasticorum multitudo, reconciliationem depoſcens ſedis apoſtolicæ, quod in ſchiſmate imperatorem ſecuti, ab antipapis eſſent ordinati & inſtituti. Intervenit pro his Fridericus Imperator, ut in gratiam ſumerentur. Annuit perbenigne pontifex. Sed quum poſtera die manus illis eſſent imponendæ ſingulis, immutatum erat conſilium, quod dicebant, in concilio Venetiano decretu, non poſſe niſi alio concilio irritari. Promiſit autem, de proximo alium a ſe revocandum cœtum, in quo ſuper his conſtitueretur. Auditæ ſunt Germanorum animæ pro ſua confuetudine: ſed nihil ea re mutati ſunt cardinales. Credebatur autem ea cunctatio mutatio, a Conrado Moguntino, & VVormatienſi, pontificibus prodiſſe.

Ejuſdem concilii meminit Rogerus Hovedenus, annal. parte I. ad hunc annum. In eodem, & Guillelmus Nemenſis archiepiſcopum ejus Terrum Alexandrinum archiepiſcopum, primi Cæſaris abbatem, ex Alexandrinis eccleſiæ tabulis cuſtod. ..

OSSER-

ANNO CHRISTI 1184.

OBSERVATIO P. ANTONII PAGI A

ad An. Chr. 1183. *n.* 1. *& ſeq.*

Arnoldus Abbas Lubecenſis, qui hoc tempore vivebat, in Chron. Slavorum lib. I. cap. 9. narrat celebertissimum Concilium a *Friderico* imp. celebratum, & cap. inſequenti *Concilium Veronenſe*, cui *Lucius* Papa & idem Imperator interfuere, fed numeri apud Arnoldum corrupti, & scaturare a Krantzii lib. VI. Saxoniæ cap. 47. conjecturis, vel, ſi licet id ipſe non dicas, ex genuino Arnoldi exemplari deſcripti. Ait enim Arnoldus de Curia illa loquens: *Celebrata eſt in Provincia, anno Verbi incarnationis* MC. LXXXIII. *imperii vero regni ſui* XXXI. (ſed legendum *anno vero incarnati* MCLXXXIV. *imperii* XXX. *regni ſui anno* XXXIII. certum enim, ut ex dicto anno ſuperiori liquet, Caſimiri filium Boleslaum habuiſſe. & tutue in curia fuiſſe annum Regni Friderici XXXIII. ſuperiori Anno, ſed non vero poſt.) *Arnoldus Selehat, Imperatorem & Papam Lucium adfuiſſe, & ſuſcitatum eſſe ibi ſchisma inter Archiepiſcopum Coloniensem & Philippum Electum Coloniensem.* Verone habitum cum hoc anno Civitis copulat. & tamen Labbeus Tom. XI. Concil. Krantzium laudavit, illud cum anno MCLXXXIV. conjunxit, licet Krantzius illud differre ceterum Chriſti anno illigatit. Ac Concilium id præcipue tum annum petierit, Krantzium errorem, qui cubat in terra Arnoldi, refte coarcetis & Labbeum illum male citaſſe apud me recenſet. Denique Baronius in eo peccavit, quod nobis, *Colloquium* hoc *pro Concilio* habeat. Nam jam non ſemel monuimus, Constantiæ & Colloquia, in quibus de rebus Eccleſiaſticis agitata, vel quibus Epiſcopi interfuere, Concilia paſſim ab Antiquis appellata, indeque in Collectionem Conciliorum prudentes inferta.

Quare *Tancredus* Juris Canonici interpres in Collect. I. Decretal. cap. 2. *Cum ſit poſſibile* citatus ab Augustino in notis ad Collect. I. Decret. loquens de conſtitutione Lucii III. eo tempore edita, quo Verone cum Friderico congreſſus eſt Fridericus imp. ait, *emiſſum eſſe in generali Synodo*. Petro Tancredus Bononienſis Archidiaconus Autore fuit Quinta Collectionis Decretalium, quæ continet Conſtitutiones Honorii Papa III. ſub cujus Pontificatu Romæ; hæc autem Collectio anno MDCXV. ab Innocentio Gironio Toloſæ edita fuit. Eam Lucii III. Conſtitutionem male recitat Labbeus citatus inter Innocentii Lucii III. tempus Concilii Veronenſis. In ea ait Pontifex: *Nos chriſtiani filii noſtri Friderici illuſtris Romanorum, patricii, ſemper deſiderii prædecessores & progenitores fuiſſe, de communi conſilio fratrum noſtrorum, nec non aliorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, multorumque Principum, qui de diverſis mundi partibus Convenerunt, contra ſuſpectas hæreticos, quibus diverſa vocabula diverſorum hæreſis prodigia fecerunt, præfenti Decreti generali ſanctione conſurgimus, & omnium hæreſium, quocumque nomine cenſentur, per hujus Conſtitutionis ſeriem, auctoritate Apoſtolica & nostra damnamus. Imprimis ergo Catharos, & Patarinos, & eos qui ſe ſimiliariter, vel Pauperes de Lugduno, falſo nomine mentientes, Humiliatos, vel Joſephinos, Arnaldiſtas, perpetuo decernimus anathematis vinculo innodare.* Et retro loco laudato legendo. Decretum itaque illud non *in Concilio* a nec Pontificem & Imperatorem habitos, ſed in Epiſcoporum Synodo, cui Papa præſuit, & Imperator, multisque Principes interfuere, emiſſum.

Et quidem anno ſuperiori, ut recte Signonius in Hiſt. de Regn. Ital. lib. XV. ex aliquo optimo Auctore; quem ſuo more non citat ſcripſit: *Lucius*, inquit, tranſito Pado *Veronam* pervenit; nec multo poſt *Fridericus* quoque; ut rebus Germaniæ per Conventum in Pontevelle habitum conſtitutis, *priidie Kalend. Auguſti* acceſſit. Concilio convocato, cui raro exemplo Pontifex & Imperator intererant, de iis præſertim rebus, quæ Chriſtianum ea tempeſtate premebant Eccleſiam, eſt relatum, nempe de controverſia Ravennæ, pollo Sanctuorum, & *Romanæ Eccleſiæ diviſione. Romani* ut noſtri Eccleſiæ, dicto Sequatore conſulto retenti. Chriſtianum laborantibus auxilia ſummittenda, omneſque ad eorum, qui quotidie *Jeruſalema* recipiunt, virtutem, piratarumque immiſeudam, exciandos effe, decretum: plus minusve dedecoris contrahuos effe Chriſtianos, ſi puttam ſorte *Expulſori* paſſiſſemus reſiſtere, quam gloriæ acquiſiſſe, cum pepercerint. Tangit poſtea Signonius quæ Arnoldus & Krantzius, qui ne verbum quidem de Jeruſalem his habent, de hæreſiarum *Abſolutis Limiſſis*, & convocatione *Henrici* filii Friderici imp. in Concilio geſta fuiſſe affirmat; ſubjicitque Arnoldum lib. IV. *Novembr. Natalis* in villa Sancti Zenonis prope Veronam fuiſſe; anno nempe MCLXXXIV.

Francesco Radolphus de Diceto in Imag. Hiſt. pag. 621. ad annum MCLXXXIV. ait: *Quarto die Interantis Novembris conſpiratione Veronæ in Eccleſia Beatæ Virginis Reverenter, Cardinalibus & plurimis Eccleſiæ Reſtoribus Reverentia ſervientibus, & Archiepiſcopis & prælatorum terræ Transſalpinæ numeroſiſſima, & ſuſcitatum eſſam in præſentia non remiſſionis expoſitiæ generis humanæ evocare curaverunt.* Auctor Annalium Elle Saxonicorum ait Gerardum, de quo Rubeus in Hiſt. Ravens. lib. VI. loquetur & geſta anno MCLXXXIV. ſcribit: *Lucius Tertius Pontifex Maximus ad Concilium, quod iuſe inſtituerat contra Gerardum Archiep. Ravennas profectus eſt.* Subdit Rubeus, Lucium III. *cum Matteo Affo, cuvia hac Italiæ deſcriſſit Baſilicam* Sancti Geminiani, & jam quoque *VIII. Idus*, Joannem de Baſilica D. Petri idem fecifſe dicit; quod attingere etiam a Gonio laudato relatum. Tum Rubeus ſcribit: *Ab eodem etiam Pontifice Gerardus compoſitione privilegia impetravit, &c. in ea magna Concilia, quem Fridericus etiam Cæſar præſentes, eodem anno Kalend. Iunii. Verone habuit.* Rursus *magni Concilium* Veronenſe Lucii III. Pontificis memorat Ughellus, deceſſore nos dicit, quo illud inchoatum, ſollere primum diem mentis Augusti, ſcilo S. Petri ad Vincula ſactum. Eadem poſtea hic Hiſtoricus in notatione temporum accentus *Lucii III.* literis Gerardo Ravennati Archiep. eodem anno datas *Veronæ IX. Non. Septemb.* quibus declarat ſe ad ejus, *cui tanquam Metropoli ſuæ ſubjecta, inſtitutum*, Bononienſem & Mutinenſem Eccleſias dedicaſſe *III. & VIII. Idus Julii*, dum per Bononiam & Mutinam tranſiret.

Profecto cum anno antecedenti *Heraclius* Patriarcha Jeroſolymitanus, *Arnaldus* Magiſter militiæ Templi & *Rogerius* Magiſter Hoſpitalariorum Legati a Rege Jeroſolymitano ad Lucium III. & ad Principes Chriſtianos miſſi, qui lugentes patriæ calamitatem & miſeriam miſericordiam & auxilium poſtulaturi, in Italiam perverunt, inde hoc anno in Galliam profecti, mox Concilium illud & præſentem annum diſcrimine fuiſſe. Neque refert quod Arnoldus Scriptor coactus fuit cum variis exemplis loquaces, eos qui ex his tempore geſtas ſcripſere, quandoque in errore lapſos effe; quod ex magis de Arnoldo dicendum, quo longe ab Italia viaeris, conſtetque eum nullas luculentas in eo quod ſcribit, *Friderieum* anno poſt celebrationem Comitiorum Moguntiæ habuiſſum in Italiam adventaſſe. Adhæc Lubecenſis annalium ſcriptor *Philippus Regis Francie Henrici II. Regis Anglie, conſilio Epiſcoporum, Comitum & Baronum terrarum ſuarum de contributione in ſubſidium Terræ ſanctæ, a nativitate ſancti Joannis Baptiſtæ, anno* MCLXXXIV. *in decem annis.* Quare cum anno ſuperiori tum in Gallia, quam in Anglia actum ſit de ſubſidio Terræ ſanctæ, & currenti Legati inde miſſi in Orientem redierint, *Concilium Veronenſe* a Lucio III. is hunc annum dilatum fuiſſe prorſus improbabile. Denique Onuphrius Panvinius Veronenſium ſummum decus & ornamentum in Chron. Eccleſiaſt. ad annum MCLXXXIV. habet: *Magnas Verona Conventus, cui Papa, Imperator, & multi Epiſcopi interfuerunt*; Chronicon autem illud, Nouregue in Vitas Pontificum Rom. a Platina editas, ultima Onuphrii Opera ſunt, in quibus ideo ea quæ narrat ad exactiorem tamporum ſuorum ab eo rediguntur.

ANNO CHRISTI 1184. CONCILIUM AQUILEJENSE ANNO CHRISTI 1184.

Adversus incendiarios, sacrilegos, & hujusmodi alios, anno Dom. MCLXXXIV, celebratum,

Ex Italia sacra tom. V pag. 68. Labbeus in Append. tom. V.

Utpote ab Ughello edita concilii hujus epistola synodica in hac verba:

Gisilfredus Dei gratia Aquilejensis patriarcha universis episcopis suæ ecclesiæ suffraganeis, venerabilibus & in Christo dilectis fratribus, salutem & sinceræ dilectionis affectum.

a Hispalis decret.

QUONIAM peccatis exigentibus magna pars hominum, quorum non est numerus, adeo salvatoris suo, " quos & Dominus tradidit in reprobum sensum, tantam fecisarum exercens in terris, ut nulla pietate obstante, quia timor Domini non est ante oculos eorum, sanguinem innocentum effundere, vineas & arbores fructiferas fuccidere, domus alienas, & quod gravius est, ecclesias Deo dicatas, spoliare & succendere non formident: & usque adeo crudelitas & furor eorum invaluit, quod ad omnia sacrilegia & nefaria perpetranda obstinatis mentibus præcipites. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.* Et quoniam in provincia nostra, sæva rapacitas prædonum, & diversi generis malefactorum pravitas, spiritus furoris accensa, terras nas jerrime longe lateque destruxit: nos videntes mala gentis nostræ & locorum, in generali capitulo, quod alAnno Christi 1183. CONVENTUS LONDINENSIS, Anno Comit. 1183.

Ex P. Pagi ad An. Ch. 1183. n. 10.

ANno 1183. Conventus Londini habitus a Rege super expeditione Hierosolymitana. Illum nempe sollicitabant Legati Orientales cum Heraclio Patriarcha Hierosolymitano, ut vel ipse, vel ejus filius in subsidium Terræ sanctæ transiret. *Ad tractatum Regis* tradit Radulphus de Diceto, qui hac tempore Londonii fuerit, Cantuariensem electum, hujus suffraganeos, Dunelmensem

VITA ET EPISTOLÆ URBANI PAPÆ III.

URBANUS III. Mediolani natus, ante Lambertus nominatus, ex Mediolanensi archiepiscopo, e genere Cribellorum, statim post Lucium septimo Kalendas Decembris defunctum, mitio omnium consensu electus est in pontificem anno Domini MCLXXV. tempore Friderici imperatoris, quem ob iteratam honorum & jurium ecclesiæ invasionem iterum excommunicasset, nisi morte præventus fuisset.

Omne suum studium ad reconciliandos Christianorum animos, qui in Syria bellis impliciti erant, convertit. Verum cum in ejusmodi procurationibus operam luderet, & Christiani principes odiis & dissensionibus inteicarentur: Soldanus pluribus Locis potitus, etiam Hierosolymam suo imperio adjecit IV. Kalendas Octobris, anno postquam a Godefrodo recuperata fuerat, octogesimo quarto.

Ad hæc, crucem Dominicam Judibria affectam regem Hierosolymitanum captum, & adversitionem copias versus Antiochiam directas esse intelligens, dolore percitus, in mortum incidit, ex quo Ferrariæ mortuus est XIII. Kal. Novembris anno Domini MCLXXXVII. cum sedisset annum unum, menses novem, & dies XXV. Ita Rogerius de electo pontifice postea, verius & melius sentiens quam schismaticorum fautor Urspergensis; qui dum Lucii papæ mortem retulisset, hæc hos de scribit: Tunc cardinales qui cum ipso erant, & reditu suo plurimum sunt angustiati; timebant enim ab imperatore aliquam violentiam sibi inferi super electione Romani pontificis. Sane Mediolanensis archiepiscopus ipsos fecure deduxit usque Ravennum, quem & ipsi in papam elegerunt, & Cusque est Urbanus III. quem multi Turbulentum vocavorunt; eo quod, cum esset Mediolanensis natione, in odium imperatoris volebat turbare ecclesiam quæ jam paulisper quietem acceperat: sed nutu Dei percusses interiit. Sedit annum unum, mensles decem, dies viginti quinque. *Hæc Urspergensis.*

Hujus temporibus, anno nimirum Christi MCLXXXVII. Rogerii regis Siciliæ filia (quam molestam fuisse fabulosum esse probat Baronius) Henrico VI. regi Germaniæ matrimonio juncta fuit. *Pistorienses.*

Commentum de monachaeu ejus forsasse inde exogitatum est, quod in monasterio asservata fuerit, ut, e regibus mascula proles defuisset, ipsa cum dote regni nubere possiset.

EPISTOLA I. URBANI PAPÆ III. AD OMNES EPISCOPOS.

De sui electione.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, & episcopis, & dilectis filiis abbatibus, prioribus, & cæteris ecclesiarum prælatis, ad quos litteræ pervenerint, salutem & apostolicam benedictionem.

COELESTIS altitudo consilii firmam retinens in sua dispositione consuram, sacrosanctam Romanam ecclesiam, ad cujus regimen famulus licet insufficientes assumpsit, supra petram fidei solidissime fundavit: illud ei tribuens in apostolicæ confessionis fortitudine firmamentum, cui nec procella turbinis, nec prævalere possit spiritus tempestatis. Unde ipsa universalis mater ecclesia usque ad consummationem sæculi manentem secum retinens Salvatorem, ita, juxta canticum Salomonis, quem dilexit amplectitur, ut pro nulla rerum varietate, vel temporum, ab unitate sua fidei vel pietatis propositio fepartur. Licet enim vel crebra dilectionem mutatione pastorum in varia diffeiinica frequenter incideris, vel per mundanæ malignitatis incursum, perfecutiones innumeras pertulerit & laborem: nunquam tamen eam gratia Divina deseruit, quin animus robur ejus in qualibet tentatione perficeret, & inde obtineret fpei fuæ gaudium, unde susceperat fidei firmamentum. Sic igitur ante pauros hos dies faciente cum ea Domino signum in bonum, quamvis ipsam de tranlite pii patris Lucii non modicus dolor trifitiamque turbavit: ftatum tamen ejus in unitate Spiritus & vinculo pacis Divina providentia conservavit: ut poft vefpertinos flctus, lætitia matutina succederet, & ipsa velut columba pulcherrima fuis fatisfacta gemitibus, sine ruga prorsus & macula candoris fui pulchritudinem retineret. Defuncto siquidem piæ recordationis patre ac prædecessore nostro domino papa Lucio, & reverendissimo ejus corpore honorifice tumulato, habituri e fratribus de successoris electione tractatus: in quo tanta fuit unitas omnium, tantaque admirem concordia singulorum, ut ille intelligatur operatus in eis, in cujus manu corda sunt omnium, & per quem adunatur diversitas animorum. Ceterum cum plures essent in ecclesia Dei viri venerabiles & prudentes, in quo eorum vota concurrerent consulcius, ut crediman, & dignius potuiferi, ad insufficientiam noftram oculos intenderunt: & fidem est, sicut Domino placuit, ut nos, quibus ad dignitatis tantæ fastigium nec vires nec merita fuffragantur, in patrem sibi elegerint & pastorem. Nos autem licet nobis consciî propriæ infirmitatis

A esseimus, ut ea crederemus eorum proposito non immeriti reffilendum: ne tamen ex diffidione negotii vel pertinacia reluctandi aliquod in ecclesia periculum proveniret, consensimus; licet inviti, injunctî onetis subire laborem, ab eo feparantes dirigt greffus noftros, qui beato Petro in fluctibus naviganti & fidelium prævilitit ut in mare deficerent, & potenter occurrit ut dubitans non periret. Nunc igitur in eo loco & officio conflituti, in quo valde indigemus omnium fidelium fuffragiis adjuvari, ad vos tarquam ad fpeciales ecclesiæ Romanæ filios cum fiducia & fecuritate recurrimus, vofque benedictionis apoftolicæ præcoientes allequio, litteris familiaribus admonemus, rogamus attentius & exhortamur in Domino, quatenus tranfitum fupradicti patris & domini noftri Lucii devotis orationum fuffragiis profequentes, fidem & devotionem, quæ nobis pro reverentia beatorum Petri & Pauli apoftolorum & apoftolicæ fedis commonitet debetur ab omnibus, vos fpecialiter impendatis: ita quod ex hac & a Deo præmium confequi, & majorem locum apud vos locatis in oculis noftris & totius ecclesiæ promereri. Datum Veronæ, fecundo Idus Januarii.

B

II. AD WILLELMUM REGEM SCOTIÆ.

In causa Hugonis sancti Andreæ & Joannis Dunkeldensis episcopatus.

Urbanus episcopus servus servorum Dei, Willelmo illustri Scotorum regi, salutem & apostolicam benedictionem.

RIGORDUS *de gestis Philippi Augusti, ad an.* E *num* MCLXXXVIII. Sequenteniente, *inquit*, S. *Quo tempore Willielmi* felicitate, quæ tertia decima die Januarii, ut nulli de cetero, qui de regno Scotiæ non fuerit, nisi quem apostolica sedes propter hoc de corpore suo specialiter destinaverit, licitum sit in eo legationis officium exercere. Prohibemus autem, ut controversiæ quæ fuerint in regno illa de possessionibus ejus exortæ, ad examen extra regnum politorum judicum non trahantur, nisi ad Romanam ecclesiam fuerit appellatum. Si qua vero scripta contra hujus libertatis flatum a quibuslibet impetrata, vel in posterum, ipsius concessionis mentione non habita, contigerit impetrari: nullum tibi vel ipsi regno circa hujus purgationis concessionem præjudicium generetur. Præterea libertates & immunitates tibi vel eidem regno, vel ecclesiis in eo conflitutis, a prædecessoribus nostris Romanis pontificibus hactenus & hodiernis observatas, ratas habemus, & illibatas futuris temporibus flatuimus permanere. Nulli ergo hominum liceat paginam nostræ conflitutionis & prohibitionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Laterani iii. Idus Martii, pontificatus nostri anno primo.

VII. AD MERSEBURGENSEM ET EISTETENSEM EPISCOPOS, &c.

De Ottonis Bambergensis episcopi & Pomeranorum apostoli canonizatione.

Clemens episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Merseburgensi, & Eistetensi episcopis, & dilectis filiis sancti Emmerami Ratisbonensis, & Swarzacensi abbatibus, decano, & scholastico Wirtzburgensi, salutem & apostolicam benedictionem.

AD audientiam nostram & quarumdam seriæ litteratum & relationem multorum pervenit, quod Divina potentia per merita & interventum beati Ottonis Bambergensis multorum est operata & operatur, præcipue in gente Pomeranica, ad quam fuit ab apostolica sede transmissus, & in ea quampluribus miraculis donavit illi Dominus coruscare. Quocirca, quia Divinæ fidei scripturæ testimonium, lucerna non sub modio, sed supra candelabrum est ponenda, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus, quatenus de vita ipsius & miraculis diligentius inquiratis, quæ nobis fuerunt per multorum litteras indicata: & si non inveneritis aliquid quod obsistat, ipsum canonice atum, authoritate fretí apostolica, solemniter & publice annunciatis: anniversarium diem sui translitus facientes, & publice annunciantes, ad honorem Dei, & ipsius beati viri memoriam solennem haberi. Datum Laterani tertio Kalendas Maji, pontificatus nostri anno secundo.

hominum opinionem, Domino mirabile ope- A rante factum est, quod per inspirationem Spiritus sancti ecclesius missi, illi duo reges in eodem loco, pro liberatione sancti sepulcri Domini & sanctæ civitatis Hierusalem, signum sanctæ crucis assumperunt, & multi archiepiscopi, episcopi, & comites, duces & barones cum eis: scilicet Galcherus Rotomagensis archiepiscopus, Baldainus Cantuariensis archiepiscopus, episcopus Belvacensis, episcopus Carnotensis: Dux Burgundiæ, Ricardus comes Pictaviæ, Philippus comes Flandriæ, Thibaldus comes Blesensis, Rotrodus comes Perticensis, Guillelmus de Barris comes de Rupefort, Henricus comes Campaniæ, Robertus comes Drocarum, comes Clarimontis, comes Bellimontis, comes Nuellensis: comes Barensis, & Bernardus de sancto Galerico, Jacobus de Avennis, comes Nivernensis, G. de Merloto, Droco de Merlento, & plures alii zelo Dei accensi, quorum nomina longum esset hic ponere. Et in eodem loco in monumentum hujus facti, isti duo reges devote erexerunt crucem ligneam, fundantes ibi ecclesiam, & ibi se fedis perpetuo percutientes, & vocantes ipsum locum, Sanctum agrum, eo quod ibi sacris crucibus sunt insigniti.

Consentem eundem refert Rogerius Hovedenus, anual. pars II. in hac verba. Anno, inquit, gratiæ MCLXXXVIII. qui erat annus XXXV. regis Henrici filii Matildis imperatricis, idem rex fuit in Normania, apud Cadomum, die Natalis Domini: & inde recedens venit ad Barbefluctum, inde transfretaturus in Anglium. Quo audito, Philippus rex Francorum, magnum congregavit exercitum, & stans impudenter se vastaturum Normannium, & E ceteras regis Angliæ transmarinas, nisi ipse redderet ei Gisortium, cum pertinentiis suis: vel si non fecerit Richardum comitem Pictaviæ filium suum accipere sibi in conjugem Alefium sororem suam. Quod cum regi Angliæ constaret, reversus est in Normanniam, & accepto colloquio inter ipsum, & Regem Franciæ, inter Gisortium & Trie, XII. Kalendas Februarii, die S. Agnetis virginis, & Martyris, convenerunt illuc cum archiepiscopi, & episcopis, & comitibus, & baronibus regnorum suorum. Cui colloquio interfuit archiepiscopus Tyri, qui rogatus spiritu sapientiæ & consilii, ut ipse & omnes alii prædicarent verbum Domini coram regibus, & principibus. Et convertit cordi eorum ad crucem capiendam: & qui prius hostes erant, ilio prædicante, & Deo cooperante, facti sunt fratres, & unici in illa die, & mane ejus crucem receperunt: & in eadem hora apparuit super eos signum crucis in cœlo. Quo vilo miraculo, plures exercitum vendunt ad suscipiendum crucis. Prædicti vero reges in susceptionem crucis ad cognoscendam gentem suam, signum evidens sibi & fuis providerunt. Res namque Francie & gens sua recuperent robora: & rex Angliæ cum gente sua susceptæ crucis viridet: & sic unusquisque ad providendum sibi & itineri suo necessaria, reversus est in regionem suam.

** CONVENTUS CENOMANENSIS

Episcoporum ac procerum Angliæ ditionis de subsidio terræ sanctæ prabendo, Clemente III. Papa.

PERQUIRI *Rogerus eadem loco partis II. anual.* Hen- C *ricus igitur rex Angliæ, post crucis receptionem, venit Cenomannum, ubi consilio suorum ordinavit, quod unusquisque decimam reddituum & omnibilium suorum in elemosynam dabit ad subventionem terræ Jerosolymitanæ hoc anno; exceptis armis, & equis, & vestibus militum; & exceptis equis, & libris, & vestimentis, & omnimoda capella clericorum, & lapidibus pretiosis* tam clericorum quam laicorum: *fasta prius excommunicatione ab archiepiscopis, episcopis, archiepresbyteris fanguli, in singulis parochiis, fuper unum quemque qui decimam præstare tam legitime non dederit, sub præsentia, & conscientia illorum, qui debent interesse. Colligatur autem pecunia illa in singulis parochiis, præsente presbytero parochiæ. & archipresbytero, & uno Templario, & uno Hospitalario, & serviente Domini regis, & clerico regis, & serviente baronis, & clerico ejus, & clerico episcopi. Si aliquis justa confecietiam illorum minus dederit, quam debuerit, eligentur de parochia quatuor vel fex viri legitimi, qui jurati dicant quantitatem illam, quam ille debuisset* D *dixisse* ** *& tunc oportet* * *illam superadderc quod minus dedit. Clerici autem, & milites, qui crucem acceperint, nihil de decima dabunt, fed de proprio fuo* E *domini ejus: & quicquid homines eorum debuerint ad opus illorum, colligetur per fupradictos, & eis totum reddetur. Episcopi autem per litteras suas in singulis parochiis episcoporum suorum, facient nunciari in die Natalis, & S. Stephani, & S. Johannis, ut unusquisque decimam præstandam infra Purificationem beatæ virginis Mariæ, penes*

Concil. Gen erel. Tom. XIII.

a Vel. dedisse.
b Et illud.
c Donando.
d Solvere.
e Solutis eis pecuniis.
f Pulsari.
g Hierosolymitanæ.
* add. ea mine
* Vestes, ea
* exempto, & quod

ANNO CHRISTI 1188.

cio; & quod nullus habeat pannos deísos vel laceratos.

Dispositum est etiam, quod quicumque clericus vel laicus redditus suos ante susceptionem crucis invadiaverit, extitus hujus anni integre habeat, & transito anno creditor redditus rehabeat, ita quod fructus, quos inde seperit, in solutione debiti computentur, & debitum post susceptionem crucis, quamdin debitor erit in peregrinatione, non usuret. Statutum est etiam, quod omnes clerici & laici, qui in hac peregrinatione proficiscentur, possint licite invadiare redditus suos, five ecclesiasticos, five alios, a Pascha cum iter arripuerint, usque ad tres annos: ita quod creditores, quicquid de creditoribus contingat, fructus omnes reddituum, quos in vadio habebunt, a praedicto Pascha usque ad tres annos integre percipiant.

Dispositum est etiam, quod quicumque in peregrinatione decesserit, pecuniam suam, quam secum in peregrinatione attulerit, ad sustentationem fervientium fuorum, & ad auxilium terrae Jerosolymitanae, & ad sustentationem pauperum, A dividet juxta consilium diserctorum virorum, qui ad hoc constituentur. Hae omnia supradicta statuta sunt, & disposita ab Henrico rege Angliae, & archiepiscopis Rielardi filii ejus comitis Pictaviae, & Willelmi Turonensis archiepiscopi, & Baldewini Cantuar. Archiepiscopi, & Walteri Rothomagensis archiepiscopi, & in praesentia Johannis Episcopi Dolensis episcopi, & Radulphi Andegavensis episcopi, & R. Cenomanensis episcopi, & M. Nanetensis episcopi, & in praesentia Hugonis de Nunant Cestrensis electi, & Lafredi Sagiensis electi, & in praesentia Baronum Andegavise & Cenomaniae, & Turonorum, apud Cedomanum.

His igitur praeordinatis, rex Angliae constituit fervientes suos laicos & laicos ad praedictas decimas colligendas, per omnes terras suas transmarinas: & postea transfretavit & applicuit in Anglia, apud Winchillee, sabbato, octavo Kalend. Februarii. Interim Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus in Anglia moritur, ante regem consecravit Hugonem de Nunant in episcopum Coventrensem.

ANNO CHRISTI 1188.

CONCILIUM ANGLICUM

Apud Gaintington in agro Northamptoniensi de cruce capienda, & decimis Saladino regi solvendis, celebratum anno Domini MCLXXXVIII, tempore Clementis papae III.

De rebus in hac Gaintingtonia fynodo gestis ista C *idem Rogerus*: Dominus noster rex, statim postquam in Anglium applicuit, magnum congregavit concilium episcoporum, abbatum, comitum, & baronum, & aliorum multorum tam clericorum quam laicorum apud Gaitgingdon: ubi in publica audientia recitari fecit omnia supradicta capitula, quae constituerat de cruce capienda. Quibus recitatis, Baldewinus Cantuariensis archiepiscopus, & Gilbertus episcopus episcopus vicarius ejus, mirifice praedicaverunt illo die coram rege & principibus suis verbum Domini, & salutiferae crucis mysterium. Ad quorum praedicationem multi tam clerici quam laici cruces acceperunt.

Et tunc dominus rex misit fervientes suos clericos & laicos per singulos comitatus Angliae, ad decimas colligendas secundum praedictum proordinationem, in terris suis transmarinis constitutam. Sed de singulis archibus totius Angliae fecit eligi omnes dictores, videlicet de Londonia 100. & de Eboraco 100. & de aliis urbibus secundum quantitatem & numerum eorum, & fecit omnes sibi praefentari dictos & locis statutis: de quibus cepit decimam mobilium suorum, secundum affirmationem virorum fidelium, qui noverant redditus & mobilia eorum. Si quos autem invenisse rebelles, statim fecit eos incarcerari, & in vinculis teneri, donec ultimum quadrantem perfolverent. Similiter fecit de Judaeis terrae suae, unde inmobilium sibi acquisivit pecuniam: Deinde misit Hugonem Dunelmensem episcopum, & alios clericos & laicos, ad Willelmum regem Scotorum pro decimis colligendis in terra sua. Quo audito rex Scotiae occurrit eis inter Were & Bregheam in Loenas: & non permittens eos terram suam pro decimis colligendis ingrare, obtulit se datuum domino suo regi Angliae quinque millia marcarum argenti pro liberatione decimae: & pro caetellis suis rehabendis. Sed rex Angliae facere noluit. Philippus autem rex Francorum, simili modo colligi fecit decimas reddituum & mobilium hominum suorum per omnes terras suas.

ANNO CHRISTI 1188.

CONCILIUM PARISIENSE

Quo ad bellum contra Saladinum Turcarum regem concessae sunt regi decimae Saladinae anno Domini MCLXXXVIII. tempore Clementis papae III.

ANNO MCLXXXVIII. *ait Tilius*, in Martio E rex concilium habet Lutetiae, cui decimae concessae, quae vulgo Saladinides dictae fuerunt. *Tunc, ob eam decimae fic appellata fuerint, Rogerius Gaguinus libro sexto his verbis indicat*: Ad tantam expeditionem *Turcicum contra Saladinum fusceperunt*, cum pecunia deesset, convocatis Parisiis pontificibus & nobilitate, rex petiit sibi annuam decimam ecclesiasticorum proventuum concedi; quae postea Saladini decima appellata est. *Haec ille. Ex Rogerio autem de Hoveden Benedictus Abbas* Philippus autem rex Francorum simili modo colligi fecit decimas redditum & mobilium hominum per omnes terras suas. *Reliqua vero sua loco inferius.*

* * * *Hae autem ubertim enarrata; decernemque ipsum de praefandis decimis, proferre jussus ex Rogerio de gestis Philippi Augusti*. Anno, inquit, Domini millesimo centesimo octogesimo octavo, mense Martio, media Quadragesima, Parisius celebratum est generale concilium a Philippo regis convocatis omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, & totius regni baronibus. In quo innumerabilis multitum multitudo, seu peditum, lacratissima cruce insignati sunt. Et propter haec insuetum necessitatem, oppido enim iter Hierosolymitanum rex affectabat, cum assensu cleri & populi, quasdam decimas ab omnibus esse accipiendas eo tantum anno decrevit, quae dictae sunt decimae Saladinae, quas in praesenti libro posuimus.

ANNO CHRISTI 1188.

Infitutio Decimarum.

In nomine sanctae & individuae Trinitatis, Amen. Constitutum est a domino Philippo Francorum rege, consilio archiepiscoporum, episcoporum, & baronum terrae suae, quod episcopi, & prelati, & clerici conventuallium ecclesiarum, & militares qui fignum crucis assumpserunt, de debitis suis reddendis quae habuerunt tam Judaei quam Christiani, antequam crucem rex assumpsisset, respectum habebant a proximo festo omnium sanctorum post diem mortalis domini regis in duos annos. Ita videlicet, quod primo festo omnium sanctorum creditoribus habebunt tertium debiti, & sequenti festo omnium sanctorum alium tertium debiti, & tertio festo omnium sanctorum ultimum tertium debiti: usura autem non currit super aliquem a die qua ipse crucem assumpsit de debitis prius contractis. Si milites crucem habentes qui fit legitimus haeres, filius vel gener militis crucem non habentis, vel aliquis vidua, & fit de manu patris patris, vel matris suae, & pater ejus, vel mater, respectum de debito suo habebit juxta factum ordinationem. Si autem filius eorum vel gener crucem habens, legitimus, extra familiatus fuerit, vel etiam si miles non fuerit & crucem non habeat: pro eo respectum non habebit. Debitores autem, qui terras & redditus habebant, infra quindenam proximi festi fancti Joannis Baptistae creditoribus suis terras & redditus, ex quibus creditores fua recipient debita, ad praefatos terminos juxta formam praedictam assignabunt per dominos, in quorum dominio habuerit terre debentium. Domini vero assignamenta illa contradicere non poterunt, nisi ipsi creditori de pecunia fua paeem fecerint, qui terras fas reddirus non habuerint, & unde faciens fufficiens affignamentum debitori fui, faciant creditoribus per fidejuffores, vel per vadia, creantum fuum fufficiendi debita ad praedictos terminos, nisi infra quindenam proximi festi fancti Joannis Baptistae affignamentum non fecerint, vel fidejuffores, vel per vadia, fi terram non habuerint, creantum fecerint, sicut dispositum eft, non habebunt refpectum qui aliis concessus eft. Si quis clericorum vel militum crucem habentium, debet clericos vel militi crucem habenti, respectum habebit de debito illo ufque ad proximum feftum omnium fanctorum, praeftita quidem bona fecuritate de pace inde tunc faciendi.

Si quis illorum qui crucem assumpserunt, ofto diebus ante Purificationem beatae Mariae, vel decimeps, earum vel argentum, vel bladum, vel aliud mobile vadium alicui affigonaverit, creditor super hoc dare respectum non compelletur. Si quis emit ab aliquo crucem non habente fructus terrae unius anni certo pretio, ftabile eft. Si quis miles vel clericus terram fuam vel redditus alicui burgenti crucem etiam habenti, vel clerico vel militi crucem non habenti, invadiaverit, vel ad annos affignaverit: debitor hoc anno fructus terrae vel redditus percipiet, & creditor poft impletionem annorum, per quos vadium vel affignamentum tenere debebat, per annum unum pro recompenfatione illius anni illud habebit & tenebit: ita tamen quod creditor medietatem bladi habebit hoc anno pro cultura, fi vel terras vel vineas invadiatas excoluit. Omnia mercata quae facta fuerunt ab octo diebus ante Purificationem beatae Virginis, vel quae deinceps fient, rata erunt. De omnibus debitis unde datur refpectus, oportebit ut debitor det atque bonam fidejuffionem, vel meliorem quam antea debebitur. Et de fidejuffione oritur difficultas, ad conilium domini fub quo cuit creditor, partietur atque bona vel melior fidejuffio quam prius. Et fi fidejuffio per dominum non emendaretur, ad conilium principis terrae oportebit emendari. Si quis dominorum vel principum, in quorum jurisdictionibus dicti creditores vel debitores fuerint, aquietandorum eft respectu de respectu debitorum danda, vel affignamentis faciendis, terre noluerit, vel teneri non fecerit, & a metropolitano vel episcopo loci commonuerit, id infra quadraginta dies non emendaverit: ab eodem excommunicationis fententiae fupponi poterit. Verumtamen quandia dominus vel principes monftrare voluerit in praefentia metropolitani, vel epifcopi fui, fe fuper hoc creditori vel etiam debitori non deeffe, & parratum quod inde ordinatum eft tenere, metropolitanus vel epifcopus non poterit eum excommunicare. Nullus crucem habentium five clericus, five miles, five alius quilibet, aliqui refpondebit fuper hoc unde teneatur ea die qua crucem affumpfit, donec ab itinere fufcepto redierit: nisi fuper eo tantum, unde in caufam tractus erat antequam affumpfiffet.

His imprimis conftitutum eft de Decimis, quod omnes illi crucem non habentes, quicumque fint, deciman ad minus debunt hoc anno de omnibus mobilibus fuis, & de omnibus redditibus, exceptis illis qui funt Cifterciensis ordinis, & ordinis Carthufienfis, & ordinis Fontis Ebradi, & exceptis leprofis, quantum ad fuum pertinet propium. Nullus autem communias mittet aliquis mamum, nifi ille dominus, cujus ipfa communia fuerit. Quale tamen jus in aliqua communiarum habebat prius illud habebit, tale habebit. Qui aliquas terrae magnam juftitiam habet, idem terrae decimam habebit. Et icieudum quod qui decimas font daturi, de toto mobili fuo & redditibus decimas dabunt, non excepta inde prius debitis fuis: immo poft donationem decimae, de refiduo poterunt fua debita folvere. Univerfi laici tam milites quam alii, qui crucem affumerunt fub anathemate, clerici excommunicatione affricti, fuas dabunt decimas. Miles crucem non habens, domino fuo crucem habenti, vel ei, cujus erit homo ligius, dabit decimam de fuo proprio mobili, & de feudo quem ab ipfo tenebit. Si autem ab eo nullum tenebit feudum, de fuo proprio mobili decimam dominus fuus ligius dabit. Simpliciter vero a quibus tenebit, decimam de fuis feudis dabit. Et fi nullum dominum ligium habebit, ei in cujus feudo manfierit levans & cubans, dabit decimam de fuo proprio mobili. Si quis terram fuam decimans, rete alterius quam illius quem debet decimare, inveneritin terra fua, & ille cujus res fuerint, * illas *a Parisi, ß* efle fuas legitime monftrare poterit, decimans non *illas. Hardouinus* poterit eas retinere. Miles crucem habens qui fit haeres legitimus, filius, vel gener militis crucem non habentis, vel alicujus vidue, habebit decimam partis & matris fuae. In res archiepiscoporum feu epifcoporum, feu capitulorum, feu ecclefiarum quae ab eis movent in capite, non mittet aliquis mamum * nifi archiepiscopi, epifcopi, capitula & ecclefiae, quae ab eis movent. Si epifcopi *Hardouinus*

ANNO CHRISTI 1188.

colligent inde decimas, & eas dabunt, quibus A G. C. Do hoc argumento scripsit Petrus Blesensis epi- ANNO CHRISTI 1188.
dare debentur. Quicquid eruca habens, qui scopus Cantuariensis, quem hoc
dare talliam vel decimam debeat, & eas dare no- tangit ut pro ecclesiastica immunitate pugnet, quam
luerit: ab illo capiatur, cui suam debet talliam affectat haec pulla vitulus. Quae ratio, inquit, ut sit
vel decimam, ut inde suam faciat voluntatem. Qui pro ecclesia pugnans, ecclesiam spoliet, quam inimica-
eum experti, propter hoc non potentia excommuni- rum spiritu & timore triumphalium augere dignoscitur?
cati. Qui devote & legitime & sine coactione deci- Contendatur non peccatrix a clerici, sed oratrices
mam suam dederit, a Deo remunerationem accipiet. tantum exigendas.

CONCILIUM LANCIENSE"

Quo decimae ad bellum sacrum concessae, anno Domini MCLXXXVIII.

HUJUS mentionem concilii Stanwulfius facit B mas ab episcopis & sacerdotibus, pro expeditione
in epistola sua concilivum, atque id quum contra Saladinum, Zelfino archiepiscopo con-
ait: Pontifex missa legato colligi fecit deci- cedente.

ANNO DOMINI 1189. Ex Bulla Concil. Bonon. Prov.

CONCILIUM DOMINI WALTERI Archiepiscopi, Rotomagensis

ANNO CHRISTI 1189.

Z. mil. cedit. in bibliothec. Regiae.

ANNO ab Incarnatione Domini MCLXXXIX. tertio Idus Februarii, residente beatissimo Papa Clemente III. regnante gloriosissimo rege Francorum Philippo, regente Normanniam invictissimo rege Anglorum Richardo. In nomine sanctae & individuae Trinitatis celebratum est provinciale concilium in metropolitana sede Rotomagensi, praesidente venerabili patre nostro Waltero Rotomagensi archiepiscopo, praesentibus omnibus suffraganeis ejus, abbatibus quoque quamplurimis, multis etiam vitae discretae & prudentibus, in quo statuta sunt haec capitula subscripta. C

I.

Antiquorum patrum nostrorum veltigiis adhaerentes in primis decernimus, ut omnes suffragianeae ecclesiae nostrae, in legendo & psallendo, usum D hujus sacrosanctae ecclesiae metropolitanae imitentur.

II.

Item placuit, ut singulae ecclesiae libris & indumentis sacerdotalibus ornentur: & ut Eucharistia nonnisi in vale aureo vel argenteo consecretur: & ne ab aliquo episcoporum aliquod vas flanneum consecretur, nisi judicio episcopi evidens apparuerit necessitas.

III.

Placuit etiam ne corpus Dominicum sine luminari, cruce, & aqua benedicta, sive de die, sive de nocte deferatur: nec sine sacerdotis praesentia, nisi summa necessitas sacerdotem excluserit.

IV.

Placuit etiam ut nullus clericorum, cujuscumque ordinis, focariam in domo sua habere praesumat.

V.

Sacerdotes & clerici coronas habeant patulas, & decentem crinium circumferentiam: illius constitutionis transgressores ecclesiasticis beneficiis suspendantur. Qui vero beneficia non habuerint, & ita comam nutrierint, privilegio careant clericali.

VI.

Nihil de novo statuentes, sed antiquorum ca- con-

nonum statuta ad memoriam reducentes, districte prohibemus, ne filii sacerdotum, in ecclesiis, in quibus patres eorum ministrasse noscuntur, de ecclesiasticis beneficiis, sine ecclesiastica dilatione, media non interveniente persona, obtineant.

VII.

De clericis, qui propter suam imperitiam, vel nativitatis conditionem, vel forte vitae immunditiam, vel propter inobedientiae contumaciam, examen propriis episcopis declinantes, ab extraprovincialibus vel transmarinis episcopis ordinem consequuntur; licet figilla eorum in testimonium ordinationis suae deferant, statuimus ut ab episcopis suis in administratione ordinis sui ita alieni penitus nulla ratione recipiantur.

VIII.

Nullus, persona ecclesiae, vel Vicarius perpetuus, extra provinciam causa studiorum vel peregrinationis, sine proprii episcopi licentia vel officialium suorum, iter arripiat.

IX.

Statuimus etiam, ne monachi vel clerici negotiationem aliquam causa lucri exerceant: & ne monachi a clericis vel laicis ecclesias vel villas ad firmam teneant.

X.

Prohibemus etiam ne aliquis sacerdos, vicecomitis vel secularis praepositatus officium assumat. Quod si facere praesumpserit, ab officio suspendatur, & omni ecclesiastico beneficio privetur.

XI.

Confuetudo, quae scripto juri approbato opponitur, nulla sui generalitate vel temporis prolixitate defenditur. Cum igitur secundum rerum naturam negantis factum nulla sit probatio: quia auctore non probante, reus etsi nihil praestiterit, absolvendus est; praesertim si pars actoris nulla probabili praesumptione juretur: statuimus ut de cetero licet actori, tam in civili, quam in criminali causa, ad confirmationem partis suae, & testium fide, & instrumentorum uti auctoritate. Quibus deficientibus, tunc tandem reo purgandi vel probandi onus imponitur; cum pars actoris con-

1 Quare Concilium illud ad an. Christi 1190. pertinet, & annus ille Incarnationis more Gallico adhuc in curia erat usque ad Festum Paschatis dictum anni 1190. Neque enim mr. Februario anni Christi 1189. Richardus in Anglia & Normannia regnabat. Pagius ad an. Ch. 1190. n. 12.

ANNO CHRISTI 1188.

ANNO CHRISTI 1189.

ANNO CHRISTI 1189.

ANNO CHRISTI 1189.

confecutente fama, vel alias probabili aliqua praesumptione roboretur.

XII.

Sicut in Lateranensi concilio cautum est, statutumus, & firmiter observari praecipimus, ne archiepiscopum per archiepiscopatum suum incedentes subditi onerosi existant: & ut ex vel foenum equorum nimorum non excedant; nec ab aliquo clerico procurationem accipiant, nisi competentes receditus habuerit. Statuimus etiam, ut a nullo clericorum, peaqs quos honeste & sine magno gravatione hospitari non valent; nonnisi tres filios *Andegavensis mutet* in recompensationem hospitii fui recipiant. Si vero apud pauperes clericos hospitari decreverint, vel forsan propter locorum commoditatem, vel propter negotiorum quae tractant comoditatem; ita tamen ut quinque vel quatuor & vicinioribus clericis beneficia habentibus, onera ipsius hospitii communiter supportent.

XIII.

Statuimus etiam, ut episcopi vel eorum officiales in damnis appellatrionibus ad Apostolos appellantibus difficiles se non exhibeant; sed propter quarumdam frapleteratem, etiam non petentibus offeratur.

XIV.

Sanctorum patrum vestigia sequentes, statuimus & firmiter observandum praecipimus, ut nullus confuetudinis obtenta, quifquam deinceps ab ingressu ecclesiae, vel alio quocumque ecclesiastico sacramento arceatur, donec legitime vocatus ad causam, liberam habeat recognitionem facultatem: ut ita demum convictus, aut viva voce vel saltem per juris interpretati ne confessus, pro qualitate excessus aequatem, reportet: & suo judice feniatur.

XV.

Statuimus etiam, ut testamentum clericorum in viris habiliter observetur; & ut bona clericorum qui intestati decedunt, per manus episcoporum in bono usus distribuantur.

XVI.

De clericis etiam post Pascha decedentibus, statuimus ut de fructibus subsequentis autumni, in tertimento suo dispondi liberam habeant facultatem.

XVII.

De uxoribus, & familiis, & bonis omnibus Cruce signatorum, quod a felicis recordationis patribus nostris Urbano & Gregorio, nec non & a beatissimo patre nostro Clemente statutum est, firmiter observari praecipimus.

XVIII.

Cum oppressi & rei, ad ecclesiam Dei confugientes, omnimoda debeant securitate gaudere, absurdum nimis videtur, & omni rationi contrarium, ut in ei, vel in earum cimiteriis seculares cause, in quibus de sanguinis effusione, vel de parna agitur corporali, tractentur. Et ideo ne hoc de cetero fiat, sub interminatione anathematis prohibemus.

XIX.

Prohibemus etiam sub anathemate, ne a clericis vel monachis, vel a quibuslibet ecclesiasticis personis, ecclesiae, vel decimae, vel quelibet ecclesiastica persona, laicis ad firmam tradantur.

XX.

Nemo privatas penfiones & adulterinas, seu portiones de ecclesia vel ecclesiasticis beneficiis, deinceps folvere vel accipere praesumat. Quod qui fecerit, omni beneficio ecclesiastico privatus, excommunicationi fubjacebit.

XXI.

Ecclesiasticae personae cujuscumque professionis, quae personas ecclesiasticas super aliquo ecclesiastico negotio ad judicium faciunt trahere praesumpserint, a causa prorsus cadant, & excommunicationi fubjaceant, & fine competenti fatisfactione ab episcopis fuis non absolvantur.

XXII.

Prohibemus etiam sub anathemate, ne clericus habitationes vel praedia ecclesiastica alicui oppignerare, praeter conficientiam episcopi, vel officialium fuorum, aut quolibet modo alienare praesumat.

XXIII.

Omnes decimae terrae sive de frugibus, sive de fructibus, Domini sunt, & illi sanctificantur. Sed quia inveniuntur multi decimas dare nolentes: statuimus ut juxta praeceptum Domini animonantur semel, secundo, & tertio, ut de grano, vino, fructibus arborum, fetibus animalium, legno, lino, lana, canabo, caseis, & de omnibus quae per annum renovantur, decimas integre perfolvant; & fi commoniti non emendaverint, ad episcopi mandatum excommunicentur.

XXIV.

Nullus occasione concessionis sibi factae super aliqua ecclesia, vivente ejusdem persona, canonicalibus praebendis se ingerat, nec praebendam ejus nec fructus perfonam ejus fine penfionem ab eo extorqueat. Quod qui fecerit, anathemate percellatur.

XXV.

Sunt quidam tam clerici, quam laici, hujusmodi foeleratem ineuntes, ut de cetero in quibuslibet causis vel negotiis eorum sibi praestent auxilium; certum quoque pensionem statuentes, qui contra hujusmodi veniunt constitutionem. Et quoniam hujusmodi foeietates seu fraternias circa personas utriusque ordinis canonica detestatur lectio gratia, eo quod earum observantia quodlibet etiam usque ad crimen periculi perducat; ne amodo fiant, aut fi factae fuerint, ne observentur, sub interminatione anathematis prohibemus.

XXVI.

Ad reprimendam eorum malitiam, qui posthabito Dei timore, Dei ecclesiam per falsos juramentos in foro civili vel ecclesiastico minuere, nec non & proximos fuos exheredare conantur: statuimus, ut singulis diebus Dominicis, tam in cathedrali, quam in singulis parochialibus ecclesiis omnes illi candelis accensis excommunicentur, qui scienter in foro ecclesiastico vel saeculari falsum de cetero praesticterint juramentum, in foro saeculari ecclesiae laesionem, vel cujuslibet personae exheredationem. Nihilominus etiam excommunicentur omnes illi, qui ex hujusmodi falsa sacramenta praestantur, vi, pretio, vel precio, qualibet umquam occasione procuraverint. Hujus autem constitutionis reos nullus sacerdotum absolvere, vel eis poenitentiam dare praesumat, nisi foerint in articulo mortis constituti: fed hujusmodi perjurii & excommunicati *ad proprios episcopos* remittantur absolvendi, & de tanto excessu graviter puniendi, & ad eorum majorem confusionem *ad sedem Apostolicam* transmittantur.

XXVII.

Excommunicandi etiam sunt, qui fe in ecclesiasticis beneficiis sine auctoritate episcopi, sive officialium fuorum, ad quos pertinet, propria vel laica potestate intruserint.

XXVIII.

Falsarii quoque figillorum excommunicantur, & qui scientes falsis utuntur instrumentis.

Concil. General. Tom. XIII. Ff 3 XIX

ANNO CHRISTI 1189. Ex Bulla Concil. Bonon. Prov.

Z. mil. cedit. in bibliothec. Regiae.

Z. ad. jurisdictionem. canonicalibus.

Z. ad. jurisdictionem.

Z. Mos hodie in observantia Parisiensi, & ecclesiis quibusdam Galliae, ut sacramenta fiant coram altari.

XXIX.

Incendiarii quoque, venefici, & fortiarii, & qui scienter excommunicatis communicant.

XXX.

Excommunicandi etiam sunt contumaces, tam clerici, quam presbyteri, & rebelles, qui contra prohibitionem episcopi vel officialium suorum, divina celebrare præsumpserint.

XXXI.

Præterea excommunicandi sunt, tam clerici, quam laici, qui reddirus domini Rotomagensis, a tempore quo archiepiscopatum adeptus fuit, fraudulenter ei subtraxerunt, vel modo subtrahunt, vel in absentia sua subtrahere, vel jura & dignitates suas minuenter vel minuunt; vel in absentia sua minuerunt; nisi jude autegam & itee pergraginationis arripiat, satisfecerint.

XXXII.

* Placuit ut quicunque sacerdos suspensus scienter celebraverit, celebret eo nomum a divinis officiis: Si excommunicatus celebraverit, mittatur Romam.

OBSERVATIONES.

Ad Can. 1. Concil. Agath. c. 30. Bracc. t. 1. Tolet. 10. c. 2. Tolet. XI. an. 675. c. 5. Si de causa inter se apellet quicunque circumstantiam omni vero dilectus, placuit huic sancto Concilio, ne detrimentum ejus infligatur ecclesiæ cujuscunque provinciæ, vel quicunque ecclesiarum, nemo eandemque in stallum, tenentis medium, quem in presbyterio fide coguoverint reflitutum: nec aliqua diversitas concipiens ordines, vel officii a metropolitana se putaverit facile discingi: Sic enim ipse qui ordinem suum in humanas regulas magistrii, unde honoris confirmationem accipit: ut, magna majorum decreta, fides, qua universis fa-cerdotalis mater efl dignissima, fit de nullo violabilis ratione.

2. De loca fupellectile ante facultum feqnimum ufitata Mabillon. Liturgic. Gallic. lib. 1. cap. 7. ex Aug. Ep. 105. & 3. 5. contra Crefconium, etiam Carthaginæ *calices in dominici, item calices fra argentei.* Itaque etiam calices de lignea, vitro, ftanno, marmore. De vitreis Hieron. ep. 4. ad Ruffinum. Gregorius M. l. 4. Dial. c. 7. Ligores calices omnino vetat Conc. Trident. an. 1563. c. 22. Vitreos etiam probibet Leo IV. citat an. 850. apud Gratianum de Confecr. dift. 1. cap. 45. ex Remenſi quidem Concilio nobis ignoto. Stannei calices ufus in folum conceditur, qui *adeo pauperes funt, ut argentum habere non valeant.* Idem habetur apud Ivonem l. 1. part. 2. c. 8. Regul. Benedict. l. 2. D c. 96.

3. In eandem fere modum fex poft annos ftatuit Odo de Soliaco Parif. Epifcopus: *Semper Sacerdotes fanctiſſimum corpus Domini cum magna reverentia deferant & manuteneant, in pixide munera tam clauſa quam aperta. & cum lucerna precedente, vanentes ſacerdotes ſpiritales paniculatos cum ſtantia pro infirmis, quando eos vocaverint.*

4. Id a primo ipfo Nicæno Concilio c. 5. atque exinde paſſim veterum. Vide Conc. Lateran. III. c. 11.

5. Idem fere Conc. Agath. c. 26. & Lateran. III. c. 4.

6. Vide fupra Conc. Adrinc. ann. 1172. c. 2.

7. Conc. Nicæn. an. 325. c. 16. & Sard. c. 8. Injuſtitiam & ordinationem nullam fuiſſe declarat. Quam nullitatem eo facilius nos accipimus, quod fit fuſpenſio ab exercitio fic receptæ ordinis, quamvis proprio Epiſcopo vitium fuerit.

8. Conc. Laodic. c. 42. *Non oportet Sacerdotem aut clericum fine juſſu Epiſcopi profiſci.* Agath. c. 58. & 51. Gabilon. II. c. 4. Porro peſſime dicuntur Clerici qui beneficia ecclefiaſtica obtinent, & tamen beneficia feu ecclefias per vicarios defervire curant, dum ipſi potiori negotiorum fuæ temporis: & ut ait Joannes Sarisber. l. 6. Polycr. c. 17. Qui quocunque modo plura conquirunt, ſibi tantia, & nolentes ſervire altario de quo vivunt, perfonatus quodam letrodentarum, quorum pars eſt altare meum, ad vilium referuntur emolumenta. Unde apud eumdem Scriptorem cap. 1. Perſonæ oppunantur *eccleſiaſtici*, feu eccleſiaſtici vicarii.

9. & 10. Utrumque vetat Conc. Later. III. c. 12. *Quamniam*, inquit, *contra doctrinam Apoſtoli eſt dicentis: Nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſæcularibus. 2. ad Tim. 2. 4.*

11. Similia Concilium & Pontificum decreta videre A poſſ. 5. Decretal. Gregorii IX. 5. 34. de purgatione canonica.

12. Idem Laterau. III. c. 4.

13. & 14. Idem ſtatuit Lateran. III. c. 6.

15. Fuit per omnia eccleſiæ ecclesiæ ubique recepta fuſpenſionis lex Conc. I. de *Epiſcopis & Clericis* cap. 31. Licentiam habent Epiſcopus quicunque ante Epiſcopatum probatus fuerit habuiſſe, & quæcunque poſt Epiſcopatum per cognationem aliquæ ad quartum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit ultimus voluerunt transmittere. Cetera ejus alio modo acquiſita eo, dominio Eccleſiæ ſine reſervatio, nifi in uſufructum Eccleſiæ vel opera pietatis conſumpta fint. Eadem diſtinctione habita inadmiſſibilium ſuſpenſionem ſeci exiſtendi. Hæc lege cimici certeri non experimentum; ſolus enim unus & pauris dumtaxat diſtinctionibus, quarum ex parentibus vix quiſquam agit & perdia cœnti. At ubi poſtea non ſpontius ea ratione & diſtinctionibus, fed amplioribus innectionum redditibus gentis fuæ, jam non ſine ſpe ultimæ ſtrationis eccleſiæ, & inconcuſſa adminiſtrationem ingrediuntur corpore.

16. Idem nunc ſuſtinentium ſanxerunt, ut alia tantum, Concilii Antiochenſis Patres an. 341. c. 24. & 25. *Nulli diabolum eſt*, inquit Gregor. M. l. 12. Indict. 9. ep. 58. *ut ſit ſpiritus Sacerdotibus res in Eccleſia ſuppeditantibus nulla eſt adhuc nulli licentia, ita de eis quæ ante ſacerdotium quiſquis poſſidet, ſuſtinere vinculum non tenentur.* Cum vero Laicorum cupiditas bona Clericorum qui interſtiti decedunt ambitioſe invadat, nunc illorum teſtamenta ea ratificandi, quod ea vis eam omnino obſervare fatiſfeat legum civilium formulæ, decreverunt Concilia ſuum cuique ſpiritualis reſtauratio curabat robur. Ita Conc. Lugdun. II. c. 2. Pariſ. V. c. 10. ita denique hoc noſtrum. Ipſum vero Epiſcoporum in diſponendi Eccleſiæ rebus auctoritatem, quæ poſſeſſionem feudis ſuccat ſummi, pon ad locos translatam conquirere Conc. Rotomag. anni 1231. de *Officio Epiſc.* c. 3.

17. *A patre ſuplice Clemente.* Scilicet Clemente III. illuſtrium perſonarum immediatus Urbano III. & Greg. VIII. Ita Georgius Cedrenus in *Annalibus: Bona quoque ipſorum ea quo crucem acceperunt cum ſuis familiis, ſub S. R. Ec. non ab Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum & aliorum Clericorum Eccleſiis diu poſſeſſione vacantibus: & nullus de his qui in ſubſiſtentia eorum quiere poſſeruntur, donec de ipſorum reditu vel obitu certiſſime cognoſcerent, ſpoliatus eſt quicquam, ſed bona eorum integra interim manere & quieta.*

18. Cum appoſitis verbis: Sin quis ad Eccleſiæ conſequentiam tendens quantum in ſed loci reverentia & interceſſione defendi poſſ Conc. Arauſic. c. 15. decretum Aurelian. I. c. 17. c. 18. Epaon. c. 31. Matiſcon. I. c. 18. Rem. an. 630. c. 7. Capitular. Caroli M. de Confugio ad Eccleſiæ, ut tandem Conc. Rom. an. 826. c. 24.

19. Ita Conc. Antiſſiodor. an. 578. c. 31. Matiſc. II. 583. c. 10.

20. Conc. Agath. an. 506. c. 22. *Licet ſuperfluum ſit de re nota & certa ea nouvelle probitio, tamen, ad, id definire: utrum ea quæ facilius capiſtat aut imp...ctas reprimatur, id ſtatuat non amori carnali favere, ut ſolo tenentes ſive diaceſani presbyteri, vel clerici, ſalvo jure Eccleſiæ, ſicut præſſiriens Epiſcopi, tenuerit: ordent ecclesiaſticus, quæ damnium non præjudicant.* Idem poſtea multis ſtatuere plerique Galliæ Concilia, Epaon. c. 7. Aurelian. III. c. 12. 22. 23. IV. c. 11. 18. &c.

21. Conc. Matiſcon. II. an. 583. c. 3. *Statuimus ut deuterinus, ne mox antiquus a ſubſtituo reparetur, & dominus eccleſiaſticus humanitatem ſervorum ſuppoſuit: nouis inſtituat, quæ Sacerdotes aut in pauperum ſalum, aut in captivorum redemptionem peregerunt, ſuis oratoribus pro parte pupilli ac ſalutem impetrent. Si quis autem contumax noſtræ ſtatutis celeberrimi fuerit, a memoriis Eccleſiæ omni tempore ſeparetur.* Aurelian. VI. an. 573. Rem. II. Turon. III. Gabilon. II. quidem annis; Meldenſe an. 845.

22. Poſtquam hanc ſanxerunt Concilium Thomaſſinus Eccleſiaſtici par. 3. l. 2. c. 13. & 5. ſubdit: *Nec facilis erat iſta deciſio temporum, ſterorum, & hominum, quæ ſi pro-ſtantibus ſæpe ſtatuit & ſubſiſtentia confirmata. . . . Tutius ergo & conſultius viſum eſt ipſum Apoſtolicum ſedem conſuli ad decernendum præſentia ea quæ id tandem præſtitum eſt, ne ad eum una illa ſuperius removeatur.*

23. Conc. Matiſcon. I. an. 581. c. 17. *Si quis conſilium furtæ alicui ad fallum inſtimonium qui perjurium extruxerit, aut quacunque corruptione fallicireſſe, ipſe quidem ipſe ad exitium non commodum: & quo qui ei in perjurio. . . . communicaſſe probantur, ſive ad vitæ, ſive reſtimonii proibendi, & ſemendum legem infamia notabuntur.*

24. Idem decernunt an. 1200. Antiſtes, & poſtiores Antiſtites ex. Angli in Laudebus. Conc. an. 1200. c. 1. Itali in Raven. III. an. 1311. rubrica 20.

25. Idem.

28. Idem poſtmodum in Germania decrevere Conc. Salzburg. an. 1281. c. 17. & Retisp. an. 1287. c. 17.

29. Incendiarios excommunicant Patres Conc. Tullen. II. an. 860. c. 4. Veretiſces, etiam provinciarum *Epiſcopis* in Conc. Vaſcenſi an. 1268. c. 16. *De ſupplicio annis in genere ſalvmodice excommunicatione forticrii, perjuri ſimplex ſacramento, inimicitiarii, furti, atrocium rapinarum, pretiſpi generale* ſtatit. London. I. an. 1200. dum eidem Principi Anglia & Normannia ſubeſant.

30. Compendiosam Clericorum excommunicatum multis fundet S. Cyprianus ep. 65. ad Rogatianum Epiſcopum.

31. *Antequam iter peregrinationis arripiat.* Scilicet in

ANNO CHRISTI 1189. ANNO CHRISTI 1191.

* CONCILIUM * PIPEWELLENSE *

* Pipewell abbatia in agro Northamptonienſi.

Pambritannicum, archiepiſcoporum Britanniæ, quorumdam etiam Normanniæ, Galliæ, & Hiberniæ, & Epiſcoporum atque Abbatum: præſente Ricardo rege Angl. Anno Domini MCLXXXIX.

Ex Rogeri Hovedeni annal. parte II.

Tit. II. cap. Ioh. Anglic.

VENIT Rex ad abbatiam, quæ dicitur Pipewell, & congregatis ibi Baldewino Cantuarienſi Archiepiſcopo, & Waltero Rothomagenſi archiepiſcopo, & Joanne Dubſinenſi archiepiſcopo, & Normanno Dublinenſi archiepiſcopo, & Hugone Dunelmenſi epiſcopo, & Hugone Lincolnienſi epiſcopo, & Hugone Ceſtrenſi epiſcopo, & Joanne Exonienſi epiſcopo, & Joanne Eboracenſi epiſcopo, & Joanne Exonienſi epiſcopo, & Willelmo Herefordenſi epiſcopo, & Willelmo Wigornienſi epiſcopo, & Reginaldo Bathonienſi epiſcopo, & Willelmo Roffenſi epiſcopo, & Serlido Ciceſtrenſi epiſcopo, & Henrico Bajocenſi epiſcopo, & Petro epiſcopo de S. David in Wallia, & Albino Ferneni epiſcopo, & Concorde Hegilonenſi epiſcopo, & abbatibus & prioribus ferc totius Angliæ, idem rex dedit Godefrido de Luci epiſcopatum Wintonienſem, & Richardo thefaurario Elienſi archidiaconatum epiſcopatum Lincolnienſem, & Willelmo de Longo Campo cancellario ſuo, epiſcopatum Elienſem; & Huberto thefaurario Eboraci, archiepiſcopatum Salesbirienſem, & abbatiam de Seleſby; Rogero ejuſdem abbatiæ priori, abbatiam de Glaſtingbiri; Henrico de Soilli priori de Bernundeſaja, & Gaufrido tertio ſuo quondam Lincolnienſi electo, archiepiſcopatum Eboracenſem. & Henrico fratri Willelmi marefcalli, decanatum Eboracenſis eccleſiæ; & Ricardo de Peterico nepoti Hugonis Dunelmenſis epiſcopi, thefaurariam Eboracenſis eccleſiæ; & Willelmo de Chuneli, archidiaconatum de Richmund, & Willelmo de S. Mariæ eccleſiæ, prebendam, quæ fuit Walteri Huberti in eccleſia Eboraci, & decanatum ſancti Martini Londoniæ.

Cum igitur Baldewinus Cantuarienſis archiepiſcopus valde infirmaretur archiepiſcopum Eboracenſem datum fuiſſe præfatæ Gaufrido, calumniatur eſt conſecrationem illius, & prohibuit ei ne ipſe ab alio, quam ab eo, conſecrationem ſeu facramentum acciperet. Ille autem ſe ſuper hoc appellavit ad dominum Papam, & coram rege, & univerſis epiſcopis, & clero, & populo, charam Willelmi regis Baſtardi, in qua contubebatur conſanguinitas, quæ olim vertebatur, inter Cantuarienſem & Eboracenſem eccleſias, ſuper primatia Angliæ, & quibuſdam aliis dignitatibus, proutili. In charta autem illa continebatur, quod Cantuarienſe tempore archiepiſcopus Eboracenſis ordinem facerdotalem, & epiſcopalem conſecrationem ſuſceperit de manu Lanfranci Cantuarienſis archiepiſcopi, & totius Angliæ primatis; & ei canonicam obedientiam fecit; & ad concilia ſua cum Lindiffarnenſis eccleſiæ epiſcopo, & ceteris ſuffraganeis ſuis venit; & ei reverentiam non denegavit ſicut primati ſuo exhibuit. Charta autem illa teſtabatur hæc omnia ſupradicta facta fuiſſe coram rege Willelmo, generali concilio apud Londonias, per definitivam ſententiam ab Alexandro ſecundo prolatam. In ſequenti vero die Joannes electus Candidæ caſæ conſecratus eſt in epiſcopum a Joanne Dublinenſi archiepiſcopo, Hugone Dunelmenſi, decimo quinto Kalendarum Octobris die Dominica.

* CONCILIUM CRACOVIENSE,

In quo decima clero impoſita pro recuperatione terræ ſanctæ, anno MCLXXXIX.

Ex Lubicenſi Appeal. Tom. X.

ANNO Domini MCLXXXIX. *inquit Matthias Michovienſis hiſtoria Polonicæ libro* III. cap. XXVII. Joannes cardinalis cognomento Malabranca, 2 Clemente papa III. miſſus, Polonium venit, & facta ſynodo in Cracovia pro reformatione cleri, tam epiſcopis, quam univerſo clero, pro recuperatione terræ ſanctæ decimam impoſuit.

G. G. Lancicienſe concilium ſupra artolimus ad annum MCLXXXVIII. quo decimam illam imperatam diximus, authore Stanislaſio, qui de anno conſtatierem habet Cromerum; de loco, minime: at certe non repugnantem, cum rem tantam eo tono in Polonia per legatum confedam Cromerus adhuc: de urbe, ne literam quidem faſtat, at nec de concilio.

CON-

CANUM CHRISTI 1190.

CONCILIUM SALMATISENSE

CANUM CHRISTI 1190.

Præsidè Guillelmo Cardinali, & Apostolicæ sedis Legato.

An Card. de Aguirre Concil. Hisp. t. 5. p. 600.

CIRCA annum 1190. habitum est Concilium Salmanticense, præside Cardinali Guillelmo, & adidentibus Episcopis regnorum Legionis & Portugalliæ, nonnullisque Vitali Præsule Salmaticensi. In eo post accuratum examen declaratum fuit iustum matrimonium contractum inter Alphonsum IX. & Theresiam Reges Legionis.

ANNO CHRISTI 1190.

ECCLESIASTICÆ LIBERTATIS

ANNO CHRISTI 1190.

In Normannia Leges.

Ex Rishi. Canol. Normann. prov. p. 500.

CIRCA illos dies annuente Rege Richardo, liberata est ecclesia Normanniæ à longo servitutis jugo quo premebatur, quod scilicet nulla ecclesiæ, à laicalibus aut capiebant Clerici possessiones sicut consueverant, nisi prius de homicidio, furto, incendio, vel ejusmodi enormi flagitio. *Hæc Matthæus Westmonast. ad an.* 1190.

Hoc item, vel sequenti anno contentio mota inter Rotomag. ecclesiam, procurante eam in absentia VVallteri Archiep. Joanne de Constantiis Rotom. decano, & VVillelmo filium Radulfi Senescallum Normanniæ super quibusdam capitulis, de quibus ecclesia Dei conqueretur sub præsentia Henrici Bajocensis, VVillelmi Abrincensis, Hilarii Sagiensis, Radulfi Lexoviensis & VVillelmi Constantiensis Episcoporum (aderat tum expeditioni sacræ Joannes episcopus Ebroicensis) & Baronum regis, assidentibus quoque pluribus Normanniæ Magnatis, hoc tandem hoc conquievit.

Ex Chartulario Capituli Rotomagensis.

1. In primis determinatum est de Clericis, quod nulla occasione à sæcularibus potestatibus capientur, nisi pro homicidio, furto, vel hujusmodi enormi flagitio, quod ad placitum gladii pertineat: & tunc eum requisiti fuerint ab Ecclesiasticis judicibus, eis quieti reddentur in ecclesiastica curia judicandi.

2. Item generaliter omnes de fidei lesione, & juramenti transgressione quæstiones in ecclesiastico foro tractabuntur: super Treugæ vero violatione antiqua conservado, & chartarum Henrici & Ricardi illustrium Regum Angliæ tenor observabitur.

3. Item quæstiones super dote vel donatione propter nuptias, quando mobilia, vel se moventia petuntur, ad ecclesiam referentur. Quæstio vero super eisdem de immobilibus, dominis nostris Regi, & Archiepiscopo determinanda reservantur.

4. Item in Conventualibus ecclesiis, Abbates, vel Priores, aut Abbatissæ cum assensu diœcesani episcopi eligentur.

5. Item nulla fiet recognitio in foro laicali super possessione, quam viri religiosi, vel quæcunque ecclesiastica persona 20. annis vel amplius possederint. Similiter nulla fiet recognitio, si charta, vel alio modo ecclesiæ munitam esse possessionem probare potuerint, sed ad ecclesiasticos judicium remittentur.

6. Item distributio eorum, quæ in testamento relinquuntur, auctoritate ecclesiæ fiet, nec decima pars bonorum ut olim subtrahetur. De bonis vero Clericorum est dicantor fuisse ulturarii, vel quocumque genere mortis præverint, nihil pertinet ad sæculares potestates: sed episcopali auctoritate in pias caelas distribuentur.

7. Item quicquid laicis in vita sua donaverint, vel quocumque titulo à se alienaverint, etsi usurarii fuisse dicantur, post mortem non revocabitur. Quæ vero post mortem non alienata inventuntur, si restitui non fuerit ipsos tempore mortis fuisse usurarios, confitebantur.

8. Item si mortuus habuerit aliquod vadium unde sortem suam percepit, portio ipsius libera ad eum qui invadiavit, vel ad hæredes ipsius revertetur: idem fiet de portionibus uxoris & filiorum, post mortem ipsorum. Si quis vero substanea mortis, vel quolibet alio fortuito casu præoccupatus fuerit, ut de rebus suis disponere non possit, distributio bonorum ejus ecclesiasticæ auctoritate fiat.

LUNO CHRISTI 1191.

AXXII CHRISTI 1191.

VITA ET EPISTOLÆ III. CELESTINI PAPÆ III.

Districtius inhibemus, ne aliquis sacerdos, filii fui vel filiæ spiritalis privatam confessionem alicui revelare præsumat. Quod si fecerit convictus fuerit, officio & beneficio ecclesiastico perpetuo subjiciatur. Idem decimus de quolibet clerico, qui de homicidio, adulterio, perjurio, falso testimonio, publice accusatus fuerit, & convictus.

V. De honore sacerdotibus exhibendo.

Cum terrenarum potestatum nunciis sive ministris honor exhibeatur ab omnibus, multo magis ministris Dei honor a laicis exhibendus est, a quibus eis non solum divina celebrantur officia, verum etiam sacrum baptisma, & corpus Domini, & pœnitentia, & cetera ecclesiastica sacramenta jugiter ministrantur. Quocirca præsenti decreto statuimus, ut nullus sacerdotibus, seu ecclesiasticis personis, injuriam inferre, vel aliquam violentiam irrogare præsumat. Quicumque autem hoc attentaverit, & ante absolutionem beneficium consequatur. Similiter sub excommunicatione prohibemus, ne laici clericum ad peregrina judicia trahere præsumat, veluti candelatis ferri, vel aquæ, vel cujuslibet alterius judicii. Non enim pertinet ad laicum, clericum judicare. Si autem clericus peccaverit, ab archiepiscopo, vel episcopo, vel etiam prælato suo, aut Romano pontifice, si necesse fuerit, judicetur.

VI. De gradu consanguinitatis in contrahendis matrimoniis observando.

Cum sacrosancta Romana ecclesia, quæ mater est omnium ecclesiarum, & magistra, decreverit ut nullus Christianus usque ad septimum consanguinitatis gradum conjugium contrahere præsumat: grave nimis est, & divini dignum animadversione judicii, quod in partibus Dalmatiæ ac Dioclitæ a multis fadum in veritate comperimus, ut homines Dei timorem non habentes, cum consanguineis in quarto gradu & quinto, vel infra, contra sanctiorum patrum constitutionem conjugia contrahere non formident. Quapropter præsens decreto statuimus, ut quicumque in quarto gradu præfervim, vel infra, conjugium habere convinctur, nisi ad mandatum ecclesiæ fatisfecerit, & a tale consanguinitatis incesta conjunctione recesserit, tamdiu manæe excommunicatus, & ab omnibus ecclesiæ sacramentis separatus, donec a nefaria copula separetur, & ad mandatum ecclesiæ satisfaciat.

VII. Ut clerici consuram teneant clericalem.

Item præcipimus ut clerici raturam & consuram teneant clericalem. Qui autem hoc non fecerit, ab episcopo districtione canonica compellatur.

VIII. Ut laici a rebus ecclesiasticis abstineant.

Cum duæ sint in terris potestates a Domino constitutæ, spiritualis videlicet & sæcularis, & una de spiritualibus & ecclesiasticis, altera de sæcularibus habeat judicare: grave committit peccatum quicumque laicus vel ecclesias donare, vel ecclesiasticas personas judicare præsumit. Quocirca præsenti decreto statuimus, autboritate Dei om-

ANNO CHRISTI 1199.

ANNO CHRISTI 1199.

ANNO CHRISTI 1199. niporentis; & beatorum apostolorum Petri & Pauli, & domini papæ Innocentii, ut quicumque clericus de manu laica ecclesiam vel ecclesiasticæ beneficia receperit, tam qui dederit, quam qui receperit, tamdiu vinculo excommunicationis teneatur adstrictus, donec ad mandatum ecclesiæ satisfaciat: & quod contra factos canones factum fuerit, irritum habeatur & inane. Illos autem laicos, qui ante constitutionem istam ecclesias donaverunt, vel in ecclesiasticas personas manus injecerunt violentas, volumus per episcopos tertio commoneri; &, nisi poenitentiam egerint competentem, eadem sententia teneantur astricti,

IX. Excommunicantur thesaurarum ecclesiasticarum detentores, & qui Latinos in servitute detinent.

Excommunicamus omnes illos qui thesauros ecclesiarum injuste detinent, donec restituant; & eos qui Latinos detinent in servitute, nisi recepta pecunia quam dederunt, eos penitus restituant liberari.

C

X. Excommunicantur illi qui vocares sine judicio ecclesiæ dimittunt.

Excommunicamus item illos omnes qui proprias dimiserunt uxores, vel de cetero dimiserint sine judicio ecclesiæ, donec ad ipsas reversuntur.

ANNO CHRISTI 1199.

XI. Ut verbi ad sacros ordines non accedant.

Prohibemus etiam ut filii presbyterorum, & qui de legitimo non sunt nati matrimonio, ad sacros ordines non accedant.

XII. Ut nullus ante trigesimum annum ad sacerdotium promoveatur.

Similiter prohibemus, ut nullus ordinetur in sacerdotem, nisi trigesimum expleverit annum.

SUBSCRIPTIONES.

Ego frater Joannes domini papæ capellanus, apostolicæ sedis legatus, scripsi & subscripsi.

Ego frater Simon dominipapæ subdiaconus, apostolicæ sedis legatus, subscripsi.

Ego Joannes Diocliensis & Antibarensis archiepiscopus subscripsi.

Ego Dominicus archiepiscopus ter Arbanensis subscripsi,

Ego Petrus Scutariensis episcopus subsc.

Ego Joannes Polatinensis episcopus subsc.

Ego Petrus Arvatinensis episcopus subsc.

Ego Dominicus Sosciensis episcopus subsc.

Ego Natalis Drivinensis episcopus subsc.

Ego Theodorus Sarcanensis episcopus subsc.

CONCILIA DUO, DIVIONENSE ET VIENNENSE.

A Petro Capuano cardinale sedis Apostolicæ legato celebrata anno MCXCIX. de Philippi Augusti illicitis nuptiis.

IN gestis *Innocentii III. editis a Francisco Bosquetio, qui potea virorum magnorum auctoritate & fama traditionis merito episcopus fuit, Lutevensis primum, ac demum Montpellensis, concilium utrumque describitur. Narrat utrique primum, ut Philippus Augustus Francorum Rex, uxore legitima contempta, aliam contra fas adhiberit. Tum: Inconsiderate Celestinus Pontifex Romanus, qui tot reges suos, & per Parisiensem episcopum, sepe dictum regem studuit commonere, ut ea ab eo retro ordine fieret, quam contra interdictum ecclesiæ superstitiose erat, & recipere illum in gratiam conjugalem; quam legitime duxisset, illegitime duceret amplexandam: jurisei licentia non negata, quo animus facta restitutione postmodum audiretur, si quid duceret proponendum. Constabat eidem, quod quamvis ex* A Petri Ap. quo modo intelligi debeat. *que sibi molestum existeret, eum * aliqua molestasset; quia tamen oportebat eum plus ecclesiis, quam terreno deferre Regi, & sine personarum acceptatione secut ratio postularet. Quia vero idem rex se contumacia noluit acquiescere, sepe dictus Episcopus Apostolicas scripta precepit quatenus Archiepiscopum Senonensem, & Episcopos Silvanectensis, Suessionensis, Ambianensis, Atrebatensis, & quidam alii sententiam interdicti firmiter observarentes. Affi vero diffuturum observare tenentiam, sicut Remensis Archiepiscopus, Laudunensis, Noviomensis, Autissiodorensis, Belvacensis, Morinensis, Meldensis, Cenonensis, Aurelianensis, & alii forte perpauci, nuncios suos ad eidem apostolicam destinantes, per quos quasdam excusationes licet frivolas prætendebant; sed promittebant quod illis expositis, si demum placeret summo pontifici, sententiam observarent. Cum igitur summus pontifex excusationes illas evidentissimis rationibus irritasset: præcepit eisdem ut & ipsi pariter observarent sententiam interdicti: qui audito præcepto humiliter paruerunt, Vide & qua sequuntur, qua hic describere longius foret.*

Conc. H. Ed. Cantilum Divionense.

Chronicon vero S. Benigni ad cyclos Paschales, Anno, *inquit*, MCC. Concilium apud Divionem in ecclesia illa convocatum est a domino Petro Capuensi S. Mariæ in via lata diacono cardinale Apostolicæ sedis legato: & interfuerunt ibi Lugdunensis, Remensis, Bituntinensis, & Viennensis archiepiscopi, & cum eis 28. episcopi; & abbates, Cluniacensis, Vezeliacensis, S. Remigii Remensis, S. Dionysii Parisiensis, & alii quamplures quorum numerum non expressimus: & duravit concilium a festo Nicolai quod est mense Decembri usque ad septem dies. Post paucos vero dies prædictus cardinalis apud Viennam particulare revocavit concilium, ubi progressi sententiam a domino papa Innocentio datam in omni terra quæ subjacet & obedit regi Francorum: ita quod in ecclesiis nullum celebraretur officium divinum, præter baptisma puerorum, & penitentiam morientium. Et duravit interdictum apud nos a tertia die post Purificationem B. Mariæ, usque in vigilia exaltationis S. Crucis.

Divionenſe i

Utrumque vero concilium confudit Rigordus in gestis Philippi Augusti ad annum MCXCIX. & Divionensi matrimonia omnia, quæ tum Divione, tum Vienna gesta sunt, Eodem, *inquit*, anno, mensis Novembri, in festo S. Nicolai convocatum est concilium apud Divintonem a Petro cardinali, omnium episcopum, albanum, & priorum totius regni. Sed quia contra regem Franciæ, regnum ipsius sub interdicto ponere moliebatur: a nunciis regis ad Romanum fedem est appellatum. Tamen iple cardinalis, appellatione non deferens, in eodem loco adstantibus episcopis universis sententiam prolurit: sed usque ad xx. dies post nativitatem Domini non esse publicandam præcepit. Transactis vero xx. diebus a nativitate: tota terra regis Francorum, interdicto subjacuit. Quo audito rex vehementer iratus quia episcopi sui interdicto facienda consenserant, ipsos episcopos a proprijs locis abire perturbavit, & canonicos eorum feu clericos, omnibus rebus suis expoliatos de terra sua ejici præcepit, & bona eorum confiscavit. Presbyteros etiam, qui in parochiis manebant, omnes ejecit, & bona corum diripuit. Ad cumulum vero totius mali, Ingebargem uxorem suam legitimam, regnum sanctam, omnibus bonis moribus & virtutibus ornatam, omnimoque florentem lolatio & delitiuram, apud Stampas in exitro duo reclusit. *Hæc Rigordus.*

Vienna.

Guillelmus Armoricus, res in utroque concilio gestas sui pariter Divionenſi tribuit. At Petrus, *inquit*, Capuanus, convocato concilio apud Divionem oppidum Allobrogum regnum Francie interdixit. *Audierat Guillelmus, id quod erat, latam esse interdicti sententiam, in Allobrogum urbe (nempe Vienna) Divione vero latam prefualeras Rigordus, cujus est brevitator. Hinc Divionem in Allobrogibus collocatur.*

Gravius erravit monachus Aquicinctinus, dum Concil. General. Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1199. A *Vienna tres Apennium conscripsit*. Petrus, *inquit*, cardinalis pertranſiit Burgundiam: transcendit Apennium montem: sententiam, quam in Francia ex domni Papæ præcepto fere debuerat: ibi dedit. *Addit*. Interdixit sententiam episcopi quidam fervens istime observaverunt, Parisiensis, Silvanectensis, Ambianensis, Atrebatensis & alii, quorum non habemus notitiam. Plos papa Innocentius miris, per epistolas illis missas, effert laudibus: contemptores autem verbis terpet minacibus:

Rogerius Hovedenus hæc dum refert, Philippi comitem, non Ingebergem, sed Burdilam vocat. Tomacro monasse tam sententiam asserit, confirmatam fuisse ab Innocentio Papa, propterea eos qui susceperant, vel susciperent truces peregrinationis Hierosolymitanæ.

FORMA INTERDICTI

Ex Martene & Thesauro Anecdot. Tom. 4. pag. 140.

Domini PETRI Capuani Romanæ Ecclesiæ Cardinalis apostolicæ sedis legati promulgata in concilio Divionensi per omnes ecclesias regni Francorum pro eo quod PHILIPPUS II. rex Francorum, relicta legitima uxore sua Domina INGELBURGE filia regis Daciæ, quam solemniter desponsaverat & coronaverat in regnum in urbe Ambianensi, aliqtam reginam superduxerat, nec dimittere volebat, pluries admonitione premissa & legitime per viros idoneos.

Ex MS. Corbeiensi.

OMnes ecclesias sint clausæ, nec aliquis admittatur in eis nisi ad parvulos baptizandos, nec aliquatenus aperiantur, nisi pro luminaribus accendendis, vel quando sacerdos accipiet eucharistiam & quam benedictum ad opus infirmorum. Sustinemus missam semel in hebdomada celebrari in die Veneris summo mane pro Eucharistia ad opus infirmorum, absque solo clerico qui sacerdoti ministret. Prædicent sacerdotes diebus Dominicis in atriis, & loco missæ dissemineat Verbum Dei. Horas canonicas dicant extra ecclesias, D non audientibus laicis: sed si dicant episcopus vel evangelium, caveant ne audiantur a laicis, nec in cimiterio fupra terram vel infra permittant corpus sepeliri. Dicant præterea laicis, quod ipsi graventer peccant, & excedunt mandatum, si corpora in terris etiam non benedicta, alienum sibi officium in hac parte usurpando. Prohibeant parochianis suis intrare ecclesias in tempore interdicti, nisi pro regina, non benedicant peras peregrinorum nisi extra ecclesiam. In festo Paschæ, pamosa non celebrent; sed ultra quam in diem pascha celebrare differant, & tunc celebrent privare, nulla admittis nisi mox electus, sicut superius est expressum, nec communicet aliquis etiam in pascha, nisi infirmus in periculo mortis. In eadem septimana vel in ramis palmarum parochianis præcipiant, ut die pascha mane conveniant ante ecclesiam, & dabitur eis licentia comedendi carnes, panem benedictum dici. Firmiter prohibentur mulieres in ecclesia ad purificationem ne admittant, sed eas moneant, ut die purificationis congregatis vicinis suis orent extra ecclesiam, nec intrent ecclesiam mulieres quæ parituntur erant, etiam ad levandas de sacro. fonte parvulos baptizandos, donec post interdictum intromittatur per sacerdotem. Omni petenti dent penitentias in portico ecclesiæ: si tum ecclesia non habuerit porticum, sustinemus ut in limine proximioris porte ecclesiæ quæ pro intemperie

Anno Christi 1199.

aeris & pluviæ aperiri poterit & non aliter dent A ponuntur extra ecclesiam vasa cum aqua benedicta, nec clerici ferant aquam benedictam, cum omnia sacramenta ecclesiastica præter illa duo quæ excepta sunt, confiteri esse prohibita. Extremam unctionem, quæ maximum est sacramentum, non licet dare.

Anno Christi 1199.

Anno Christi 1200.

1198. CONCILIUM LONDONIENSE

APUD VVESTMONASTERIUM CONTRA PROHIBITIONEM

Gaufridi comitis de Effexia pro reformatione ecclesiæ Anglicanæ per Hubertum Cantuariensem archiepiscopum, celebratum anno Domini MCC. tempore Innocentii Papæ III.

Extat apud Rogerum de Hoveden rerum Anglicanarum scriptorem, his verbis: Eodem anno Hubertus Cantuariensis archiepiscopus generale celebravit concilium Londonia apud Westmonasterium, contra prohibitionem Gaufridi filii Petri comitis de Essexe, tunc temporis Iustiarii Iustitiarii Angliæ: in quo concilio idem archiepiscopus subscripta promulgavit decreta, flatuens ea a suis subjectis inviolabiliter observari.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut verba divini officii distincte proferantur.*
2. *Quod non liceat presbytero bis in die celebrare.*
3. *De baptismate vel confirmatione, si dubitetur.*
4. *De penitentia.*
5. *Quo modo archiepiscopus, episcopus, & eorum officiales, debeant hospitari cum subjectis.*
6. *Ne quis ordiuntur sine certo titulo.*
7. *Quod non liceat excommunicationis sententiam proferre, nisi canonica commonitio præcedat.*
8. *Nihil exigendum pro sacramentis administrandis.*
9. *Ne decima minuatur occasione mercedis servientium vel messorum.*
10. *Ne clerici in furtis ordinibus conflituti furaria habeant.*
11. *Quales persona debeant contrahere matrimonium.*
12. *Diffamatis publica fama indicatur purgatio.*
13. *Ut leprosi carnesecrum & propriam habeant capellam.*
14. *Ne alicujus, sine episcopali authoritate, ecclesiasticis beneficiis de manu laica recipiat.*

DECRETA HUBERTI CANTVAR. ARCH.

I. Ut verba divini officii distincte proferantur.

CUm in divinis officiis non fine periculo corporum & animarum erretur, salubri provisione consilii profpeximus, ut a quolibet sacerdote celebrante, verba Canonis rotunde dicantur, & distincte, nec ex festinatione retracta, nec ex diuturnitate nimis protracta. Non est enim ibi diu immoraddum propter insurgentes cogitationes *, quæ, ut muscæ morientes, perdunt suavitatem unguenti. Similiter & omnes horæ & omnia officia aperte & distincte dicantur, ita quod ex festinatione nimia non præcidantur, vel syncopentur. Quod si observarum non fuerit, sacerdotes hoc non observantes post trinam admonitionem usque ad condignam satisfactionem suspendantur. Salvo in omnibus sacrofanctæ Romanæ ecclesiæ honore & privilegio.

* quia mu-sca.

II. Quod non liceat presbytero bis in die celebrare.

1. Non licet presbytero bis in die celebrare, B nisi necessitate urgente: & tunc idem cum in die bis celebrat, post primam celebrationem & sanguinis sumptionem nil infundatur calici. Sane post primam celebrationem diligentissime absorbeantur fistulæ de calice, & digiti fugantur, vel lingua lambantur, & leventur, reservata lotura in vase mundo ad id specialiter deputato; quæ lotura sumatur post secundam celebrationem. Hæc ita fe habeant, nisi in prima celebratione adsit diaconus, vel alius minister honestus, qui loturam sumere possit. His adiicimus, ut reponatur eucharistia in pixide munda & honesta, & in pixide munda & honesta deferatur ad ægrum linteo mundo superposito, & lucerna præcedente ac cruce, nisi æger valde remotus fuerit. Renovetur quoque hostia ipsa singulis dominicis diebus, habeaturque certitudo circa ipsam eucharistiam, ita quod non sumat non confecratam pro consecrata. His adiiciendum decrevimus, ut fecreto non detur communio eucharistiæ * impetenti, sed publice & instanter petenti danda est, nisi publicum fit ejus delictum. Salvo in omnibus, &c.

C

* Petentibus quotidiè, & necessitate urgente, in Conciliis Bituric. Rothomag. Salisbur.

III. De baptismate vel confirmatione, si dubitetur.

D De baptismate vel confirmatione si dubitetur, sacrorum canonum statuta sequentes, statuimus ut conferatur, quia non dicitur iteratum quod non scitur fuisse collatum. Ideoque baptizentur expositi, de quorum baptismo dubitatur: sive inveniantur cum sale, sive sine sale. Adiicimus etiam, ut nullus teneatur ad confirmationem a patre vel matre, vel vitrico, vel noverca. Et ut non liceat diaconibus baptizare, vel pœnitentias dare, nisi duplici necessitate, videlicet, quia sacerdos non poterit, vel absens, vel stulte non vult, & mors imminet puero, vel ægro. Si vero in necessitate puer baptizetur a laico, quod fieri potest a patre vel a matre absque

E

Anno Christi 1200.

que matrimonii præjudicio, sequentia im- A mus teneri mensuram, ut ex accessu majorum minores non debeant gravari: ne sub tali indulgentia illi qui paucioribus equis uti solebant hactenus, plurimum sibi crederent posse fraum indulgam. Speetat autem ad visitationis officium, ea in primis quæ ad salutem animarum pertinent, cum omni diligentia procurare, & ut unaquæque ecclesia habeat calicem argeneum, & vestimenta sacerdotalia sufficientia & honesta, & libros necessarios, & utensilia, & cetera, quæ spectant ad cultum & reverentiam sacramenti. Sane ad præcidendum tam avaritiæ quam negligentiæ vitium, authoritate Tolerani concilii subnixi, præcipimus, ut visitator, ab ecclesia, in qua visitationis officium debito modo non exercet, procurationem aut procurationis redemptionem exigere non præsumat. Salvo, &c.

V. Ne quis ordiuntur sine certo titulo.

Illud etiam juxta tenorem Lateranensis concilii firmiter observari præcipimus, ut fi episcopus aliquem sine titulo certo in diaconum vel presbyterum ordinaverit, tamdiu ei subministret, donec ei in aliqua ecclesia convenientia stipendia militiæ clericali affingnet: nisi forte talis, qui ordinatur, existerit, qui de sua vel paterna hæreditate habilitia vitæ possit habere. Idem in subdiaconi ordinatione statuimus: adjungentes, ut fi archidiaconus citra speciale mandatum episcopi fui aliquem præmissorum ordinationi præsentaverit, & is ad ejus præsentationem ordinatus fuerit, præsbitæ pœnæ subjacean. Salvo in omnibus, &c.

B *Item Lateranense, cap. 5.*

C *Vacatis. Lateranense sub diversis titulis, cap. 1. & 2. & seq. vers. bono.*

D

VII. Quod non liceat excommunicationis sententiam proferre, nisi canonica commonitio præcedat.

Rursus Lateranensis concilii statuta sequentes, præcipimus, ut nec prælati, nisi canonica commonitione præmissa, suspensionis vel excommunicationis sententiam proferant in subjectos, nisi forte talis sit culpa, quæ aut in ipso genere suo excommunicationis pœnam inducat: nec subjecti contra disciplinam ecclesiasticam ante ingressum causæ in vocem appellationis prorumpant. Si vero quispiam pro fua reverentia crediderit appellandum: competens ei ad profequendam appellationem termnus præfigatur, infra quem fi profequi forte neglexerit, libere tunc episcopus authoritate fua utatur. Si autem in quocumque negotio aliquis appellaverit, & eo qui appellatus fuerit veniente, qui appellaverit, venire neglexerit: fi proprium quid habuerit, competentem illi recompenfationem faciat expenfarum: ut hoc

E

ANNO CHRISTI 1200.

saltem timore perterritus, in gravamen alterius non facile quis appeller. Præcipue vero in locis religiosis hoc volumus observari; ne manchi five quicumque religiosi, cum pro aliquo excessu fuerint corrigendi, contra regularem prælati sui & capituli disciplinam, appellare præsumant, sed humiliter ac devote suscipiant quod per illum fas eis fuerit injunctum. Ad reprimendam etiam multorum malitiam his duximus annectendum, ut singulis annis in genere solenniter excommunicentur sortiarii, periuri supra sacramenta, incendiarii, fures, atrocires raptores. Ita ut qui scienter in dispendium cujuslibet pejeraverint, non absolvantur, nec eis pœnitentia ab aliquo injungatur, nisi ab episcopo diœcesano, vel ejus authoritate, præterquam in articulo mortis: & tunc eis injungatur, quod ex quo convaluerint, episcopum adeant, ab eo vel ejus authoritate pœnitentiam suscepturi. Salvo in omnibus, &c.

VIII. Nihil exigendum pro Sacramentis administrandis.

Sicut in Lateranensi concilio salubriter a sanctis patribus est provisum, inhibentes, ne a personis ecclesiasticis deducendis ad fidem, vel facerdotibus, vel aliis clericis instituendis, aut sepeliendis mortuis, aut benedicendis nubentibus, seu pro chrismate, seu quibuslibet aliis sacramentis, aliquid exigatur. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, portionem cum Giezi se noverit habiturum, cujus factum exactione turpi muneris imitatur. His adiicimus, ne pro licentia celebrandi divina, a facerdotibus, vel docendi, a magistris, aliquid exigatur, & si solutum fuerit, repetatur. De ejusdem etiam authoritate concilii prohibemus, ne novi census ab episcopis, vel abbatibus, alibi five, imponantur ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem reditum suis ulibus applicare præsumant: sed libertatem, quam majores sibi conservari desiderant, minoribus quoque suis bona voluntate conservent. Si quis autem aliter egerit, irritum quod fecerit habeatur. Nulla insuper ecclesiastica ministeria, seu etiam beneficia, vel ecclesiæ alicui tribuantur, vel promittantur, antequam vacent: ne desiderare quis proximi sui mortem videatur, in cujus locum vel beneficium se credit succeffurum. Cum enim & in ipsis locis gentilium, legibus inveniatur prohibitum, turpe nimis est, & divini plenum animadversione judicii, si in ecclesia Dei futuræ successionis expectatio locum habeat, quam & condemnare, nisi gentiles homines curaverint. Salvo in omnibus, &c.

Bibl. n. 7.

C

IX. Ne decima minuatur occasione mercedis servientium vel messorum.

ANNO CHRISTI 1200.

Cum Deo & facerdotibus Dei decimas dandas Abraham factis, & Jacob promissis insinuent, & authoritas veteris & novi testamenti, nec non & sanctorum patrum statura, declarent decimas de omnibus, quæ per annum renovantur, præstandas; id inviolabiliter decernimus observandum, ita quod, occasione mercedis servientium vel messorum, decima pars non minuatur, sed potius integrum perfolvatur. Insuper etiam presbyteri poneftatem ante autumnum excommunicandi omnes fraudatores decimarum suarum, & eosdem secundum formam ecclesiasticam absolvendi. Huic adiicimus sanctioni, ut de terris noviter excultis non alias dentur decimæ, quam ecclesiis parochialibus, infra quarum limites terræ illæ, de quibus decimæ proveniunt, excoluntur. Detentores vero decimarum, juxta Rotomagensis concilii constitutum, si semel, secundo, & tertio commoniti, excessum suum non emendaverint, ufque ad satisfactionem condignam anathematis vinculo feriantur. Salvo in omnibus, &c.

B

X. Ne clerici in sacris ordinibus constituti focarias habeant.

Statuimus ut in ecclesia, cujus redituæannuus quantitatem trium marcarum non excedit, nullus instituatur, nisi qui in propria perfona ibidem voluerit deservire. Statuta etiam Lateranensis concilii reverenter amplectentes, decernimus ut clerici in sacris ordinibus constituti, si mulierculas in domibus suis sub incontinentiæ voro tenuerint: aut abiiciant eas, & continenter vivant, aut ab officio & beneficio ecclesiastico fiant alieni. His etiam annectimus, ut clerici non interfint tabernis & publicis poratoribus. Hinc etenim accidunt contentiones & rixæ, adeo quod laici quandoque clericos verberantes incidant in canonem. Qui cum ad papam mittantur, non est æquum quod clerici, qui culpa fua quodammodo ramen dedere delictum, maneant impuniti. Clerici etiam omnes habitum habeant clericalem, & tonfuram canonicam. Archidiaconi autem, & alii in dignitatibus constituti, & presbyteri, cappis manicatis utantur. Salvo in omnibus, &c.

Bibl. Gall.

D

E

XI. Quales persona debeant contrahere matrimonium.

Vir non contrahat cum aliqua consanguinea olim uxoris suæ; similiter nec uxor cum aliquo consanguineo quondam viri sui. Et susceptus in baptismo non contrahat cum filia baptizantis, vel suscipientis, ante vel post ge-

ANNO CHRISTI 1200.

genita. Nec contrahatur aliquod matrimonium sine trina denunciatione publica in ecclesia, neque si fuerint perfonæ incognitæ. Sed nec copulentur aliquæ perfonæ matrimonio, nisi publice in facie ecclesiæ, & præsente facerdote: & si secus factum fuerit, non admittantur alicubi in ecclesia; nisi speciali authoritate episcopi. Nulli etiam conjugatorum liceat, iter remorum peregrinationis arripere, nisi mutuo consensu publicato. Salvo in omnibus, &c.

XII. Diffamati publica fama indicatur purgatio.

Diffamati fama publica, vel verisimilibus indiciis super crimine, de quo vinci non possunt, commoneantur semel, secundo, & tertio, ut confiteantur, & satisfaciant: si vero incorrecti in negatione perstiterint, indicatur eis purgatio, & non occasione pecuniæ capiendæ differatur de die in diem, sed statim primo die, si parata fuerit, suscipiatur, & canonicum numerum non excedat. Salvo, &c.

B

XIII. Ut leprosi cœmeterium & propriam habeant capellam.

Affectu pietatis inducti, concilii Lateranensis etiam institutione fultuli, decernimus, ut ubicumque tot leprosi simul fuerint congregati, qui ecclesiam cum cœmeterio sibi construere & proprio valeant gaudere presbytero, sine contradictione aliqua habere permittantur. Caveant tamen ex injuriosi vetus ibus ecclesiis non esiftant. Quod enim eis pro pietate concedtur, ad alienam injuriam nolumus redundare. Statuimus etiam, ut de ortis nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur. Salvo in omnibus, &c.

C

XIV. Ne aliquis, sine episcopali authoritate, ecclesiastica beneficia de manu laica recipiat.

Bibl. n. 8.

Lateranensis concilii tenore perpenso decernimus, ne fratres rempli, vel hospitalis, sive quicumque alii religiosi, ecclesias, vel decimas, vel alia beneficia ecclesiastica sine episcopali authoritate de manu laica recipiant: dimissis etiam, quas contra tenorem istum moderno tempore receperint. Excommunicatos, & nominatim interdictos, tanquam ab omnibus alis, juxta fententiam episcopo rum, ftatuimus evitandos. In ecclesiis fuis, quæ ad eos pleno jure non pertinent, instituendos presbyteros episcopis præsentent: ut eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant comperentem. Institutos autem inconsultis episcopis non audeant removere. Si vero templarii five hospitalarii ad ecclesiam interdictam venerint, non nisi semel in anno ad ecclesiasticum admittantur officium, nec tunc ibi corpora fepelient defunctorum interdictorum. De fraternitatibus autem hæc constituimus: ut, si non fe

D

E

prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in proprietatibus fuis duxerint remanendum, propter hoc ab episcoporum sententia nullatenus eximantur: sed poeftarem fuam, ficut in aliis parochianos fuos exerceant, cum de excessibus fuis fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eft, ab aliis quoque religiosis, qui præfumptione fua episcoporum jura præripiunt, & contra canonicas eorum fententias & tenorem privilegiorum fuorum venire præsumunt, præcipimus observari. Si autem contra hoc ftatutum venerint: & ecclesiæ, in quibus ista præsumpserint, subiiciantur interdicto, & quod egerint, ejusdem authoritate concilii irritum habeatur & vacuum. Monachi etiam sub pretio non recipiantur in monasterio, nec peculium habere permittantur, nec singuli per villas & oppida, sive quæfcumque parochiales ponantur ecclesias: sed in majore conventu, aut cum aliquibus fratribus maneant, nec soli inter fæculares homines, spiritualium hostium afflictum confilio expectens, Salomone dicente: *Væ soli! quia, si ceciderit, non habebit subleventem.* Si quis autem exactus pro fua receptione aliquid dederit, ad canonicos ordines non accedat: is autem qui acceperit, officii fui privatione mulctetur. Si vero peculium habuerit, nisi ei ab abbate fuerit pro injuncta administratione permissum, a communione removetur altaris: & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, nec oblatio pro fit, nec inter fratres recipiat fepulturam quod etiam de diversis religiosis præcipimus observari. Abbas autem, & qui diligenter ista non curaverit, officii fui jacturam fe noverit incurfurum. Prioratus quoque, seu obedientiæ, pretii dactione nulli fradantur: alioquin & dantes & accipientes a ministerio fint ecclesiastico alieni. Priores vero, cum in conventualibus ecclesiis fuerint constituti, nisi pro manifesta causa & rationabili non mutentur: videlicet si dilapidatores fuerint, si incontinenter vixerint, aut tale aliquid egerint, pro quo amovendi merito videantur: aut si etiam pro majoris necessitate officii fuerint transferendi. Et illud præterea dignum adiectione videtur, ne monachi, aut canonici nigri, vel moniales nigræ, cappis coloratis utantur, sed tantum nigris: nec utantur cooperto riis, nisi nigris vel albis, cum pellibus agninis, vel catinis, vel vulpinis. Monachi etiam aut alii religiosi pileis non utantur nisi obtentu peregrinationis claustrum egrediantur. Decernimus etiam, ut in qualibet ecclesia monachorum, vel quorumlibet religiosorum, suis usibus canonice appropriata, vicarius instituatur provisione episcopi, honeftam & sufficientem sustentationem de bonis ecclesiæ percepturus.

CON-

ANNO CHRISTE 1200. ANNO CHRISTI 1202.

CONCILIUM NIGELLENSE,

AB OCTAVIANO, SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO,

Celebratum menſe Septembri, pridie nativitatis B. Mariæ, anno Dom. M.CC. in quo interdictum Galliæ ſolutum, indictumque concilium Sueſſionenſe, ubi de regio matrimonio judicaretur.

INterdicti ſententia, *quam in Gallia regnum tulerat Petrus Capuanus in concilio Vienneuſi ſub anno* M.CC.IX. *non obtinere coperat vigoſimo poſt Chriſti nativitatem die, hoc eſt, menſis Januarii anni* MCC. *Jam octavum menſem lugebat Gallia ſecundum omnium expert: cum venit ſub initium Septembris Octavianus Oſtienſis & Veliternus epiſcopus, cardinalis, ſedis apoſtolicæ legatus: Gallicanæ religionis reſtitutor exoſtor. De quo ſic Rogerius Hovedenus.* Eodem, *inquit*, anno MCC. Octavianus Oſtienſis epiſcopus, cardinalis, & apoſtolicæ ſedis legatus, venit in Franciam miſſus a fratre domini Innocentii papæ ad cognoſcendum de divortio facto inter Philippum regem Franciæ, & Botildam reginam & ſponſam ſuam, & ut ipſe in primis ante ingreſſum litis compelleret prædictum regem Franciæ dimittere adulteram ſuam Theotonicam, & reſumere ſponſam ſuam Botildam, & modo debito tractare. Factum eſt autem in vigilia nativitatis B. Dei genitricis ſemperque virginis Mariæ, prædicto cardinali & archiepiſcopis, & epiſcopis, & clero Franciæ convenientibus apud S. Loedegarium in Nivele; Philippos rex Franciæ, & Botilda regina, & adultera ejus Theutonica, convenerunt illuc: & rex Franciæ admonitione prælati cardinalis, & conſilio ſuorum, dimiſit adulteram ſuam, & Botildam ſponſam ſuam recepit. Et ſtatim conſ queſtus eſt de ea cardinali, dicens, quod ipſe eam de jure habere bibi in coniugem non debet, quia multum erant affines in conſanguinitate, & hoc probare modis omnibus præſto erat, & ideo petebat diſcretum inter eos fieri. Statuit ergo eis prædictus cardinalis ſpatium ſex menſium, & ſex hebdomadarum, & ſex dierum, & ſex horarum, a vigilia illa nativitatis B. Mariæ ad deliberandum ſuper hoc, & locum placitandi ſtatuit eis apud Sueſſans, electione regiæ partis. Eodem die, ſcilicet in vigilia nativitatis S. Mariæ, poſtquam rex Franciæ adulteram ſuam dimiſerat, & Botildam ſponſam ſuam receperat: ſtatim relaxata eſt D ſententia interdicti ecclefiaſtici de regno Franciæ, & puſſatis campanis facta eſt lætitia magna in clero & populo, quia interdictum illud jam duravet ſtat ſuſſer.*

A rat plusquam per triginta hebdomadas, & corpora defunctorum ſepulta erant extra villam per vicos & plateas.

Quibus autem conditionibus ſolutum ſit interdictum, diſtinctim explicant geſta Innocentii III. his verbis. Octavianus Oſtienſis Epiſcopus legatum in Francia deſtinavit, talem ei formam præſcripſit, ut ante omnia ſatisfactionem plenariam de damnis & injuriis clericis irrogatis faceret exhiberi. Ita quod ii qui propter obedientiam & reverentiam apoſtolicæ ſedis graves perpeſſi fuerant contumelias, & jacturas, per apoſtolicam ſedem ibi ſentirent & gauderent congrue ſatisfactum. Deinde ſuperinduxtam præcipere a regis conſortio tam localiter, quam ſpontaneo recuſaverit, ut non ſolum a regis amplexibus, verum etiam a regni finibus facere it illum excluſi, & præfatam reginam ab ipſo rego ſolenniter recipi, & regaliter pertracta- ri: præmiſſa publice proteſtatis cautione, quod cum ſine judicio eccleſiæ non dimitteret: & ſi relaxaret ſententiam interdicti, referaret ſibi correctione illorum, qui ab initio non ſervaverant interdictum. Et ſi, poſt frequentes & diligentes admonitiones & exhortationes, idem rex præfatam regi nam ſibi legitimam habere nollet uxorem, ſed nullo modo matrimonium ſeceſſare: præcipit legato ut pro tertiona peremptorio ad inchoandam cauſam ſpatium ſex menſium aſſignaret. Infra quod, ſi præfata vellet, commoneretur rex Danorum pertractus ipſius, ut ad definitionem ejuſdem vitos gendentes eum advocatis, & teſtibus, & aliis qui- busliber neceſſariis, ſub apoſtolica, & regia ſecu- ritate dirigeret competenti loco de libera voluntate partium diffinitum. *Sed ab Octavianus fuiſſe for- natum, eadem alla deinde refuntur.*

G. C. Legati adventum in Galliam memorat Rigordus ad annum MCCI. Non quod eo anno venerit eertum enim eſt ab eo tempore interdictum inter ſeptembrem, obtavo poſtquam promulgatum fuerit menſe: ac proinde anno MCC. ut ex iis quæ ante dicta ſunt conſtat. Sed cum natalitas baberet Rigordus res concilii Sueſſionenſis anno MCCI. ab Octaviano celebrati: ex occaſione adventum legati, & quædam quæ concilium antecellerant refert, ſic ut ad annum præcedentem pertinerat.

CONCILIUM INCERTI LOCI.

Ex MS. Corbeiſenſi.

QUia non poteſt eccleſiæ Dei melius conſuli, vel conſultius provideri, quam ſi circa rectores & miniſtros earum, ut idonei ſint, cura diligens habeatur, neceſſarium duximus his qui ad eaſum noſtrum ſpecialiter pertinent, formam certam ſtatuendo præſcribere, quam & in ſe recte vivendo, & recte faciendi ordinati, & in eccleſia ſacramenta divina rite tractando, & etiam erga populum laudabiliter ſe ferendo debeant obſervare.

Contra illicitum ordinatos.

In primis igitur a miniſterio eccleſiæ & officii ſui exercitione eos volumus removeri, prout condecet, qui ſecundum canones ab epiſcopis proprii, nihilominus ordines licet illicite ſuſceperunt, præcipimus quod faceredotes qui ſe noverint ſervorum filios & præter domiſtorum ſuorum conſcientiam ordinatos, vel non de legitimo matrimonio natos, & abſque diſpenſatione epiſcoporum ſuorum promotos, vel qui fuerint advocati in cauſa ſanguinis, vel executores ſevorum præceptorum, aliquando in publicis arminiſtrationibus, vel homicidium perpetraverunt, vel bigami fuerint, vel aliter corruptarum mariti, vel qui excommunicati ordines ſuſceperunt, vel excommunicati ſive ſuſpenſi celebrari præſumſerint, vel fortilegium exercuerunt, & maxime demonibus immolando, non exe-

INCERTI LOCI. 762

A exequantur ſacerdotis officium, donec ſuper hoc ab eis fuerit conſilium requiſitum.

II.

Idem dicimus de his qui ſimoniace vel furtive, vel per latrum, vel extra legitima tempora ordines ſuſceperunt.

III.

Idem & de his qui ab epiſcopis hæreticis, ſchiſmaticis, vel nominatim excommunicatis, vel aliis epiſcopis ſunt ordinati præter ſuorum diœceſanorum prælatorum.

IV.

Idem quoque dicimus de his qui interventores fuerint ſimoniacarum pactionum & labe illa infecti ordines nihilominus ſuſceperunt.

Sacerdotes & clerici cælo ministrant.

B De aliis vero qui in ſuſceptione ordinum non peccaverunt, præcipiendo ſtatuimus, ut ſacerdotes & clerici, ſive beneficiati ſint ſive non, qui a vitio luxuriæ debent eſſe penitus alieni, omnem illicitamdinem fugiant & continenter & honeſte vivant, prout ad ſacrum eorum miniſterium noſcitur pertinere, nec in domibus propriis vel alienis publice concubinas, unde ſcandalum oriatur, tenere præſumant; ſed eas a ſe prorſus expellant & longius faciant amoveri, niſi velint ſimul officio & beneficio contra hoc agendo privari.

VI.

Concubinæ ejiciendæ.

Monemtur quoque concubinæ ut recedant ab ipſis, quæ niſi commonitæ recedant ab eiſdem, poſt trinam commonitionem (quoniam abſtinentiæ eccleſia) ab eccleſia expellantur, nec admittantur ad eccleſiaſticæ ſacramenta, ſed ab actibus legitimis ut infantes repellantur.

VII.

Feminæ clericis ſe conjungendæ.

Quia etiam volentibus conſervare continentiam non eſt utnam habitare cum feminis, prohibemus ne laicorum vel clericorum in domibus ſuis ſint familas habeant, de quibus debeat ſiniſtra ſuſpicio ſuboriri.

VIII.

De peccatoribus qui alia peniteantiali.

Cum autem ſacerdos, ſi peccaverit, peccare facciat populum Domini, & ideo debeat ab omni ſornicatione immunda ſe continere, maxime a ſua penitentiali ſe continet: cuiens quod in deteſtationem illius rei dicitur in canone, ſic peccare poſſum nitentialem ſuum cognoſcentem, ſicut cognoſcentem a ſe baptizatum vel in baptiſmo ſuſceptam, pro quo peccato tenebantur causas quindecim annorum debetur penitentia, & poſtmodum detruſio in monaſterium.

IX.

Clerici in convivitia & ſe habentur.

Inhibemus, ne ſacerdotes vel quilibet clerici tabernas frequentent, vel publicis potationibus, aut ſpectaculis, aut ubi turpia & inhoneſta cantantur interſint. Sed ſi ad convivia fuerint ab honeſtis perſonis invitati, ibi ſine & ubique, ſobrie, modeſte, & honeſte ſe habeant; & poſt prandium ſobrie & cito recedant. Et ſi in eiſdem quibus intererunt convivitis inhoneſta vel turpia narrentur vel cantentur, ſi non poſſunt prohibere; ſaltem ita ſe gerant, ne videantur autem vel animum adhibere; & quia non ſolum luxuriam, ſed & ſuperbiam quæ omnibus eſt odium vitare eſt, & a qua omnis peccatio ſumſit initium, modis omnibus vitare debent & deteſtari, ſtatuentes adjungimus ut ipſi ſacerdotes & clerici quilibet habitum habeant huc ordinati competenter.

X.

Eorum habitus tonſura.

Non manicas aut ſotulares habeant laquestos vel roſtratos, nec faceredotes cappis utantur manicatis, nec ipſi faerdotes vel clerici comam nutriant; ſed ordinate circulariter & decenter ton-

A dcantur, & ita in omnibus ſe habeant, ne de ſuperbia vitio notari poſſint, qui aliis debent eſſe humilitatis exemplum.

XI.

Avaritiæ fugiant.

Volentes quoq; ab eiſdem peſtem avaritiæ extirpare, prohibemus ne turpia lucra ſectentur, & ne aliquam negotiationis ſpeciem audeant exercere.

XII.

Nullus quoque veſtrorum, ſecularem amminiſtrationem exerceat, ex qua cum oportet laïcæ perſonæ actus ſui reddere rationem.

XIII.

Non ſint advocati.

Nec advocati ſint faceredotes vel clerici in foro ſeculari, niſi cauſas proprias, vel cauſas miſerabilium profequatur perſonarum.

B XIV.

Nec vicinis exeroeat.

Provideant autem ſacerdotes parrochias regentes, de vicinis eccleſiis ſint dimoſi, recipiendo injuſte parrochianos earum. Sint autem ſecundum redituc & facultates ſuas hoſpitales, & erga pauperes non avari.

XV.

Confeſſio faciendum.

Nullus etiam ſacerdos poſt lapſum, antequam ſacerdoti pœnitens confiteatur, ad altare præſumat accedere celebraturus, ſi copiam habuerit ſacerdotis.

XVI.

Sacerdos non confeſſet.

Quilibet autem ſacerdos de confenſu domini ſui C epiſcopi vel epiſcopi ſuum habeat confeſſorem, ſorti. & in quolibet capitulo duo ſint confeſſores, quibus a domino archiepiſcopo vel epiſcopo conſtituatis, ejuſdem capituli ſacerdotes poſſint peccata confiteri. Si qua vero dubia fuerint, quæ per eos expedirinequeant, vel ſi quis de ſacerdotibus eis ob aliquam cauſam noluerit peccata ſua confiteri, ad principales pœnitentiarios domini archiepiſcopi vel epiſcopi recurrant. Si vero neutri eorum ſuum voluerit revelare peccatum, ad archiepiſcopum vel epiſcopum veniat, ut vel eis confiteatur, vel ab ipſo alias aſſignetur, cui velit & valeat confiteri.

XVII.

De diligentia circumſtantia.

Ad hæc, quia cum magna reverentia, devotione, & mundiſia tractanda ſunt eccleſiaſtica ſacramenta, & maxime ſacramentum redemtionis noſtræ, ſcilicet Corporis & Sanguinis Domini. Statuimus ut presbyteri circa ea que ad ſubſtantiam ſacramenti Corporis & Sanguinis Domini pertinent, ſint diligentes & intenti, proviſiri quod facultas illa mundi ſervande conſervetur, nec altera vi t. dies conſerventur hoſtiæ conſecratæ; ſed feptimana qualibet in die Dominica renoventur: ita quod poſt perceptionem Sanguinis Dominici reſervate hoſtiæ a miſſam celebrante ſumantur: habeaturque certitudo circa ipſam hoſtiam conſecratam, ut non ſumatur non conſecrata pro conſecrata, nec in celebratione miſſæ hoſtiam conſecratam parvam daturus ori ſuo ſacerdos admoveat, quia ante perceptionem, eam ore ſuo tangere non licebat. Si vero de patena, ſicut quidam faciunt, eam ſumat, poſt celebrationem miſſæ tam patena quam calicem faciat aqua perfundi, vel ſolum calicem, ſi eam non ſumat de patena, habeatque ſacerdos juxta altare pannum mundiſſimum alio panno undique circumdatum, & honeſte ac decenter coopertum, ſicut habetur in quibuſdam eccleſiis, quo poſt ſumtionem ſacramenti ſalutaris digitos cum labiis tergat ablutos; & ſi orinterius abſorbeat ſacerdos, non abjiciat abſolutionem, ſed deglutiat ipſam.

XVIII.

Duæ miſſæ eodo die.

Si vero faerdotes neceſſe habeat bis in una die celebrare, quod niſi die Nativitatis & Reſurrectionis Dominicæ, vel quando corpus aliquod in ec-cle-

ecclesia tumulandum; vel ulla evidens necessitas urgeat, fieri prohibemus, poſt primam celebrationem, & ſanguinis ſumtionem, nihil infundatur calici quod a celebrante ſumatur; ſed tantum poſt celebrationem ſubſequentem. Poſt primam vero celebrationem diligentiſſime abſorbeantur ſtillæ de calice, & quod fuerit digitis in calice ſuperfuſum, reſervetur in vaſe mundo ad id ſpecialiter deputato, & poſt ſecundæ miſſæ celebrationem, niſi forte in prima celebratione adfit diaconus vel alius miniſter honeſtus, qui loturam illam ſumere poſſit abſque conſcientiæ ſuæ læſione. In ſacramento autem Sanguinis Dominici major pars vini & modicum aquæ ponatur.

XIX.

Euchariſtia ægris quomodo diſtribuenda. His adjicimus, ut cum ad ægrum fuerit Euchariſtia deferenda, habeat ſacerdos alium pyxidem mundam & honeſtam, in qua ſit barſa lines mundiſſima & honeſta, & in ea deferat Corpus Dominicum ad ægrotos, linteo mundiſſimo ſuperpoſito, & lacerna præcedente, nisi æger valde remotus fuerit, & cruce ſimiliter, ſi fieri poteſt, niſi forte crux fuerit apud ægrum, præcedente quoque tintinabulo, ad cujus ſonitum reciteter vel devotio audientium. Habeat quoque ſacerdos ſemper ſecum orarium, quando cum Euchariſtia, ſicut diximus, vadit ad ægrum; & ſi æger remotus non fuerit, in ſuperpellicio ad ipſum accedat: habeatque vasa-genteum vel ſtannum, & ad hoc ſpecialiter deputatum, quod ſemper ſecum ad ægrum vadens deferat, ut in eo agro dare valeat poſt ſuſceptionem, ab eo Euchariſtiam ſuorum loturam digitorum.

XX.

Eccleſia ſit ſuperbis a pœnitis. Ad hoc præcipimus, ut qualibet eccleſia habeat calicem argenteum non aliter vitreum, aſtilis decentibus & honeſtis, ſindonem mundam & candidam amplitudinis congruentis, linteamina & alia ornamenta, quæ ad ſalutis officium ſpectant, honeſta, libros ad pſallendum & legendum idoneos, & ſacerdotalia ornamenta & veſtimenta ſufficientia pariter & honeſta, & qui miniſtrant ſacerdoti in altaris ſuperpelliciis induantur.

XXI.

Canon. Præcipimus autem quod omnes habeant canonem miſſæ ſecundum conſuetudinem eccleſiæ cotrectum, & ut verba canonis in miſſa rotunde dicantur & diſtincte.

XXII.

Vote dilucide dicenda. Similiter & omnes hore & omnia officia aperte & diſtincte dicantur: ita quod in feſtinatione nimia nec præcidantur, nec ſyncopentur. Quod ſi obſervatum non fuerit; ſacerdotes hoc non obſervantes ulque ad condignam ſatisfactionem ſuſpendantur.

XXIII.

Sacra ſolo tactu non tendenda. Ad hoc prohibemus, ne calices eccleſiarum vel vaſa altaris, ſeu veſtes vel libri eccleſiaſtici vel etiam tentoria eccleſiaſtica vendantur vel pignori obligentur, nec aliquo modo alienentur ab eccleſiis, niſi in caſibus conceſſis, & de licentia domini archiepiſcopi vel epiſcopi, forma canonica obſervata. Si vero ſecus actum fuerit, irriterur.

XXIV.

Eccleſiæ etiam vel altaria citra conſentiam dominiarchiepiſcopi vel epiſcopi vel officialis ſui ad ſirmam alicui non tradanturnec laici eas vel qualcunque decimas ad firmam ulque annos tencant.

XXV.

Pendones. Statuimus etiam ut penſiones eccleſiarum veteres ſine aſſenſu noſtro non augeantur, nec novæ imponantur eiſdem. Si qua vero contra hoc ſtatutum fuerint, penſiones ita primum ſtatum auctoritate noſtra noverint reducendas, & ſic propter hoc ne-

A hilominus pœna canonica puniendos.

XXVI.

Ad hæc prohibemus diſtrictius, ne ſacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non conſtat, ad diuinarum celebrationem deſerviendo eccleſiis non admittantur, niſi de licentia noſtra, cum per litteras teſtimoniales vel teſtimonium virorum bonorum de eorum ordinatione fuerit ſufficienter fides facta.

Sacerdotes ignoti non admittendi.

XXVII.

Monemur autem noſtros rectores eccleſiarum in capellanos annuales ſine cauſa rationabili audeant amovere.

Capellani annuales.

XXVIII.

Similiter prohibemus, ne excommunicatum aliquem vel interdictis ecclesiaſticum laicum in præjudicium proprii ſacerdotis vel ad ſepulturam vel ad communionem Euchariſtiæ clericus aliquis ſacerdos admittat, & præcipue in ſolemnitate paſchali.

Excommunicati vitandi.

XXIX.

B Prohibemus etiam, ne annualibus vel trienualibus vel ſeptennalibus miſſarum faciendis laici vel clerici dare aliquid vel legare in teſtamento cogantur, & ne ſuper his aliqua pactio vel exactio vera vel ſub aliqua ſpecie palliata a ſacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat, & ne ſuperflua multitudine talium annualium ſe oneret ſacerdos, ad quæ exequenda honeſte ſufficere non poſſent, & propter quæ oporteat eos ſub certo pretio habere conductos ſacerdotes, vel ea aliis remittere faciendа.

Facilia pro annualibus vetita.

XXX.

Prohibemus quoque ne quis ſacerdos ſine mandato ſuperioris aut ejus qui in parrochia curam animarum habet, confeſſiones audiat, omiſſis propriis ſacerdotibus vel contentis, niſi in articulo neceſſitatis.

Confeſſi

XXXI.

De baptiſmate vero & pœnitentia præcipimus, quod diaconi pœnitentias dare vel baptizare non præſumant, niſi in duplici neceſſitate, videlicet ea quia ſacerdos non poteſt, vel abſens eſt, vel ſtulte non vult, & mors imminet puero vel ægroto.

Baptizet & pœnitentias non det.

XXXII.

Parrisi

Si vero infiante mortis periculo puer baptizatur a laico, quod fieri poteſt in neceſſitate a patre vel a matre abſque matrimonii præjudicio, ſequentia immeriionem per ſacerdotem impleantur.

XXXIII.

In baptiſmo vero maris duo mares & una femina ſuſcipiant baptizatum: a duabus vero feminis, & uno mare ſemina ſuſcipiatur in baptiſmo.

Baptiſmi ritus.

XXXIV.

Baptiſterium autem habeatur in qualibet eccleſia baptiſmali lapideum vel aliud competens,quod decenter operiatur & reverenter conſervetur: ita quod in alios uſus non convertatur. Si vero puer qui credidur mortuus, domi fuerit cum feſtinatione, ut contingere ſolet, baptizatus, aqua propter reverentiam baptiſmi vel fundatur in ignem. vel ad eccleſiam in baptiſterio deferatur.

Baptiſterii ſub altare.

XXXV.

Si vero contingat, pueros cum ſale expoſitos invenire, baptizentur. Si vero ſine ſale expoſiti invenianrur, & utrum baptizati fuerint dubitetur, baptizentur: ita tamen quod ante prolationem illorum verborum, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, quæ ſola ſunt de ſubſtantia baptiſmi, & ſola debent cum intentione baptizandi proferri; hæc a baptizato vere dicantur nominante baptizandum & dicente, *Ego non intendo te rebaptizare, ſed ſi baptizatus non es, ego baptizo te &c.*

Si-

Confirmatio. XXXVI.

C Similiter in confirmatione, ſi dubitetur, conferatur, quod dici non debet iteratum, quod neſcitur fuiſſe collatum.

Oratio dominica & ſymbolum. XXXVII.

Quia quilibet chriſtianus adultus dominicam orationem, ſcilicet *Pater noſter*, & ſymbolum apoſtolorum, ſcilicet *Credo in Deum* ſcire debet, præcipimus quod quilibet ſacerdos parrochianos ſuos ut hoc addiſcant ſtudeant ammonere.

Oratio in eccleſia. XXXVIII.

Commonet etiam quilibet ſacerdos parrochianos ſuos, ut in eccleſia orationibus vacent, non clamoribus vel vanis proclamationibus.

Pueri ante annum coniugati. XXXIX.

Feminæ etiam moneantur, ut pueros ſuos caute D ataut, & juxta ſe de nocte non collocent teneros, de opprimantur, & cum eis ad baptiſmum feſtinent & ad confirmationem. Quibus etiam publice proponatur in eccleſia, quod niſi infra annum puer fuerit confirmatus, tam pater quam mater poſt annum ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendatur.

XL.

Si quis autem cum ſit pubes non fuerit confirmatus, ipſe etiam cum patre & matre ab ingreſſu eccleſiæ ſuſpendatur, donec confirmetur.

XLI.

Inſtruat quilibet ſacerdos parrochianos ſuos ſuos ſuorum verborum baptizandi, & quando ea dicere debeant, ſcilicet in matrimonio contrahendo, & quid agere debeant in confirmatione & poſt confirmationem.

De matrimonio clandeſtino contrahendo.

In parochia non quæ debet ſervanda. XLII.

Præcipimus autem ſacerdotibus & aliis ſubditis noſtris ſequentes, ut ſacerdotes in pœnitentia danda diligenter attendant qualitatem ſcilicet perſonæ, & quantitatem delicti, tempus, locum, cauſam, modum in peccato factum, devotionem animi pœnitentis, & ut pœnitentia talis uxori injungatur, undene reddatur marito ſuo ſuſpecta de aliquo occulto crimine & enormi. Idem de marito obſervetur.

XLIII.

Non injungatur laicis in pœnitentia quod miſſas celebrari faciant pro ſuorum remiſſione peccatorum.

XLIV.

Confeſſiones autem mulierum audiantur in proprio patulo, aliquantum ad viſum hominum, non E quantum ad auditum.

Confeſſa quadrageſimale, coram ſacerdote ſuo. XLV.

Moneantur laici ſtatim in principio quadrageſimæ, vel pluries in anno cito poſt feſtum confeſſori, & ut ter in anno, ſcilicet in Paſcha, Natali, Pentecoſte communicent: prius tamen præparari per aliquantulum abſtinentiam de conſilio ſacerdotis faciendam per confeſſionem.

Baptiſmi ritus.

XLVI.

In confeſſionibus vero non nimis perſpiciatur ſcrutentur plebem ſuam ſacerdotes. Non ſimiſtas-cite aut negligenter patrinoſcant. Moneantur autem laici, quod reverenter ſe habeant in confeſſatione Euchariſtiæ, & ſteſtant genu, maxime tempore quando poſt elevationem hoſtia ſacra dimittitur.

Parrochianis autem, ne communio Euchariſtiæ detur fecero impuniteni, cum publice & inſtanter petenti danda ſit, niſi publicum ſit ipſius pœnitentiæ delictum.

Decima. XLVII.

Decimas autem de omnibus quæ per annum renovantur dandas decreuimus: ita ut occaſione mercedis ſervientium vel meſſorum eccleſiæ decima parte non fruſtretur. Detentores vero decimarum ſi ſemel, ſecundo & tertio commoniti ecclesiam ſuam non emendaverint, uſque ad ſatisfa-

A ctionem congruam anathematis vinculo feriantur. Cum autem hi, qui decimas detinuerunt vel ſuriripuerunt, ad pœnitentiam accellerint, non admittantur, niſi per ſe vel per manum ſacerdotis ei, cui decimæ debentur, ſatisfecerint competenter.

Excommunicatio pecuniis. XLIX.

Excommunicatio non paſſim & abſque delectu faciat: ſed præmiſſa canonica admonitione. Singulis autem annis in tribus ſolemnibus feſtivitatibus, ſcilicet die Natalis, die Pentecoſtes, die Aſſumptionis B. Mariæ excommunicentur in genere ſolemniter ſortilegi, veſtes perjuri ſuper ſacroſanctis, incendiarii, uſurarii, raptores publici, maleficæ impedimentes executionem rationabilium teſtamentorum, & generaliter decimarum detentores: ita quod veſtes qui ſcienter peperant ſuper ſacroſanctis, propter lucrum vel damnum aliorum nec eis aliqua pœnitentia injungatur, niſi ab archiepiſcopo vel epiſcopo vel ejus auctoritate, operet quam in mortis articulo; & tunc injungatur eiſdem, ut ex quo convaluerint, adeant dominum archiepiſcopum vel epiſcopum, penitentiam ab eo accepturi.

L.

Inhibetur etiam omnibus, ne in pignus, ubi nihil de forte minuitur retinent, ſuppoſitum de fruſtibus ſortem ſuperexcrescent, deductis expenſis.

LI.

Adhuc prohibemus ne ſine litteris noſtris ad ſedem electum electos ſuos publicandos aliquis admittat, C nec prædicator: nec, ſi cum litteris noſtris aliquis primitus advenerit ad prædicandum, admittatur, niſi litteræ noſtræ nomen ejus exprimant, Sceprofeſſe continentes quod ei dederimus licentiam prædicandi,

LII.

Præcipimus autem quod ne neceſſitatem pro qua adveneritbene poterit populo demonſtrare, litteræ prædicandi licentiam non habeat, dum tamen litteris noſtris, ut diximus, ſit munitus.

LIII.

Volumus autem ut ſacerdos eccleſiæ in qua prædicatur pecuniam collectam accipiat, & ſalvo cuſtodiat ſub duorum virorum teſtimonio fide diligenorum, quo uſque de mandato noſtro vel epiſcopi noſtri illi loco ad quem facta eſt collectio, conferatur.

LIV.

Prohibemus autem, ne pro juſtitia facienda differenda, vel accelerenda aliquid accipiatur; Juſtitia ſine pecunia facienda. & ne pro aliquo ſpirituali aliquid ex pactione promittatur, detur, vel accipiatur. Quod ſi fiat, tam dans, quam accipiens, ſententia excommunicationis ſe noverit innodatum.

LV.

Ad hæc prohibemus ne vir contrahat cum aliqua conſanguinea olim uxoris ſuæ. Similiter nec uxor mortuo. cum aliquo conſanguineo quondam viri ſui, nec ſuſcepto in baptiſmo conſentiat cum ſua baptizante vel ſuſcipientis ante vel poſt genita, nec contrahatur matrimonium inter perſonas incognitas, nec ſine trina denunciatione in eccleſia publicata, nec clandeſtina contrahantur matrimonia; ſed publice in facie eccleſiæ & præſente ſacerdote: Si vero locus ſpecialis vel, non admittatur in ecclesia, niſi de ſpecialis auctoritate domini archiepiſcopi vel epiſcopi.

LVI.

Sacerdos autem qui contra ſtatuti hujus noſtri formam aliquos matrimonio copulaverit, vel ab omni officio ſuſpendatur, nec relaxetur, niſi de ſpeciali mandato noſtro.

LVII.

Prohibet autem quilibet ſacerdos publice omnibus Maximonium clandeſtinum.

nibus de parrochis, sua ne clanculo fidem præstent de matrimonio contrahendo, sed publice coram testibus idoneis, qui fidem præstitum valeant, si necesse fuerit, comprobare; proponatque eis præmonendo quod sibi præcaveant: quia si talem fidem cum alia copula subsequatur, ecclesia pro matrimonio hoc habebit, & facilet tanquam matrimonium observari.

LVIII.

Diffinasi fama publica vel veritimilibus indiciis super crimine aliquo, de quo vinci non possint, moneantur semel, secundo & tertio, ut confiteantur & satisfaciant. Si vero incorrecti in negatione perstiterint, indicatur eis purgatio, quæ occasione captandæ pecuniæ de die in diem differatur: sed ftatim primo die, si parata fuerit, recipiatur, & canonicum numerum non excedat.

LIX.

Archidiaconus seu officialis vel decanus contra hoc ftatutum veniens se noverit ab officio suspendendum, nec sine speciali auctoritate domini archiepiscopi vel episcopi relaxandum.

LX.

Ipsulæ. Moneat quoque quilibet sacerdos inclusum, si habeat in parrochia sua, ne mulierculam aliquam recipiat in hospitio de nocte.

LXI.

Mercata fidem ab- Prohibeat autem quilibet sacerdos parrochianis fatis sub interminatione anathematis, ne diebus dominicis mercata frequentent, dimissis ecclesiis suis, apud quas debent convenire, maxime diebus illis, & orationi intendere, ne officium ecclesiasticum & verbum Dei audire. Hoc faciant aliquo die in septimana, nisi rationabile cum magnis fuit festinationibus feriarum.

LXII.

De parrochis non præmonendis. Commoneat sacerdos quilibet mulieres prægnantes parrochix suæ, ut cum tempus partus sui sibi instare intelligunt, sibi provideant, quod B aptum promtum habeant & paratum, & hoc propter imminens pueri periculum: & loquantur cum sacerdote de confessione, ne subito præoccupante non possint, cum voluerint habere copiam sacerdotis.

LXIII.

Laici in ecclesiis. Ad hæc prohibemus ne chorea vel turpes & inhonesti ludi qui ad lasciviam invitent, in cimiteriis vel ecclesiis agantur, & ne ibi tractentur causæ secvulares ex consuetudine, & maxime tales in quibus agatur de judicio sanguinis.

LXIV.

Prohibemus quoque ne denunciatus excommunicatus ftat in ecclesiis, vel per sacerdotem extra.

CONCILIUM INCERTI LOCI.

Ex MS. Corbejensi.

De baptismo. I.

BAptismus cum reverentia & honore celebretur, & cum magna cautela maxime in distinctione verborum & prolatione, in quibus tota virtus consistit sacramenti & salus puerorum, scilicet *N. Ego baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-Sancti. Amen.* Et in Romano sub hac eadem forma doceant frequenter laicos debere baptizare pueros in necessitate, etiam mulieres, patrem & matrem pueri, in summa necessitate.

II.

Pro baptismo nihil omnino exigatur, scilicet si quid offertur, gratis accipiatur. Fontes sub fera cleris custodiantur propter fortilegia. Chrisma & sanctum oleum sub clave serventur. Semper sacerdos interroget diligenter laicum discrete & modo debito baptisaste & formam verborum in Romano integre protuliste approbet factum: sin autem rebaptizet puerum. Ad elevandum puerum de fonte tres ad plus recipiantur: quod enim amplius est, a malo est.

III.

De Confirmatione. Sacerdotes frequenter moneantur populum ad commotionem puerorum. Post baptismum etiam debite fuleipi sacramentum confirmationis. Quod si confirmandus adultus fuerit, confiteatur prius & postea confirmetur. Sæpe dicatur laicis ne expectent diu ad confirmandum ad eventum episcopi: sed ducant pueros ad eum ubi adesse audierint prope, & quod pallim nomina mutari pueris, si velint, in confirmatione.

IV.

Nullus sacerdos confirmare aut consecrare virgines præsumat, nisi solus ex episcopi confirmare, virginesque velare, ecclesias dedicare, ordines dare.

V.

Altaria. Summa diligentia & bono animo sacrisalcatoribus exhibeatur & studiose ad sanctorum Corpus Domini seruandum & celebrandum.

Altaria libenter emundare. Linteamina altaris & tabernacula sæpe ablua-

C tur ad reverentiam & præsentiam Salvatoris nostri & totius curiæ cælestis, quæ cum eo præsens adest quotiens missa celebratur.

VI.

Calices unde infirmi communicantur decorentur, & mundi custodiantur, ut devotius communicent infirmi.

VIII.

Ampullæ vini & aquæ & cetera in ministerio altaris mundæ & integra habeantur. Similiter & ampullæ chrismatis & olei sancti.

IX.

Non permittant sacerdotes, diaconos deferre infirmis sanctum Corpus Domini, nisi in necessitate, cum sacerdotes absens fuerit: sed sacerdotes cum magna reverentia ferant & celebritate, in pixide D ebumea bene clausa propter casum, & cum luterna præcedente, cantatos psalmos pœnitentiales cum letania pro infirmo in eundo & redeundo. Quod si via longa fuerit, addant xv. psalmos & alias orationes. Sic enim debitum perfolvunt infirmo, & audientes invitant ad exhibendam Deo reverentiam & orationem.

X.

Frequenter moneatur laici, ut ubicunque viderint deferri Corpus Christi, ftatim genua ftectant tanquam Domino & Creatori suo, & junctis manibus, quousque tranfierit, oreat.

XI.

In pulchriori parte altaris cum summa diligen- E tia & honestate sub clave si fieri potest sanctum Corpus Domini custodiatur.

XII.

Nulli clerico permittatur servire altari nisi in superpellicio aut cappa clausa.

XIII.

Nullus bis in die missam audeat celebrare, aut De missis. cum duplici introitu, nisi in magna necessitate.

XIV.

Nullus antequam matutinas diserit canonicas & primam, præsertim sine aliqua necessitate celebrare missam.

Ad

Mors Beatæ Mariæ. XV.

Ad hora béatæ Mariæ semper dicatur versus, *Scilicet Maria mater gratiæ*, & cantentur in ecclesia cum nota & devotione, non infurgendo & calciando.

XVI.

De confessionibus. Sacerdotes circa confessionem maximam adhibeant curam & cautelam, scilicet ut diligenter inquirant peccata ultima figillatim, manifesta autem non nisi a longe per aliquam circumstantiam, sic tamen ut expertis detur materia confitendi.

XVII.

Ad audiendam confessionem communiorem locum in ecclesia sibi eligant sacerdotes, ut communiter ab omnibus videri possint, & non in locis abditis aut extra ecclesiam nullus recipiat confessionem, nisi in magna necessitate vel infirmitate.

XVIII.

In confessione habeat sacerdos vultum humilem & ocalos ad terram, nec faciem respiciat continentis maxime mulieris, causa debite honestatis. Compatienter audiat quæ dixerit in spiritu lenitatis, & ei pro posse suo pluribus modis persuadeat ut confiteatur integre; aliter enim dicat nil valere.

XIX.

Casus reservati. Sacerdotes majora reservent majori in confessione, scut homicidia, sacrilegia, peccata contra naturam, incestus & stupra virginum, injectiones manuum in parentes, vota fracta, & hujusmodi. Sunt autem tria in quibus nullus habet potestatem absolvendi, nisi dominus papa vel ejus vicarius, scilicet injectio manuum in clericos vel quoscumque religiosos, incendia, simonia. Nibilominus tamen talium rei remittendi sunt ad episcopum.

XX.

Audita confessione semper confessor interroget confitentem, si velit abstinere ab omni mortali, aliter enim non absolvat, nec injungat pœnitentiam, nec inde confulat, sed moneat ut interim agat quicquid boni poteft, ut Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.

Pœnitentia spatio congrua. XXI.

Injungendis parvis pœnitentiis sibi caveant sacerdotes: secundum enim quantitatem culpæ & poffibilitatem confitentis debet esse quantitas pœnitentiæ: alioquin quod minus eft, requiretur ab eis in futuro.

XXII.

Usura, rapina, fraude sibi caveant sacerdotes, ne alias injungant pœnitentias, scilicet missarum, elemosynarum, & hujusmodi, priusquam reddiderint. Non enim dimittitur tale peccatum, nisi restituatur ablatum.

XXIII.

Nullus missas quas injunxerit celebret, scilicet trecentarium nec annuale, & pro vivis nullum fiat E trecentarium vel annuale.

XXIV.

Frequenter moneant presbyteri ad confessionem, & præcipue ab initio quadragesimæ instanter præcipiant venire generaliter ad confessionem.

XXV.

In confessione caveant sibi confessores, ne inquirant nomina personarum cum quibus peccaverint confitentes, sed circumstantias tantum & qualitates.

XXVI.

Nullus ira vel odio vel etiam meu mortis in aliquo audeat revelare confessionem signo vel verbo generaliter vel specialiter, ut dicendo: ego *Conc. General.* Tom. XIII.

a scio quales estis, & si revelaverit, ab sque misericordia debet degradari.

XXVII.

Jejunia accipiat. Omnes presbyteri præcipiant institua jejunia servari, ut jejunium quadragesimæ, quatuor temporum, vigiliarum, festæ feriæ absque omni peccato: ex debito enim tenemur facere talia jejunia.

XXVIII.

De matrimonio. Matrimonium cum honore & reverentia celebretur, & in facie ecclesiæ, non cum risu & joco se, ne contemnatur: & antequam fiat semper in tribus dominicis aut tribus festivis diebus a dedicatione loci, quasi tribus edictis, perquirat sacerdos a populo ubi puella excommunicationis de legitimitate fponsi & fponsæ qui debent conjungi, & ante fidem datam de contrahendo, & ante hoc tria edicta nullus audeat matrimonium celebrare.

XXIX.

Prohibeant frequenter laicis presbyteri, ne dent fibi fidem matuo de contrahendo, nisi coram facerdote, & in loco celebri, fed ante januas ecclesiæ & coram pluribus. Semper in nuptiis prohibeantur fortilegia fieri, maleficí quoque, & celantes conlanguinitatem, & alia impedimenta matrimonii. Votum, ordinem, conlanguinitatem, affinitatem, disparem cultum, compatertatem, quæ tantum quatuor a matrimonio excludit personas, compatrem, commatrem, filiolum & fratrem, & sororem fuam fpiritualem, scilicet filium & filiam patrini.

XXX.

Nullus sacerdos in casu dubio audeat perficere matrimonium inconsulto episcopo; sed ad eum semper referat omnes matrimonii dubitetates.

XXXI.

Prohibetur districte sub pœna fuspenfionis, ne ullus sacerdos aut capellanus exigat aliquid ante benedictionem nuptialem, sive pro teftimonio ferendo, sive pro matrimonio celebrando, occasione ferculorum quæ debentur pro nuptiis. Celebrato autem matrimonio, recipiant fercula fua, & exigat si fuerit necesse. Prohibeant facerdotes in ecclesia publice sub excommunicatione ne alter D conjugum traofeat ad religionem, aut recipiatur, nisi per episcopum aut archidiaconum.

XXXII.

De Exercitu in Ultramontes. Cum reverentia deferatur oleum sanctum ad infirmos, & eos ungant sacerdotes cum magno honore & sanctarum orationum cetu, quæ ad hoc fine ordinatæ: & nihil inde penitus exigatur, sive a paupere, sive a divite: sed si quid gratis datum fuerit, gratis accipiatur.

XXXIII.

Ad sacramentum extremæ unctionis moneant sæpe populum facerdotes non tantum divites & fenes: sed pauperes & juvenes, omnes maxime a ... antis & supra, & ad omnes communiter separatos & conjugatos, si fuerit necesse. a. p. 311.15

XXXIV.

Doceant frequenter facerdotes populum, hoc sacramentum posse licite iterari, & sæpe recipi, scilicet in qualibet magna infirmitate inde metus mortis eft; & poft fuscipiam, licite reverti ad opus conjugale cum qui convaluerit ab infirmitate.

XXXV.

Librum qui dicitur manuale habeant singuli Rituale; presbyteri parochiales, ubi continetur ordo leritii extremæ unctionis, catechismi, & baptismi & hujusmodi. Habeant etiam singuli canones pœnitentiales, & ordinarium officium ecclesiæ fecundum usum qui observatur in majori ecclesia.

XXXVI.

Prohiberot facerdotibus, ne teſtamenta ſua ordinent per manum laicalem : & ipſi frequenter prohibeant laicis, ne ſua teſtamenta faciant ſine preſentia ſacerdotis.

XXXVII.

Præcipitur ſacerdotibus, ut omnes reditus & poſſeſſiones eccleſiæ ſcribant in miſſalibus ſuis; & prohibetur penitus presbyteris & parrochianis, ne de his quæ ſunt eccleſiæ aut presbyteri alienent ab eccleſia, niſi per conſilium epiſcopi vel archidiaconi.

XXXVIII.

Prohibetur diſtrictè ne pro interragio corpus ſepulti defertur, ſed poſt ſepulturam ſi quid datum fuerit in eleemoſynam recipiatur.

XXXIX.

Quicumque de novo ædificaverit in cimiterio excommunicetur.

Tribus diebus continuis vocetur excommunicandus, & niſi ad juſtitiam ſe obtulerit, & fidem dederit quod veniet ad dictum ſibi aſſignatum, & diem adverſatio nunciaverit, excommunicetur; & excommunicatus nullo modo abſolvatur, niſi a majore, præterquam in articulo mortis : & tunc tantum data cautione quod ſtabit judicio Eccleſiæ.

XL.

Presbyteri ſuper citationibus & vocationibus faciendis credant hîc qui dederint fidem : ſed ſuper excommunicationibus ferendis non credent hîc literis. Sententias autem ferant, latas dirè. Et ſeverent : ut ſententiæ citius deficiant, nemini parcente timore aut amore.

XLI.

Mortuus in partu ſcindatur, ſi infans creditur vivere, ſi bene conſtiterit de earum morte.

XLII.

Sacerdotes audito parrochianorum ſuorum obitu, ſtatim abſolvant eos cum pſalmis pro defunctis & collecta.

XLIII.

Item prohibetur, ne hinc reſignationes eccleſiarum in manu abbatum fiant, quorumlibet patronatum ; ſed in manu epiſcopi vel prælati ſui.

XLIV.

Non permittant prædicatores celebrare D de nova aqua, & inunctipatur canon a ſacerdote. in aliquibus locis ſuper cimiteria, niſi tantum deferant brevia, & ſacerdotes pro eis loquantur.

XLV.

Exhortentur populum ſæpe presbyteri ad diſcendum dominicam orationem, & *Credo in Deum*, & ſalutationem beatæ Virginis.

XLVI.

Moneant ſæpe populum & maxime mulieres ne faciant vota ſua, niſi cum magna deliberatione, & aſſenſu virorum & ſacerdotum.

XLVII.

Nullus ſacerdos vel capellanus teneat in domo ſua aliquo occaſione mulierem, niſi ſit mater aut ſoror.

XLVIII.

Prohibetur penitus univerſis ſacerdotibus ludere cum dextis, & intereſſe ſpectaculis, vel chorizis aſſidere, interare tabernas cauſa potandi : & ſine amicita & comite clerico & laico intrare domos alienas ; aut diſcurrere per vicos & plateas, & ne ad ſ[illegible] habeant cappas * alatas & veſtes inordinatas omnino prohibemus.

XLIX.

Nullus clericus ſiſ[illegible]beat Judæo vel ſcriptoribus, nec obligetpro pignore aliquo modo omnenta eccleſiæ vel libros judæo.

LI.

Nullus recipiatur ad prædicandum, niſi ſit authentica perſona, vel ab epiſcopo vel archidiacono miſſus.

LII.

Nullus clericus faciat juſjurandum patronis, antequam fuerit epiſcopo præſentatus.

LIII.

Chriſmatis puerorum baptizatorum, & faſciæ confirmatorum crementur, vel abſcondantur in terra in eccleſia vel in atrio, & cineres ſimiliter.

LIV.

Si de veſtimentis ſacerdotalibus & lineis altaris aliquid inveteratum, vel diſruptum fuerit, vel putreſſum fuerit, ſimiliter fiat : quia non licet de prædictis aliquid in uſus ſeculares converti.

LV.

Si de chriſmate vel de oleo ſanctio in terra vel ſuper lapidem vel ſuper ligneum ceciderit, locus radatur & reponatur ibi fontibus vel in piſcina. Si ſuper pannum, cecidetis, abſcindatur pannus, & ſub fontibus reponatur.

LVI.

Singuli anuis in ſabbato paſchæ mundentur vaſa chriſmatis & oleiſacri; & ſi fractum vas fuerit, reponantur fracturæ & reliquum chriſmatis & oleiſanctiſub fontibus vel in piſcina.

LVII.

Providenat ſacerdotes ne infundant in calice vinum nili puram & defecatum. Si autem poſt perceptionem remanſerit aliquid feces, diligenter abluant vino & aqua, donec totum abſorbeatur.

LVIII.

Terſoria calicum, ſi fuerint inveterata & offuſcata, cremeutur in piſcina, & apponantur nova.

LIX.

Si in calice aliquid immondum lapſum fuerit ante conſecrationem, ſcilicet capillus, muſca, aranea, vel aliquid quod nauſeam provocet, reſundatur in piſcinam & infundatur novum vinum

Si autem poſt conſecrationem, impleat officium : tamen non abſorbeat ea quæ nauſeam provocant ; ſed abluat diligenter in calice & abſorbeat lotura, capillum, muſcam, & araneam cremet in piſcina.

LX.

Si ſacerdos oblitus fuerit, miniſtrare panem & vinum vel aquam vel alterum eorum ; quando compertus fuerit, ea quæ miniſtraverit reponat, & de novo miniſtret ea quæ oportet & reiociptat canonem a capite, quia non licet verba canonis bis dicere ſuper appoſita.

LXI.

Si ſuper lineamina aliquid vini vel aquæ ſtillaverit, extrahatur altari humectatio : ut non remaneat ſuper altare ad conſecrationem, donec deſiccatum fuerit.

LXII.

Si poſt conſecrationem aliquid de calice ſtillaverit ſuper corporalia vel alia lineamina altaris, corporalia & illud quod humectatum fuerit abſcindantur & etiam ſapis altaris diligenter radatur, & omnia abſciſſa in ſacrario reponantur. Sacerdos cui hoc acciderit gravi pœnitentiæ ſubdatur, & omnes miniſtri qui interfuerint & omnes circumſtantes quibus notum fuerit, correctioni ſubjaceant, ad arbitrium ſui ordinarii.

CON-

Anno Christi 1201.

CONCILIUM SUESSIONENSE,

Anno Christi 1201.

MENSE MARTIO ANN. DOM. MCCI.

Ab Octaviano & Joanne legatis apoſtolicis celebratum, de matrimonio Philippi Auguſti cum Ingeburge.

Lecta ſex menſium ſpatio quod à legatis aſſignatum A *ſuperiore concilio vidimus, Sueſſionenſe concilium habitum eſt. De gratiſ. Ricordus.* Convocatum eſt Concilium Sueſſionis ab Octaviano, & Joanne de S. Paulo presbytero cardinali, apoſtolicæ ſedis legatis. Cui interfuit Philippus rex cum archiepiſcopis, epiſcopis, & totius regni principibus, menſe Aprili, ubi tractatum fuit per xv. dies de matrimonio Ingeburgis regine confirmando, vel ſeparando. Poſt varias & multas diſputationes juriſperitorum, rex longa mora tædio affectus, relictis ibi cardinalibus & epiſcopis, cum Ingeburge uxore ſua ſummo mane ipſis inſalutatis receſſit : mandans illis per nuncios ſuos, quod uxo- B rem ſuam ſecum ducebat ſecut ſuam, net ſeparari tunc ab ea vellebat. Quo audito ſolutum eſt concilium, ſtupefactis cardinalibus & epiſcopis, qui ad diviſorium faciendum convenerant. Et tunc Joannes de S. Paulo omnia eraſtinatia penitus recellit. Octavianus autem in Francia remanſit. Et ſic Philippus hac vice manus Romanorum evaſit. *Eadem fere, ſed minus copioſe narrantur in geſtis Innocentii.*

Regerius vero multo amplius & explicatius. Cum enim Ricordus, & Innocentii geſta, concilium ab Octaviano & Joanne legato habitum dicant, periode quaſi uterque ſumpſerit ſuæ adſtruſtus : ipſe docet Octavianum initio C *ſolum interfuiſſe ante Joannis adventum.* Eodem, *inquit*, anno MCCI. in medio quadrageſimæ, menſe Martio, Philippus rex Franciæ, & Botildis regina uxor ejus, convenerunt cum partibus ſuis apud Seſſons coram Octaviano Oſtienſi epiſcopo, a domino papa Innocentio, judice delegato. Ex parte vero prædictæ regine interfuerunt ibi epiſcopi, & alii honeſti viri, & diſcreti, miſſi a Cnut rege Dacorum "frater prædictæ regine: & unus Norwegiæ, & Joannes, qui de Sueſſionica, cum innumera cleri & populi multitudine convenerunt : ut de regis & regine diverſio, certum & juſtum, juxta Innocentii papæ præceptum, agitarent judicium. Sed quia Joannes card. S. Pauli monachus noſtri ordinis, nondum advenerat, cui hanc cauſa principaliter ab Apoſtolico commiſſa fuerat, colloquium protaſtari uſque ad adventum ejus. Qui adveniens, menſe Majo, cum magno, in prædicta Sueſſionenſi urbe, a rege, archiepiſcopis, & epiſcopis, in eccleſia Sa. mart. Gervaſii & Protaſii, excipitur gaudio : cui obtata ſunt muncra a rege, fed ille juſtus munus ſuus excuſſit ab ejus munere. Ad colloquium convenimus : res vallatas & armatus multitudine advocatorum, qui cauſam ſuam pro ſuo velle perorarent, ageſſit regina vero ſola, proh dolor! nullum præter Deum habens advocatum venit. Cumq; in tanta multitudine nullus eſſet, qui pro ea, metu regis, litigaret : quidam ignotus perclericus, ſurgens e medio, cum licentia regis & cardinalium, cauſam reginæ ita litteratiſſime dilucidavit, ut ipſi regi & cardinalibus, omnibuſque epiſcopis fieret admiratioui. Qui poſt, nec ante, in eadem civitate, a nullo dicitur viſus fuiſſe. Rex vero non exſpectato, ſecundum decreta ſanctorum patrum, eccleſaſtico judicio, receſſit a colloquio. Cardinales etiam & epiſcopi expreſſi ſont ad proptia, cauſſa nondum terminata.

Contil. Generat. Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1201.

C. 6. Apriti habitum narrat hoc concilium Rigardus A confessis cum gestis Innocentii in quibus se habetur: *Et licet non plures & majores adsint, non tamen desunt, qui propter Deum scribam fuerunt laturi pleni negotio.* Neque contra pugnat Rigardus, dum ait adhuc episcopos, aliosque, missos a Canuto Danorum rege, qui regnum eadem tuerentur. Illi enim discrimen inter Joannis adventum, coram quo ignorum illum electum regis ne causam egisse refert Aquicinctinus.

ANNO CHRISTI 1201.

CONCILIUM PARISIENSE,

IN QUO EURAUDUS HÆRETICUS CONDEMNATUR.

ANNO Domini MCCI. *ingruit Robertus S. Mariani monachus*, Euraudus styles, quem Henricus Nivernensis comes, a quo illicite detinebatur in urbem Sancti vexatus admodum, oppellit, quemque minorum, hæresis illius, quam Bulgaricum vocant, coram legato arguitur, & dies ei præfigitur de objecta hæresi purgandi. Legatus Parisius concilium convocat, in quo absentibus cum legato archiepiscopis, & episcopis regni, Parisiensibusque magistris, Euraudus fautores; & multis contra eum testimoniis testibus B que productis, maximeque Hugone Autissiodorensi præsule argentius insistente, hæreticus ille convincitur, & expulso, ac illicite damnato, quæ sua fuerant, per Dominum Nivernensem fuerunt interdicta, ne quis ei quidquam subtraheret. Illi enim discessionem inter Joannis adventum, coram quo ignorum illum electum regis ne causam egisse refert Aquicinctinus.

CONCILIUM PERTHUSANUM

IN SCOTIA PRO ECCLESIASTICORUM MORIBUS REFORMANDIS.

ANNO Domini MCCI. *Thomas Dempsterus lib. VI. hist. Scot. ad hunc annum*, Joannes, *inquit*, S. R. E. cardinalis S. Stephani de Monte Cœlio, legatus a latere per Scotiam & Hiberniam, indicto Perthum concilio dierum quatuor, mores ecclesiasticorum reformavit. Tum in Hiberniam eo ordine legatione concessit. *Hæc Dempsterus, qui addit Radulfum abbatem ordinis Cisterciensis, ad deinde Dunensem episcopum, scripsisse ad concilii Perthuſani.*

C

CONCILIUM IN SCOTIA CELEBRATUM

De initio celebritatis dominicæ habitum anno Domini MCCI.

Cum concilii hac de re in Scotia celebrati decreta viderentur ea quæ de dominici diei observatione describit Rogerus anno 1200 *tum*

Eodem anno Eustachius abbas de Flay rediit in Angliam, & prædicans in ea verbum Domini de civitate in D civitatem, & de loco in locum, prohibuit ne quis forum rerum venalium in diebus dominicis exerceret. Dicebat enim, quod hoc mandatum subscriptum de observatione diei dominicæ venit de cœlo,

De observatione diei dominicæ.

MAndatum sanctum dominicæ diei, quod de cœlo venit in Jerusalem, & invenium est super altare sancti Simeonis, quod est in Golgotha, ubi Christus crucifixus est pro peccatis Mundi, & mandavit Dominus hanc epistolam, quæ apprehensa est super altare sancti Simeonis, quam per tres dies & tres noctes homines & spiritales cerneruent in terram, rogantes Dei misericordiam: & post horam tertiam erexit se patriarcha, & Akarias archiepiscopus, & expanderunt infusam, & sanctam acceperunt epistolam Dei. Quam cum accepissent, inveneruntsuperscriptum illud: » Ego Dominus, qui præcepi vobis ut observaretis » diem sanctum dominicæ, & non custoditis » eum, & de peccatis vestris non pœnituistis, fi- » cut diei per evangelium magistri: *Cœlum & terra* Matt. 24. » *transibunt, verba autem mea non transibunt.* Feci quatem prædicare vobis pœnitentiam vitæ, & non credidistis, & mihi super vos paganos, qui effuderunt sanguinem vestrum in terra, & non inmisi credidistis: & quia sanctum diem dominicum non custoditis, per paucos dies habuistis famem; sed cito dedi vobis fauuristatem, & pollex pejus fecistis. Volo iterum ut nemo ab hora nona sabbati usque ad Solem surgentem diei lunæ aliquid operetur, nisi quod bonum fit. Quod si quis fecerit, cum pœnitentia emendet; & si huic mandato non obedieritis, Amen dico vobis, & juro vobis per sedem meam, & thronum meum, & cherubim, qui custodiunt sanctam sedem meam, quia non mandabo vobis aliquid per alium epistolam: sed apertam cœlos, & pro pluvia pluam super vos lapides, & ligna, & aquam calidam per noctes, ut nec tonitruum possit, quin destruam omnes malos homines. Hoc dico vobis: Morte moriemini propter diem sanctum dominicum, & alias festivitates sanctorum meorum, quas non custodistis. Mittam vobis bestias habentes capita bovum, capillos mulierum, caudas camelorum, & ita erunt famelicæ, quod carnes vestras devorabunt: & vos desiderabitis fugere ad sepulcrum mortuorum, & abscondere vos propter metum bestiarum: & tollam lumen Solis ab oculis vestris, & mittam super vos tenebras, ut occidatis vos invicem non videntes, & asperam a vobis facient meam, & non faciam vobiscum misericordiam. Incendam „ eum

Verba hæc Rogerii sunt.

ANNO CHRISTI 1200.

A ANNO CHRISTI 1201.

A in ecclesiis vel aruis earum vendetur vel emeret quidquam, aut placitaret. His ergo & aliis fanctis & hujus viri monitis inimicus humani generis invidens, misit in eos regis & principum tenebrarum, quod ipsi præciperent, ut omnes qui prædicatis traditiones custodirent, & maxime omnes qui in diebus dominicis forum rerum venalium dejecerant, ad regium examen latisfacturi de obtervantia diei dominicæ ducerentur. Sed Dominus noster Jesus Christus, cui obediendum est magis quam hominibus, qui auxiliatur & adtarredium suæ sua, & adventu suo, & missione Spiritus sancti in discipulos suos sibi hunc diem, quem dominicum vocamus, illustravit, & celebertimum dedicavit, veruntis tum ad nostram latisfactaj, & in quoddam dominicæ diei transgressiones manifestavit hic.

Quodam sabbato post nonam quidam carpentarius in Beverlaco, contra Urbis statuta suæ nonita clavum ligneum faciens, corruit in terram percussus paralysi. Et quidam textrix post horam nonam in sabbato, cum ad pertexendum partem telæ anxia insisteret, cadens in terram paralysi obmutuit. Et apud Nasserton villam magistri Rogeri Arundel, quidam homo fecit sibi panem sub cinericium die sabbati post nonam, & inde comedit, & partem reservavit sibi usque mane, quem cum die dominica fregisset, exivit sanguis: & qui vidit, testimonium perhibuit, & verum eft testimonium ejus. Et apud Warefield, quidam sabbato, cum molendinarius post nonam operam daret, ut bladum suum moleret, subito exivit loco farinæ tanto impetu sanguis fanguinis, quod vas ipsum pene impleretur sanguine, & tota molendini fteiit immobilis contra vehementem impulsum aquæ: & qui viderunt, mirati sunt, dicentes: Parce Domine, parce populo tuo. Item in Lincolnisiria paravenat quidam mulier paftam: quam dedcrent ad formum poft horam nonam sabbati, mitti eam in furnum calidiffimum: & cum eam extraheret, invenit eradam; & iterum mifit eam in furnum valde calidum, & in craftino, & in die lunæ, cum adhuc eet le invenifle panes coctos, invenit paftam eradam.

Item in eadem provincia, cum quidam mulier paftam fuam præparaffet, voluns eam ad formum portare, divit ei vir fuus: Sabbatum eft, & hora nona jam præterit, dimitte ufque ad diem lunæ. Mulier autem obediens viro fuo fecit ficut præceperat: & involuit paftam linteaminibus mundis, & in craftino, cum vitaret paftam fuam, ne propter fermentum impofitum vas excederet, invenit panes inde divino nutu factos, & bene coctos fine ine materiali. Hæc eft matutio dexteræ Excelfi. Et quamvis omnipotens Dominus, hic & aliis potentiæ fuæ miraculis, populum ad obfervationem diei dominicæ invitaret: tamen populus plus timens regiam & humanam poteftatem, quam Divinam, plufque timens illos qui corpus occidunt, & quod ultra faciant non habent, quam illum, qui poftquam corpus occiderit, animam poteft mittere in gehennam: & plus timens terrena amittere, quam cœleftia, & tranfitoria quam æterna, prob dolor! ut canis ad vomitum, reverfus eft ad forum rerum venalium exercendum in diebus dominicis. Hæc ille.

C. 6. Cur hoc cœleftis epiftola fignorum in concilium collectionem binis interferit, & concilium eus appellaverit, non video.

ANNO CHRISTI 1204. ANNO CHRISTI 1204.

CONCILIUM MELDENSE.

PRO PACE INTER FRANCORUM ANGLORUMQUE REGES

Constituenda a Joanne abbate Casemarii Cisterc. Ordinis sedis Apostolicæ legato anno MCCIV. celebratum.

ANno Domini MCCIV. *conquestus erat Innocentio III. papæ Joannes rex Angliæ, vi usurpatum a Philippo Augusto Francorum rege Pictaviensem comitatum : & violatum fœdus juramento sanctum, quo regionem illam in fundum asseruerat. Pontifex Joannem abbatem Casemarii Cisterc. Ord. legatum apostolicum in Galliam misit, ut eas res componeret. Quod intelligimus ex Innocentii III. literis ad Gallicanum episcopi, quarum hoc exemplum.*

Archiepiscopis & Episcopis per Galliam constitutis.

Ex ms. collectione ab Augustino Oldoino, tib. 1. tit. 2. c. 3. & extat in Tom. 16. Bibl. 13. Novit ille, qui nihil ignorat, qui seruatores est B cordium, ac conscientiæ secretorum, quod cariſſimum in Christo filium noſtrum Philippum regem Francorum illuſtrem, de corde puro & conſcientia bona & fide non ficta diligamus, & ad honorem & profectum & incrementum ipſius efficaciter aſpiramus: exaltationem regni Francorum, ſublimationem apoſtolicæ ſedis reputantes; cum hoc regnum benedictum a Deo, temper in ipſius devotione permanſerit, & ab ejus devotione nullo unquam, ſicut credimus, ſit tempore diſceſſurum: quia, licet interdum Deus propter peccata populos nes per angelos malos, nos tamen, qui ſitanæ non ignoramus aſtutias, circumventiones ipſius ſtudebimus evitare : credentes, quod idem rex illius fedeci le falſatis ſuæ fidei meritis. Non erego patet aliquis, quod juriſdictionem aut poteſtatem ipſius minuere aut perturbare velimus: cum ipſe juriſdictionem noſtram & poteſtatem non debeat aut velit etiam contemnere, ſed ſuæ juriſdictionem proprium non ſuſpiciamus explere, cur alienum uſurpare velimus? Sed cum Dominus dicat in Evangelio: *Si peccaverit frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipſum ſolum : ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum : ſi te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum vel trium ſtet omne verbum. Quod ſi illum audierit nos, die eccleſiæ : ſi autem eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus & publicanus.* Et rex Angliæ, licet aſſerit, ſit paratus ſufficienter obſervare, quod rex Francorum peccat in eum, & ipſe circa eum in correctione proceſſit ſecundum regulam evangelicam, & taudem, quia nullo modo profecit, dicit eccleſiæ: quomodo non, qui ſumus ad regimen univerſalis eccleſiæ ſuperna diſpoſitione vocati, mandatum divinum poſſumus non exaudire, ut non procedamus ſecundum formam ipſius? nihil ſorſan ipſe coram nobis, vel delegato noſtro, ſufficientem in contrarium rationem oſtendat. Non enim intendimus ſuſpicare de feudo, cujus ad ipſum ſpectat judicium : niſi forte juri communi per ſpeciale privilegium, vel contrarium conſuetudinem aliquid ſit detractum; ſed decernimus de peccato, cujus ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quoſdbet poſſumus & debemus.

Non igitur injuriofum ſibi debet regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc, apoſtolico judicio ſe committat : cum Valentinianus imicius imperator *Hiſtor. tri. part. 10. c. 2.* Mediolanenſis ſuffragaueis eccleſiæ dixiſſe legatur : Talem in pontificali fede conſtituere procurate, cui & nos, qui gubernamus imperium, ſincere noſtra capita ſubmittamus; & quæ monita, dum tanquam homines deliquimus, ſuſcipiamus neceſſario velut medicamenta curantis. " Ut illud humiliter omittamus, quod Theodoſius ſtatuit, & Carolus innovavit, de cujus genere rex iſte noſcitur deſcendiſſe : Quicumque videlicet, litem habens, ſive poſſeſſor, ſive petitor fuerit, vel initio litis, vel decreto temporum curriculo, ſi vel cum negotium peroratur, ſive cum jam cogniti promi ſententia, ſi judicium elegerit facroſanctas fedis antiſtitis, illico ine aliqua dubitatione, etiam parti alia refragante, ad epiſcoporum judicium cum ſermone litigantium dirigator. Cum non humanæ conſtitutioni, ſed divinæ legi potius inhitamur: quia poteſtas noſtra non eſt ex hominibus, ſed ex Deo. Auſtantina, qui ſub Conſtantio, ignorat quin ad officium noſtrum ſpectet de quacunque mortali peccato corripere quemlibet epiſcopum, & ſi correptionem contempſerit, ipſum per diſtrictionem eccleſiaſticam coercere. Quod enim debeamus corripere, & poſſimus, ex utriuſque patet pagina teſtamenti, cum clamet Dominus per prophetam : *Clama, ne ceſſes : quaſi tuba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo ſcelera eorum.* Et ſubjungat ibidem : *Nisi annuntaveris impio impietatem ſuam, ipſe in iniquitate ſua quam operatus eſt, morietur : ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Apoſtolus quoque nos monet : *Corripe inquietos.* Et alibi dicit idem : *Argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Quod autem ad diſtrictionem ecclaſticam pertinet ex eo quod inquit Dominus ad prophetam, qui fuit de ſacerdotibus Anathot: *Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, ut evellas, & deſtruas, & diſſipes, & diſperdas, & ædifices, & plantes.* Conſtat vero quod evellendum, deſtruendum, & diſperdendum eſt mortale peccatum. Preterea cum Dominus claves regni cælorum Petro tradidit, dixit ei : *Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis : & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Verum nullus dubitat, quin omnis mortaliter peccans, apud Dominum ſit ligatus. Ut ergo Petrus Divinum judicium imitetur, ligare debet & in terris, quos ligatos eſſe conſtat in cœlis. Sed forſan dicetur, quod aliter cum regibus, & aliter cum aliis eſt agendum. Ceterum ſcriptum novimus in lege divina : *Ita magnum judicabis ut parvum : nec erit apud te acceptio perſonarum* : quam B. Jacobus interpretatur teſtatur, *ſi dixeris ei qui induitus eſt veſte preciosa : Tu ſede hic bene ; pauperi autem dicas : Tu ſta illic, aut ſede ſub ſcabello pedum meorum.* Et licet hoc modo procedere valeamus ſuper qualibet criminali peccato, ut peccatorem retrocemus ab errore ad veritatem, & a vitio ad virtutem : præcipue tamen cum contra pacem peccavit, quod eſt vinculum caritatis. Et infra : *Nonquid apud vos debet tam eſſe pondus & pondus, menſura & menſura, quarum utramque eſt abominabile apud Deum?* Poſtremo cum hinc reges ipſos formata ſint pacis fœdera, & antique præſtito juramento firmata; quæ tamen ſervata

ANNO CHRISTI 1204. ANNO CHRISTI 1204.

vata uſque ad præſixum terminum non fuerunt : A nuuquid non poterimus de juramenti religione cognoſcere, quod ad judicium eccleſiæ non eſt dubium pertinere, ut topica pacis fœdera reformentur?

Ne igitur tantam diſcordiam videamur fub diſſimulatione fovere, diſſimulare religioſorum locorum excidium, ſtragem negligere populi cheſtiani : dilecto filio abbati Caſemarii deſtinus in præcepiis, ut niſi rex ipſe, vel ſolidam pacem cum prædicto rege reformet, vel treugas inter competentes, vel ſaltem humiliter petatur, ut idem abbas, & venerabilis frater noſter archiepiſcopus Bituricenſis, de plano cognoſcant, utrum juſta ſit querimonia, quam contra eum proponit coram eccleſia rex Anglorum, vel ejus exceptio ſit legitima, quam contra eum per duas nobis datas literas exprimendum : juxta formam ſibi datam a nobis, procedere non omittat. Ideoque univerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, & in virtute obedientiæ diſtricte præcipimus, quatenus, poſtquam idem abbas ſuper hoc mandatum fuerit apoſtolicum exercuit, ſententiam ejus, imo noſtram verius, recipitatis humiliter: & vos ipſi ſervetis, & faciatis ab aliis ſervari, ſcituri, quod ſi ſecus egeritis, inobedientiam graviter puniemus.

Pontificis mandatis ut parerent Joannes legatus, concilium Meldenſe convocavit : in quo quid ſit ſolvere, quid ſcriptum ad pontificem, quid ab eo decretum, ex ipſis ad Gallicanum epiſcopi literis intellige.

Archiepiſcopis & epiſcopis per Galliam conſtitutis.

Ad noſtram noveritis audientiam perveniſſe, quod cum dilectus filius abbas Caſemarii, nuncius noſter, vos Meldis ad colloquium convocaſſet, exhibitis literis quæ vobis pro reformanda pace inter cariſſimum in Chriſto filium noſtrum Philippum Francorum, & Joannem Anglorum, reges illuſtres, a ſede apoſtolica mittebantur, habito concilio, reſpondiſtis: quod cum prædictus rex Angliæ, juxta noſtrarum conſtantiam litterarum, minime proceſſiſſet, vos propter perplexitates multas, & magnas, quas imminere verebamini eccleſiæ Gallicanæ, nos conſulere deberetis; & ne interim præfatus abbas proceederet, ab audientiam audiendam appellaſſitis, certum appellationis terminum præfigentes, ad quem profequendum, data fide in manu ejuſdem abbatis, vos per pacis oculum ad-ſtrinxiſtis: ita quod poſt terminum eſſet ab officio pontificali ſuſpenſus, ſi quis appellationem ipſam in termino profequi non curaret, præſentibus nuncciis regis veſtri, qui hoc ipſum vobiſcum pariter approbarunt. Unum autem præfatus abbas exegerit hujuſmodi cautionem, an vor ipſonanee ob-

CONCILIUM ANTIOCHENUM

A Petro Cardinali tituli S. Marcelli circa hæc tempora habitum.

IN libro 2. epiſtolarum Innocentii III. extant n. 240. 241. epiſtolæ Leonis Armeniæ regis, quibus ad ipſummet Innocentium tanquam ad ſupremum judicem le appellaſſe teſtatur pro Rupino nepote ſuo de ſenteutia uti inique lata a Concilio Antiocheno, per quam Comes Tripolitanus declarabatur legitimus hæres Principatus Antiocheni, & excluſus ſipe Rupinus, ad quem jure hæreditario videbatur ſpectare. In eo concilio interdicto eccleſiaſtico Petrum Cardinalem Apoſtolicæ ſedis Legatum illigaſſe Armenos ex præfatis literis habemus.

CON-

ANNO CHRISTI 1206.

CONCILIUM LAMBETHENSE,

SEU CONSTITUTIONES PROVINCIALES

Stephani Langton Cantuar. Archiepiscopi editæ apud Lambyth.

I. De modo dandi mortuarium.

ANNO CHRISTI 1207.

1. STatutum felicis recordationis & prædecessoris nostri de mortuariis editum, quod nonnulli minus sano perverterunt intellectu, præsentis concilii approbatione duximus declarandum. Sæpe siquidem contigit, quod cum quidam ex hac luce migrarent, ecclesiæ sibi succedentes, quandoque per ignorantiam, nonnunquam vero per negligentiam, & injustam detinuerunt & oblationum suarum detentionem, graviter delliquisse. Et quia non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, prudenter attendentes, falubriter statuit, quod pro recompensatione decimarum taliter subtractarum, licet suo statuto cautum non inleruit, secundum melius animal defuncti ecclesiæ damnum passæ debeat applicari. Quia autem hujus ordinationis statuti interpretationes ecclesiarum & parochianos fuos lites, quas exitingui cupimus, frequentius oriuntur: illud duximus synodali interpretatione declarandum, quod si decedens tria tantummodo & plura cujuscumque generis in bonis suis habuerit, optimo cui de jure fuerit debitum reservato, ecclesiæ fuæ a qua sacramenta recepit, dum viveret, sine dolo, fraude, & contradictione qualibet, pro recompensatione subtractionis decimarum tam personalium, nec non oblationum, melius animal poft optimum, relinquatur. Quod fi duo tantum in bonis decedentis extiterint animalia, de manuetudine ecclesiæ exactio quælibet nomine mortuarii remittatur. Hoc autem adjiciendum flatuendo duximus: quod fi mater familias, viro suo superstite, obierit, ad præstationem mortuarii minime coerceatur, non teneatur, vel obligetur. Quod fi poft obitum mariti in domo & familia reginine vidua per annum superviserit justa formam superius scriptam, ad mortuarium obligatur. Hac autem nostra constitutione, vel interpretatione, consuetudine laudabili super mortuariis in nostra diœcesi attentius observata, nolumus præjudicium generari, quin fi, decedens hujusmodi animalium numerum non habuerit, præstatione mortuarii, consuetudo ecclesiarum observetur. Ad fationes autem debiti mortuarii, contradictores, & rebelles, volumus per locorum ordinarios, censura ecclesiastica coarctari.

II. Ne scotalliæ, seu potationes fiant, & de pœnis faciendum.

PRohibitionem scotalliarum seu scotallarum, & aliarum potationum pro communi salute animarum & corporum, introductarum, provida approbatione profequentes, rectoribus, vicariis, & aliis capellanis parochialibus præcipimus sub obedientiæ debito firmiter injungendo, quod parochianis fuis crebra exhortatione diligenter indicant, ne prohibitionis hujufmodi temerarii violatores existant. Alioquin quos in hac parte culpabiles invenerint, ab ingressu ecclesiæ & facramenti canonico eandem fuspenfos esse denuncient, donec aliis pœnis ceflantibus ad pœnitentiarium nostrum accesserint, quod ab eo pro transgressione hujufmodi pœnitentiæ nomine injunctum fuerit, humiliter recepturi: & prout dederit Deus, impleturi, ac expletur. Communes autem potationes declaramus, quotiès eirorum multitudo numerum decartum excesserit, ejusdem domicilii potationis gratia immoratur. Viatores vero & peregrinos, & in mundinis ac meretiis conventes, quamvis in tabernis conversentur, fub illa prohibitione nolumus comprehendi. Communes potationes quas scotallas, mutato nomine cartitas, appellant, detestatores: hujufmodi potationum authores & publice conventiones ad eafdem, excommunicatos præcipimus publice & folenniter denunciari, donec super hoc fatisfecerint competenter, & absolutionis beneficium meruerint obtinere.

III. Quando liceat in diebus celebrare.

BIsin die Miffam nullus celebrare præfumat, nifi in diebus nativitatis & refurrectionis dominicæ; & quando corpus in propria ecclefia fepelit dantaxat tumulandum. Et tunc in prima Miffa, ablutio digiturum vel calicis a celebrante non fumatur. Qui contra fecerit, ab officio fo noverit fuspenfum, nifi forte canonica neceffitate fit compulfus: quam fic ducimus declarandam & limitandam, fi in feftis ix. lectionum, vel in quadragefima, vel in quatuor temporibus, vel fponfalis loci oportcat, vel fubveniendo locio infirmo, vel pro ecclefiæ fuæ negotio, vel propria neceffitate, manifeste abfente.

CONCILIUM RADINGENSE,

IN ANGLIA A JOANNE FERENTINO

fedis Apoftol. legato celebratum.

ANno MCCVI. *ait Matthæus Parisius*, Joannes Ferentinus fedis apoftolicæ legatus, venit *plenus in Anglium*, eamque perluftrans, magnum pecuniæ fummam congeffit: & tandem apud Radingum, in craftino S. Lucæ Evangelistæ, concilium celebravit. Quo facto *rem Anglia dimiffe ait*. *Eadem narrat Matthæus Westmonasteriensis*.

G. G. Hæc ubi retulit Spondanus ad hunc annum mox fequentiffimo fubiicit: *Impofita omnino eft accufatio iniquiffimis parum in pontificem æquis, ut fimulatus, qui pacifica inter ipfum & Joannem regem interceffuerit*.

CON-

ANNO CHRISTI 1207.

CONCILIUM IN PROVINCIA

NARBONENSI,

Incerto loco celebratum an. Dom. MCCVII. pro convertendis Albigensibus.

Concilii hujus mentionem faciunt gesta S. Dominici, quorum hic locus a Francisco Bellovacensi, specali hister. lib. xxxix. cap. xxiii. referitur sub annum MCCVII. Miffi funt ab Innocentio papa, XII. abbates Cifterciencis ordinis cum uno apoftolicæ fedis legato in terram Albigenfium, ut fidem catholicam prædicantes, hæretica venena pro viribus expulfarent. Qui convocato archiepifcopum, & epifcopum, aliorumque in partibus illis ecclefiæ prælatorum concilio, comperiebant inter fe quoniam modo commodius id, cujus gratia venerant, executioni mandarent. Illis autem fuper hac deliberantibus fofticitis, venerabilis Didacus Oxomenfis epifcopus fupervenit: cum honore autem fufcipitur, confultur, & fides ejus confiliis adhibetur. Hoc autem fuit ejus, fpiritu divino B fuggerente, conflium: ut abjecta pompa fuperfluæ apparatus, quam equidem satis incongruæ, qui ad Chriftum pauperem prædicandum advenerant; in expenfis, ac equitatibus, ac veftibus, & vexilla fuperfluis præterebant; veram atque evangelicam in fe prætenderent pauperitatem, & fidem Chriftî non verbis tantum & habitis perfonarent, fed rebus, & manibus demonftrarent: atque hoc modo animas, quas hæretici falfa virtute ac pietatis imagine deludebant, ipfi vera fanctitatis ac religionis exhibitione poffent ad fidei veritatem pervocare. Favenque omnes ejus conflio, & juxta verbum ejus fe facere pollicentur. Ipfe vero primus didis fuis facta compectans, cæpit fecere quæ aliis fuadebat: ftatimque mifit fuos Oxomam cum equitaturis, & fupellectili, & diverfo quem fecum tulerat apparatu. Retinuit tamen ibi pauicos ex clericis, & fratrem Dominicum, fcilicet fuæ Oxomenfis ecclefiæ fuperiorem, qui extunc cæpit frater Dominicus, & non fuperior appellari: reniifisque ad loca fua temporalium facerius, cæperunt fingulî Evangelicam pauperteram amplecti, prediies difcurrere, ac ftenue fidem Chriti verbo & opere prædicare, habentes fuper fe quafi totius negotii ducem epifcopum Oxomenfem.

Arnaldus Abbas Cisterc. fert.

G. C. Abbatum ordinis Cifterciencis cum Dominicensis epifcopo, & S. Dominico, adverfus Albigenfes prædicantium, meminerunt quoque Robertus monachus Autifiodorenfis, Petrus Vallifcernenfis, Guillelmus de Podio Laurentii, & alii: fed conciliî & congregationum ejus propotum, nemo præter authorem geftorum S. Dominici. Anno MCCVII. refte id a Vincentio tribuitur effe difcipulus ex Roberto monacho, qui abbatis illius cum aliis ejufdem ordinis, hoc anno menfe Martio Ciftercio egreffus effe docet cifterc. originis. Abbates erant duodecim, ac præterea Arnaldus abbas Cifterciencis, legatus apoftolicus, qui eorum præerat: unde & nonnunquam tredecim numerantur.

CANNUM CHRISTI 1208.

GALLONIS S. R. E. CARDINALIS

CONSTITUTIONES.

Index capitulorum.

I. *Ne cum clericis & facerdotibus mulieres commorentur*,
II. *Ne pro furis aliquid exigatur*.
III. *De noftibus facerdotum*.
IV. *De noftibus archipresbyterorum, archidiaconorum, præpofitorum*.
V. *De noftibus monachorum*.
VI. *De clericis & monachi farum & negotiationem inhonefam exercent*.
VII. *De prælati fuperadita obfervent, & faciant obfervari*.
VIII. *De cum magiftris & fcholaribus agatur indulgentius*.
IX. *De idem, fi fapius admoniti, refpifcere nolucrint, excommunicentur*.
X. *De magiftri prædicta diligenter exequantur*.

CAPITULA.

I. Ne cum clericis & facerdotibus mulieres commorentur.

IN nomine Domini, nos Gallo, miferatione divina fanctæ Mariæ in porticu diaconus cardinalis, apoftolicæ fedis legatus, excommunicamus omnes facerdotes & clericos cofque cunque, qui poft legitimam admonitionem focarjas vel mulieres alias, de quibus mala fufpicio fuboriri poffit, in domibus fuis propriis, vel alibi, unde populus vel ecclefia fcandalizetur, duxerint retinendas; nifi fint clerici qui in minoribus ordinibus legitime contraxiffe probentur, qui cum uxoribus ecclefiaftica non debent beneficia retinere. Moneantur quoque, ne matres vel uxores, aliafque conjunctas perfonas fecum habeant: cum quibus nefi nihil fæviciminis fœdus naturale exiftimari permittat, tamen frequenter, fuggerente diabolo, cum talibus nofcitur fuiffe facinus perpetratum.

II. Ne pro facris aliquid exigatur.

Prohibemus etiam fub eadem excommunicatione, ne facerdotes vel clerici, occafione alicujus confuetudinis, pro baptifmo, fepultura, benedictione, aliifve facramentis eccleſiaſticis, aliquid exigere vel extorquere præfumant. Sed ea liberaliter & fine difficultate ſtudeant canonice miniſtrare. Moncantur tamen laici diligenter, ne, quod

pro

Canonis Christi 1012.

pro reverentia sacramentorum devotio fidelium introduxit, ex avaritia veline aliquatenus revocare.

III. De vestibus sacerdotum.

Item & prohibemus, ne sacerdotes de cetero cappis manicatis utantur: & ne constituti in sacris ordinibus manicas consutas, foralces roftratos, veficique rubri coloris habeant, diſtrictione conſimili prohibeemus.

IV. De vestibus archipresbiterorum, archidiaconorum, praepositorum.

Decanis quoque, archipresbyteris, & archidiaconibus, ne veſtes rubri coloris. vel virides habere praefumant: & ſpecialiter archidiaconibus & praepoſitis qui habent curam animarum, ne cappas horatas habeant manicatas.

V. De vestibus monachorum.

Monachi etiam ut cappis ſumptuoſis & non nigris de cetero non utantur, ſub eadem poena durarius inhibendum.

VI. Ne clerici & monachi fiunt & negotiationem indonestam exerceant.

Inhibemus etiam omnibus tam clericis quam monachis ſub excommunicationis vinculo, ne focous exerceant: & ne aliquam negotiationem exerceant inhoneſtam, prohibentur indiſtincte.

VII. Ut praelati superdictis obſervent, & faciant obſervari.

Ut autem ab omnibus, in conſura, habitu, & converſatione, honeſtas eccleſiaſtica conſerveture: diſtricte praecipimus univerſis praelatis, ſub atteſtatione divini judicii; firmiter injungentes, ut omnia ſuperdicta obſervent, & , quantum in ipſis fuerit, faciane a ſubditis, monitione praemiſſa, per conſuram eccleſiaſticam inviolabiliter obſervari,

VIII. Ut cum magistris & scholaribus agatur indulgentius.

Volentes autem, quantum cum Deo & honeſte poſſumus, magiſtris & ſcholaribus deferre: eatenus tega ipſorum ſtudium, ſi quis eſt noſtrae conſtitutionis, duximus temperandum, ut antequam periculum excommunicationis incurratur, admonitio generaliter fiat per magiſtros, & comminatio excommunicationis in trangreſſores. Quibus praemiſſis, ſi qui forte cohtumaces & rebelles extiterint: iterum & comminatim ſub eadem comminatione & in ſcholis moneantur, indulta nihilominus ad fatisfaciendum dilatione competenti.

IX. Ut iidem, ſi ſapius admoniti, respisſere noluerint, excommunicentur.

Quod ſi forte nec taliter reſipiſcere voluerint, ex tunc per cancellarium, qui pro tempore fuerit, excommunicati denuncientur; & eandiu ab omnibus evitentur, donec ſatisfecerint competenter, & ab epiſcopo, ſi fuerit praeſens, vel eo abſente; ab abbate S. Victoris, cum forma eccleſiae fuerint abſoluti.

Canonis Christi 1205.

X. Ut magistri praedicta diligenter exequantur.

Praecipimus autem magiſtris in virtute Spiritus ſancti, ut praedicta omnia, exceptis tamen neceſſitatis excuſabilis articulo, diligentius exequantur: ne per negligentiam vel malitiam aliquorum, noſtrae conſtitutionis auſtoritas contemnatur.

B

Notae Gabr. Cossartii S. J.

Quis iſte eſt Gallo cardinalis ſatis ipſe declarat. *Nec*, inquit, *Gallo miſſacrium dicitur, ſi Martis in portico Ecclesiae cardinalis*. At quilibus annis? *Anno* MCCVIII. ait Rigordus, *Innocentius papa III. miſit legatum in Francium Gallo, titulo S. Martis in portico, diaconum cardinalem*. Idem utrobique Gallonis nomen, (nam & Gallo, & Gualo, & Gualo dicitur,) eadem cardinalis dignitas, idem ordo diaconi, idem titulus S. Martis in portico. Qui vero has conſtitutiones edederunt primi, cum Gallone non aliam noſſent, nihil eum qui epiſcopi Parifienſis Declaratis papa temporis, praedecaſſor ſecundi fuerat: hunc & cardinalis, & datum auctorem conſtitutionum fuiſſe. Adeo perſuaſi erant, ex omnibus mendibus, nulli alteri nomen Gallonis fuiſſe. Animadvertere autem debuerant, nullum eſſe vel in tabulario S. Martis Parifienſis, vel alibi eſſium monumentum, quod epiſcopo illi Parifienſi cardinalis dignitas tribuat. Jamo exstat in magno pallario eccleſiae Parifienſis epiſtola Pachalis papae II. a nobis edita tomo ſuperiori ad hunc Gallonem, quem Parifienſem tantum epiſcopum appellat, minime vero cardinalem. Data eſt autem haec epiſtola IX. Kal. Februarii anno MCLIV. hoc eſt nondum anno Gallonis epiſcopatus obiti, qui contigit VII. Kal. Mart. anni ejuſdem.

C

Scio a Claromonte Parifienſem hunc Gallonem, inter cardinales Pachalis II. creatum, recenſeri. At nullo alio argumento ab iis affirmatum ſcio, nifi quod ex falſo hujus conſtitutionum titulo pretatum eſt. Falſo quoque epiſtola XXXVII. Hildeberti epiſcopi Cenomanenſis, qui Gallonis Parifienſis epiſcopi aequalis erat. Negue enim epiſcopus eſt, ut voluit, Gallonis legatus *Ludovicum Parifienſis epiſcopus G.* (hoc eſt, Girardus) *legati*, Sanis differre? Cui non patet ille in locis ſub Pachali II. legatum? Gallo ipſo Parifienſis, legatione functus eſt in Polonia, cum adhuc effet Bellovacenſis epiſcopus: in Gallia, minime. At neque legati apoſtolici omnes, cardinalis fuere: ut ex Gelaſii exemplis conſtat.

D

Quod autem legitur in Manyrologio S. Victoris Parifienſis: *II. Kal. Junii obiit dominus Gallo cardinalis frater noſter*: neque de Parifienſi epiſcopo intelligi poteſt, qui VII. Kal. Mart. vita functus eſt, ut ſemper in obituario S. Quintini, cujus abbas fuit, antequam Bellovacenſis primum eſſet, ac deinde Parifienſis epiſcopus: & Gualonis cardinalis, qui Innocentii III. tempore legatus in Gallia fuit, apprime convenit. Hunc enim fratrem ſuum appellat Victorinus, quia ſcus ipſe, canonicus regularis ex S. Auguſtini diſciplina fuit, ut teſtatur Ciaconius. Patravinius, & Panuotius. Certe infigne canobium S. Andreae magnis dotatum opibus, canonicis regularibus S. Auguſtini exercuit: primumque abbatem Thomam, ex Victorina domo oriundum. De quo vide Pennotum in hiſtoria clericorum regularium.

E

Ex Mss. Tom. 6.

FF ADDITIONES WILLELMI PARISIENSIS EPISCOPI,

Ad Conſtitutiones Gallonis.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De tonsura clericorum.*
II. *Ne sacerdotes frequentent mercata.*
III. *Ne faciant commestiones.*
IV. *Ne exerceant officium advocationis, nisi in certis casibus.*

V. *Ne*

Anno Christi 1208.

V. *Ne his celebrent, nisi in necessitate, nec mortuorum corpora detineant super terram.*
VI. *Ut his in anno confiteantur confessoribus deputatis.*
VII. *Ut nomina confitentium deferant ad episcopum.*
VIII. *Ut moneant omnes, quod veniant ad confessionem ante Pascha floridum.*
IX. *De publicis paenitentibus.*
X. *De restitutione faciendа ante testamentum.*
XI. *De iis qui abjurarint ab ecclesia tribus Dominicis continuis.*
XII. *De elemosynis & legatis ad fabricam ecclesiae procurandis.*
XIII. *De matrimoniis clandestinis.*
XIV. *De commodatoribus carrucarum.*
XV. *Ut in elevatione corporis Christi campana pulsetur.*
XVI. *Ut qui matrimonium contrahunt, prius peccata confiteantur.*

CAPITULA.

I.

De tonsura clericorum.

PRaecipitur presbyteris, ut clericos, cujuſcumque ſint ordinis, in parochia ſua commorantes, moneant, quod tonſuram congruentem, & honeſtum habeant habitum, juxta canones: & ſi aliqui in hoc inobedientes vel rebelles fuerint, monitione praemiſſa ab ingreſſu eccleſiae arceantur. Quod ſi aliquis de talibus mortuus fuerit ſumptuoſibus tantae ſit poteſtatis, quod ſine ſcandalo, a presbytero, praedicto modo correcti non poſſit, epiſcopo nuncietur.

II.

Ne sacerdotes frequentent mercata.

Prohibetur ſacerdotibus, ne mercata frequentent: ſed ſi ex aliqua cauſa neceſſitatis eos ad mercata ire oporteurit, in habitu honeſto proficiant, & quam breviorem poterunt ibi moram faciant.

III.

Ne faciant commestiones.

In mercatis non faciant commeſtiones, nec etiam alibi.

IV.

Ne exerceant officium advocationis, nisi in certis casibus.

Prohibetur ſacerdotibus, ne officium advocationis exerceare praeſumant, niſi forte in cauſa eccleſiae ſuae. vel pro miſerabilibus perſonis, pupillis, & viduis, parochianis ſuis, quibus honeſte deeeſſe non poſſunt: & hoc abſque pretii receptione, praeter expenſas moderatas.

V.

Ne his celebrent, nisi in necessitate, nec mortuorum corpora detineant super terram.

Presbyteri uno die Miſſas duas non celebrent, niſi in neceſſitate: nec detineant corpora mortuorum ſuper terram, occaſione pecuniae extorquendae.

VI.

Ut his in anno confiteantur confessoribus deputatis.

Praecipitur ſacerdotibus, quod bis in anno ad minus, videlicet in Adventu Domini, & in Quadrageſima, peccata ſua confiteantur confeſſoribus per ſingulos decanatus conſtituis.

VII.

Ut nomina confitentium deferant ad episcopum.

Confeſſores, nomina confitentium ſcribant, & ad epiſcopum ad ſynodum deferant.

VIII.

Ut moneant omnes, quod veniant ad confessionem ante Pascha floridum.

Anno Christi 1208.

Presbyteri parochianos ſuos moneant, & frequenter in eccleſiis ſuis denuncient, quod omnes, ſaltem parteſfamiliae & matres, ad confeſſionem veniant ante Paſcha floridum: & qui in hoc negligentes fuerint, in primam, ſeque poſt octavam Paſchae, ad confeſſionem non admittantur: ſed uſque ad iſtud tempus a carnibus jejunabunt, ſicut in Quadrageſima.

IX.

De publicis paenitentibus.

Presbyteri parochianos ſuos ſolemniter penitentes, faciant venire in capite jejunii ad eccleſiam cathedralem, ut per epiſcopum ſolemniter ab eccleſia ejiciantur, & ſimiliter in die Jovis proxima ante Paſcha, ut per epiſcopum eccleſiae reconcilietur.

X.

De restitutione faciendа ante testamentum.

Presbyteri inquirant parochianis ſuis confitentibus, quod omnia ablata, antequam teſtamentum vel legata faciant, pleae reſtituant.

XI.

De iis qui abjurarint ab ecclesia tribus Dominicis continuis.

Praecipitur quod presbyteri, parochianos ſuos, qui tribus Dominicis continuis ſe ab eccleſia ſua abſtenaverint, ſine cauſa juſta & neceſſaria, interdicant, & ad epiſcopum inittant interdictos. Militibus diſcurantibus deferatur.

XII.

De elemosynis & legatis ad fabricam ecclesiae procurandis.

Praecipitur ſacerdotibus, quod diligentes & ſolliciti ſint in monendo parochianos ſuos de elecmoſynis & legatis ad fabricam eccleſiae beatae Mariae faciendis: & legata fideliter quarant, & reſervent. Scribantur etiam nomina eorum qui legaverint, & ad epiſcopum ad ſynodum afferant: & ſic eis apparaeat, qui fuerint in hoc diligentes & negligentes.

XIII.

De matrimoniis clandestinis.

Presbyteri de eccleſiis frequenter denuncient, eos qui matrimonia clandeſtina contrahunt, & quieis faciendis aſſiſtunt, eſſe excommunicatos.

XIV.

De commodatoribus carrucarum.

Praecipitur, quod commodationes carrucarum, quae fiunt in feſtivis diebus quibus feri ſolent per ſacerdotem, fiant, ne in hoc inter commodantes interveniat confuſio.

XV.

Ut in elevatione corporis Christi campana pulsetur.

Praecipitur, quod in celebratione Miſſarum, quando corpus Chriſti elevatur, in ipſa elevatione, vel paulo ante, campana pulſetur, ſicut alias fieri ſtatuimus: ut ſic mentes fidelium ad orationem excitentur.

XVI.

Ut qui matrimonium contrahunt, prius peccata confiteantur.

Presbyteri inquirant parochianis ſuis, quod quando matrimonium inter aliquos erit contrahendum, illi qui debent contrahere, confiteantur ob reverentiam ſacramenti peccata ſua presbyteris ſuis, priuſquam fidem praebeant de contrahendo, vel ſaltem antequam contrahant per verba de praeſenti. Presbyteri vero tunc ſolliciti ſint de inquirendo, maxime ſuper impedimentis matrimonii. Et

CON-

CONCILIUM MONTILIENSE,

IN PROVINCIA NARBONENSI,

In quo Milo Apost. sed. legatus Raymundum comitem Tolosanum Albigensium fautorem poenitentiae subjecit, anno MCCIX.

RAymundus comes Tolosanus, Albigensium fautor, iam pridem excommunicatus, cum & diuinum sanè inimici occupanti a pontifice concessam ecclesiarum, & sacri bellis Albigensibus indicti ingentem apparatum formidaret, multisque episcopos duxa, Falconem Tolosanum, & Nauarrum Conseranensem, ad Innocentium legatos esse, ut ejus opem expoſcerent: suos ipſe simulata paenitentia oratores ad eum miſit, rogatus, ne ad ſacrae ſuo aliquem interiret, cui ſe pro omnia futurum obſequentem ſpondebat: nam Arnaldum Citerciì abbatem legatum apoſtolicum ſeueriorem ſibi ad ſitiam dicm ſuiſſe. Sperabat miſericordem aliquem facilius viram ingenio, quem circumuenire poſſet. Miſit autem pacifices Miloneni, unum de collateralibus ſuis Cap. 9. & unum Petrum monachum, ſimulque Theodiſium canonicum Gemacenſem, ambo ſeruidae ceruicis, intrepidos, inuerruptos. Milo cum Ciſtercienſi abbate congreſſus, & de ipſo conſilio, uti ipſi ferunt, omnia gerens, cum collega ſuo Magiſtro Theodoſio, inquit Petrus hiſtoria Albigenſium auctor, ad partes Prouinciae peruenit: veniensque ad quoddam caſtrum quod Montilium nuncupatur, conuocauit archiepiſcopos, & epiſcopos quamplures: qui cum ad eum venirent, quaerens eos diligenter, quoniam liter procedendum eſſet in negotio pacis & fidei, praecipue in facto comitis Toloſani. Voluit etiam, ut ſingulì praelati, ſuper cura capitulì, de quibus cum abbas inſtruxerat Ciſtercienſis, ſua ei tradcrent conſilia ſcripta & ſigillata. Factum eſt ut praecepit, & quod audita eſt auribile, omnia tam abbatis Ciſtercienſis, quam praelatorum conſilia, fine diſſenſione aliqua conuenerunt. A Domino factum eſt iſtud. Poſt haec miſit M. Milo ad comitem Toloſanum, mandans ei, ut ad diem quam ſibi praefigebat, veniret ad ripam quod Rupturio dicitur: ueritatem. Venit comes ad diem illum, & ſicut fallax & ſexus, lubricus & perjurus, promiſit legato videlicet M. Miloni, ſuet in dolo, quod ſuam facere in omnibus voluntatem, & ſuorum abtenti, utpote vit cautus & prudens, praelatorum uſus conſilio, voluit & praecepit, ut comes Toloſanus traderet ei pro ſecuritate de terra quam tenebat in Prouincia, caſtra ſeptem. Voluit etiam, ut conſules Auenionenſis & Nemauſenſis ciuitatum, & ville S. Georgii, jurarent ei, quod ſi comes Toloſanus mandato Sedis legati venire praetermitteret ex aduerſo, non teneretur ei hominii ſeu fœderis fidelitate aſtricti. Comitatus inſuper Tolosenſis, S. R. E. cederet in commiſſum. Comes vero Toloſanus, quamvis dolens & inuitus, neceſſitate compulſus, omnia quae legatus mandaverat, adimplere promiſit. Stabat vir ſotius bonitatis M. Theodiſius, & mandato legati venit in partes Prouinciae, & ut ſeptem caſtra de quibus ſupra tetigimus, recipe- Cap. 12. res, & ea occuparet ex parte S. R. E. & muniret.

Poſt omnibus rite peractis, deſcendit legatus ad Villam S. Aegidii, reconciliaturus ibi comitem Toloſanum: modus autem reconciliationis & abſolutionis talis fuit. Adductus eſt comes nudus ante fores eccleſiae B. Aegidii, ubique coram legato, archiepiſcopis & epiſcopis qui ad hoc convenerant pluſquam viginti, juravit inper corpus Chriſti, & ſanctorum reliquiis, quae ante fores eccleſiae expoſitae cum magna veneratione, & in multa copia a praelatis teneabantur, quod mandatis S. R. E. in omnibus obediret. Mox legatus ſtolam ad collum comitis poni fecit, ipſumque comitem per ſtolam atripiens, abſolutum eum verberibus in eccleſiam introduxit. Hoſtiensi Petrus monachus Vallis-ſarnensis. Ex Cattis libri 1. hiſtoria comitum Toloſanorum inſtrumenta quedam judicio eodem ſpectantia.

Juramentum Raymundi comitis.

Haec eſt forma juramenti facta a Raymundo comite Toloſano apud S. Aegidium, in manu domini Milonis. In nomine Domini, anno poniſicatus domini Innocentii papae tertii, duodecimo, XIV. Kal. Julii. Ego Raimundus dux Narbonenſis, comes Toloſe, Marchio Provinciae, facroſanctis reliquiis, Euchariſtia, & ligno crucis dominicae compoſitis ſupra tanctam Dei evangelia corporaliter manu tacta, juro quod ſuper fingulos & univerſos capitulis, quo prius a domno Papa, vel ejus legato, vel aliis, ipſo jure ſui vel ſum excommunicatus, ſtabo mandatis, in primis domini papae, ac veſtris magiſter Hiſtoriographus domini papae notare, ſpoliatice ſedis legate. Ita videlicet, ut quicquid per ſe vel litteras ſuas nuncius vel legatus mihi praeceperit, ſuper univerſis capitulis quibus excommunicatus fui, vel ſum, bona fide, ſine fraude ac malo ingenio adimpleho, ſuper iſtis praecipue capitulis quae hic nominavideliceet quod pacem alios jurantibus, dicor nolle pacem: item quod juramenta quae feci ſuper expulſione hereticorum vel eit credentium non ſervaſſe dicor: item quod haereticos dicor ſemper foviſſe, ſi fidemque faviſſe: item quod de fide ſuſpecto habuerim: item quod Raymundum de Alfarano detuli: item quod dies quadraginta feſtorum & temporum, qui ſecuritate gaudere debent, dicor violaſſe: item quod adverſarios meos, qui ſe poſtilue offerunt ſecuritate, non recepiſſem: item quod ſpoliatium exhibere: item quod Judaeis publica commiſi officia: item quod monaſteriis S. Guillelmi, & aliarum eccleſiarum, poſſeſſiones & eccleſias injuſte detineo: item quod incaſtellavi eccleſias, & incaſtellatas detineo: item quod indebita pedagia vel quidagia colligo, vel colligere facio: item quod Cap. 10. Caſtra contra eſtem epiſcopum a propria ſede deprivi: item de interfectione ſanctae memoriae Petri de Caſtro-novo ſuſpectus habeor, pro eo maxime, quod interfectores ipſius in magna familiaritate recepi: item quod Valentinem epiſcopum & clericos cepi, & palatium ejuſdem epiſcopi & domos canonicorum deſtruxi, & caſtrum Valoenſe per violentiam abſtuli item in religioſas perſonas manus injeciſſe. Super his & aliis, ſi qua poterunt inveniri, praedicto modo juravi, & aliis jurare feci, & ſeptem caſtrorum dedi cautiones, quorum nomina ſunt haec, Fiacs, Ispeda, Baline, Roquemaura, Caſtrum Mornacii, Faniaux in "Argentes Montiferrati. Si autem ea quae ſupra dixi capitula, & alia quae injuncta mihi fuerint in perpetuum, bona fide non ſervaverro: volo & concedo, ut ſeptem ſupradicta caſtra cadant in commiſſum Romanae eccle-

Cap. 9.

Cap. 12.

Cap. 10. Montiferrati.

Fortaſſe Caſtr. Bell.

ſia, ad Romanam eccleſiam pleniſſime reverſuri. Volo etiam & concedo, ut A *perſona me excommunicet, & terra ſupponatur eccleſiaſtico interdicto, & conjurationes mei, tam conſulum, quam alii, & ſucceſſores eorum, ex hoc ipſo abſoluti a fidelitate, jure, ac ſervitio, quibus mihi tenentur, ratione eccleſiae pro feudis & juribus quae habeo in civitatibus & caſtris de quibus erant, tam conſulatus quam illi qui juraverunt, fidelitatem facere tenentur, pariter & ſignare. Item ſub eodem juramento & eadem poena ſtatus publicus ſeorſum ſervabo. Eiſdem poenis ſubjacere volo ſi praedicta omnia non ſervavero, vel aliquod praedictorum.*

Praecepta Raymundo comiti Toloſano a Milone legato facta.

In nomine Domini. Ego Milo domni papae notarius, apoſtolicae ſedis legatus, praecipio tibi domno Raymundo comiti Toloſano ſub debito praeſtiti juramento, & ſub forma ejuſdem juramenti adjecti, ut dominum epiſcopum Carpentoratenſem, tam in civitate quam extra, in pleno jure reſtituas, & damnis datis tam de rebus quam de fructibus eidem epiſcopo reſtituas, ſubjiſſiones praeſtas ſibi neos, & univerſos rives Carpentoratenſes a juramento quod citra terminum tibi vel alii tuo nomini praeſtiterunt, abſolvas omnino, & indictionem quam tibi feciſti ſuper eos, mihi, vel cui directo facias aſſignari. Item praecipio tibi ſub eadem poena, ut C dictum epiſcopum, praepoſitum, & canonicos Vaſonenſes, tam in eccleſiis, quam in aliis, pleno jure reſtituas, & de damnis datis, aedificiis deſtructis, & rebus aliis & fructibus reſarciendis, eiſdem ſidejuſſores praeſtes idoneos: caſtrum Vaſonenſe mihi vel cui directo aſſignari. Item ſub eadem poena tibi praecipio, ut Aragonenſes, Ruptarios, Cotarellos, Bulculones, Mainadas, vel quoscunque alio nomine cenſentur, de tota terra tua & poſſe tuo expellas, & expelli facias: ita ut in aliena terram eos immittas vel concedas, nec eorum auxilio tempore ullo utaris. Item ſub eadem poena tibi praecipio, ut univerſos & ſingulos, eoſdem tempore, vel diverſis, tibi dixerit in poſterum injungenda.*

Haec ſunt praecepta facta domino comiti Toloſano poſtquam fuit abſolutus.

Deeſt in codice MS. primum folium. In ſecundo haec ſuperſunt.

Item praecipio, ut haereticos, quos diocesani E epiſcopi, vel alii eccleſiarum rectores, haereticos, receptatores, vel fautores eorum, tibi vel tuis baiulis nominabunt, tanquam haereticos habeas. Item praecipio, ut pacem a legatis ſtatutam, vel deinceps ſtatuendam, jurare & ligare inviolabiliter ſervari: & ipſius pacis ſtatuta univerſos nomines tuos tenere, & jurare pacem facias, & ſecundum ſtatuta pacis ſervare. Item praecipio, ut ſeptem caſtra, quae mihi tradidiſti, eorum, quae ſunt, & aliquod non auferas per te vel per aliam quandam perſonam; ſibata, cum toto poſſe tuo ad recuperandum illud viriliter labores, ſtatim illud priſti-

ANNO CHRISTI 1209.

centa quæ facta fuit vel fuerint ei, vnerit manifeste: tunc etiam pro iure sive feretro, & quodlibet villis vel exstris nostri consulatus, & ipsa civitate habere dignoscitur, fidelitatem Romanæ ecclesiæ faciemus, ipsam eidem fidelitatem & perpetuo seruitium, Item ftratas publicas fecuras seruabimus, & faciemus per totum nostrum districtum inviolabiliter observari. Item guidagia vel pedagia, vel exactiones aliquas a transeuntibus per ftratas, vel eam per flumina nullatenus accipientes: sic tamen vel quas antiquorum regum vel imperatorum concessione conficiunt nobis. Item ecclesias omnes, & domos religiosas in nostro districtu, tam in civitate, quam extra, in pleno habebimus libertate: neque ab eis exactiones aliquas seu tallias exigemus, & defunctis eorum episcopo vel aliis rectoribus, episcopia vel domos eorum nullomodo expoliabimus, nec administrationi earum seu custodiæ, occasione alicujus consuetudinis, vel alijus alia, nisi forte rogati ab episcopo vel capitulo, nos immiscebimus: sed omnia, sine diminutione aliqua, defunctorum successoribus reservemus. Et ecclesiis episcopi, vel alterius rectoris ecclesiæ, faciendæ per nos, vel per quamcumque aliam personam, nos nullatenus immiscebimus, nec aliquam violentiam faciemus, vel impedimentum præstabimus, quo minus electio canonice ac libere celebretur. Item pacem seu treugam, sicut nostris injunctum fuerit, bona fide seruabimus. Item si episcopus, vel capitulum, vel alia persona ecclesiastica, nobis aliquos hæreticos nominaverit, vel per nuntios suos cognoverit potenter aliquos hæresim prædicare, vel facere conventiculaaliqua: ipsos perfequemur, fecundum legitimas fanctiones, & eorum bona omnia insiscabimus. Hæc omnia singulis annis per manus episcopi nostri faciemus confulibus nostris jurare. Si quis autem hoc jurare noluerit, ipsum tanquam hæreticum habebimus manifeftum: nec ejus judicium five authoritas, vigorem in aliquo forteetur.

In eadem forma adem jurarunt consules Montis-pessulani.

Immunitas ecclesiæ & damnibus reliquiis quinque provinciarum a Raymundo comite Tolosano ividem concessa.

Ego R. comes Tolosanus, dux Narbonz, marchio Provinciæ, pro animæ meæ remedio, & progenitorum meorum, omnibus ecclesiis & domibus religiosis provinciarum Viennensis, Arelatensis, Narbonensis, Burdigalensis, & Bituricensium, immunitatem concedo. Ita quod videlicet Albergarias, procurationes, vel exactiones quascumque, seu tallias, nullo unquam tempore per me vel per alios

ANNO CHRISTI 1209.

XIV. *Ut patroni intra fex menses vacantis ecclesiæ, A idoneum profiteant.*

XV. *Ut religiosi professi propriet asset habere non possint.*

XVI. *Ut raptores & violatores pacis, anathemati subjiciantur; aliquin episcopus injurium reparetur damnum passis.*

XVII. *Ut in sanctorum vigiliis saltationes non fiant, & cantilenæ non audiantur.*

XVIII. *Ut clerici cum regularet, tum seculares, habita fine honesta & decenti.*

XIX. *Ut clerici, cum episcopis superiis, ad sacros ordines promovendos: & ne ad vocationis effectu fungantur.*

XX. *Summa decretæ in confanguineos eorum, qui Patronus de Castro-novo, & Guarfredum interfecerunt.* B

XXI. *Ut archiepiscopi, & episcopi hæc conftitutiones observari faciant.*

ANNO CHRISTI 1209.

PRÆFATIO.

IN nomine Domini, anno Incarnationis ejusdem millesimo ducentesimo nono, pontificatus domini Innocentii papæ III. anno XII. octavo Id. Septembris. Hæc quæ sequuntur, statuta fuerunt apud Avenionem in concilio generali sub Hugone Regiensi episcopo, & Milone domni papæ notario, apostolicæ sedis legatis, præsentibus Viennensi, Arelatensi, Ebredunensi, & Aquensi archiepiscopis, & episcopis vigintinumero, necnon & multis abbatibus, & aliis ecclesiarum rectoribus. Cum in Provincia partibus refrigescente caritate adeo abundaverit malitia, quod hæc omnes indigenæ in profundum venerint vitiorum: ut præsentibus & futuris temporibus Provincialium malitiis occurratur, innovare antiquos, & novos etiam canones sancta synodus promulgare decrevit ita potiffimum ratione inducta, quod morbis infuetis adhibere convenit exogitata remedia, & antidota infueta, & vulnera quæ levia fomenta non fenuunt, mordicativis feu vexativis remediis curari decet.

CAPUT I.

I. Ut episcopi frequentius vel prædicent, vel faciant prædicari.

Quia igitur propter formidandam & pueniendam negligentiam prælatorum, qui existentes mercenarii potius quam pastores, se murum pro domo Israel non opponunt, nec populis fuæ gubernationi commissis evangelizant evangelicam disciplinam, in his partibus diverſæ ac damnatiſſimæ hæreſes pullulaverunt: præſentis comprobatione concilii duximus ſtatuendum, ut in ſua diœceſi quilibet epiſcopus ſæpiuſcule & diligentius ſolito ſibi dem prædicer orthodoxam; & cum expedierit, per alias honeſtas & diſcretas perſonas faciat prædicari. In eo autem diligens & cautus prædicator exiſtat, ut adulteria, fornicationes, perjuria, uſuras, odia, aggreſſiones, & cetera mortalia vitia ab eo verbo detęſtetur, & opere, quod exinde honeſtas, pax, patientia, & juſtitia, & cetera inſerantur virtutes.

II. Ut hæretici exterminentur ac puniantur; Judæi omni administrationi priventur.

Quia omnes non obediunt Evangelio, & ad ſupplementum gladii ſpiritualis, materialis auxilium ſæpius ab eccleſia imploratur: de-

cernimus, quod quilibet epiſcopus cives ſuos, comites, caſtellanos, milites, & alios parochianos ſuos, de quibus videret expedire, per confuram eccleſiaſticam, ſi opus fuerit, jurare compellat, ſicut illi de Montepeſſulano juraverunt, præcipue circa exterminandos hæreticos excommunicatos, perdurantes in ſua pertinacia pecuniariter puniendos: Judæos a publica ſeu private adminiſtratione privandos, & quod nunquam ad ſuum miniſterium in domibus ſuis proprijs permittantur habere Chriſtianos. Et in eo præſertim dicti nobiles & alii adſtringantur, quod coram ſuo judice, ſive ſit ordinarius, ſeu delegatus, de ſe conquerentibus exhibeant juſtitiæ complementum. Et ne plenius epiſcopus exterminare valeat de ſua diœceſi hæreticam pravitatem: in ſingulis parochiis ſuis tam in civitate, quam extra, facerdotem unum, & duos vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures ſi opus fuerit, juramenti religione adſtringat; quod ſi quos ibi reppererint hæreticos, credentes, fautores, vel receptatores eorum, ipſi epiſcopo, & conſulibus civitatum, & dominis locorum, feu bajulis eorumdem, cum omni fiduciæ feſtinantiæ intimare, ut eos puniant ſecundum canonicas & legitimas ſanctiones, nihilominus bona ipſorum omnia confiscantes. Si autem in hoc obſequio divino prafati conſules, & alii, ab epiſcopi requiſiti, fuerint negligentes, vel etiam contemptores: ipſorum perſonæ excommunicentur ſpecialiter, & terræ interdicto eccleſiaſtico ſupponantur. Et in ipſis efficacius der vexatio inteſtinum: ſi qua caſtra, vel poſſeſſiones, tales ab eccleſia noſcuntur habere: propter ingratitudinem & indevotionem ſuam, ad ipſam redeant pleno jure. Illud præcipue non duximus

peccato decesserint, ecclesiastica sepultura habeant.

V. Ut Judæi vestituant usuras: ne publice aut diebus festis laborent, ut diebus abstinentiæ vestiantur carnibus.

De Judæis usurariis illud statuit concilium, ut per excommunicationis sententiam in Christianos, qui eis in commerciis, seu alio modo participaverint, ab usurarum exactionibus compescantur; & secundum constitutionem domni Innocentii papæ III. ad remittendas eisdem compellantur. Quibus etiam prohibemus, & jubemus, per episcopos posita similiter prohiberi, ne diebus Dominicis & solemnibus publice laborare præsumant; nec carnibus, abstinentiæ diebus, vescantur.

V. Ut decima ab omnibus persolvantur.

Ad notitiam hujus sanctæ synodi multipliciter pervenit, quod laici, & cetera persone, quæ de mandato Dominico ad præstationem decimarum & primitiarum tenentur, eas in grave animarum suarum prejudicium non dandas penitus contendunt, in erroris sui favorem alii diffuetudinem, alii præscriptionem temporis allegantes. Cum igitur decimæ ac primitiæ adeo debitæ sint, ut sine voluntate eorum quibus debentur, absque mortali peccato non valeant remitti: volumus, & præcipimus, ut tam laici, quam aliæ personæ, de bonis omnibus sibi collatis a Deo, non deductis expensis, ad solutionem ipsarum per ecclesiasticam censuram compellantur, præscriptione aliqua, titulo, seu consuetudine, non obstante. Prohibemus insuper, ne episcopus, aut alia persona ecclesiastica, alicui laico ecclesiarum decimarum proventus concedat habendam; nec laici, si eis concessum fuerit, ex hujusmodi concessione aliquod jus sibi valeant vendicare. Ad hæc Vallem de Tretis, quæ ut accephala in nullius diœcesi asseritur institura, domino episcopo Regiensi apostoliceæ sedis legato ad custodiam decernimus specialiter assignandam; qui spirituali, & etiam si opportuerit materiali gladio, expellat eos ipsa hæreticam pravitatem, & fidelibus, qui fuerint ibi pro tempore, sicut debuerint, ecclesiastica ministret sacramenta, donec summus pontifex aliud de ipsa dixerit exponendum. Salvis privilegiis Romanorum pontificum.

VI. Ut veligiales nisi legitima non exigantur.

Onera importabilia, & deprimentes fasciculos, quantum cum Deo possumus, attenuare volentes: jubemus ut tam ecclesiasticæ personæ, quam seculares, a pedagiis, quidagiis, talneriis, & aliis indebitis exactionibus, per excommunicationis sententiam in personas, & interdictum rerum, penitus desistere compellantur: nisi forte regum, vel imperatorum concessione probaveriat se habere. Prohibemus insuper, ne nullus propter peda-

trium diœcesanorum episcoporum quam cælerius poterunt ad diruendum jubemus, præter illam vel illas quas ad tuitionem parochianorum episcopis visum fuerit reservari: quæ perpetuo possideantur ab eis, vel aliis personis ecclesiasticis teneantur. Si forte aliquis temerarius & violentus detentor, ecclesiam incastellatam ad mandatum sui episcopi noluerit diruere, vel ei noluerit tradere possidendam: nominatim excommunicationis vinculo percellatur, & interdicti sententiæ supponatur tota terra ipsius.

X. Ut ad pacem servandam etiam inviti cogantur.

Sicut peccatis exigentibus multo tempore sumus experti, propter guerram, seu barones & civitatum discordiam, tam personæ quam terræ ipsorum, in exterminium & direptionem trahuntur. Ad cujus jacturæ remedium, pacem & concordiam etiam invitis prædicari & seminari oportet. Jubemus ergo, ut cives, & civitatum rectores, comites, barones, castellani, milites, & alii, qui ab episcopis ad hoc idonei videbuntur, ad pacem seu treugam faciendam pariter & servandam, necnon & ut stratæ publicæ serventur secure, ab episcopis, si forte fuerint difficiles, per ecclesiasticam districtionem cogantur: & interim, quousque pacem juraverint, sint a pacis beneficio alieni. Et quoniam triplex funiculus difficilius rumpitur: præcipimus, ut ad pacem faciendam firmiter & fervandam, episcopi sibi mutuum auxilium studeant exhibere, sicut in capitulo felicis recordationis domni Alexandri papæ tertii plenius continetur. Quia vero per Aragones, Brabanzones, Balclones, Ruptarios, seu quoscunque alio nomine censeantur, multorties discordia & perturbatio & rapina generantur in terris: de ipsis ad memoriam revocamus, quod ab eodem dicto Alexandro contra ipsos noscitur constitutum, ut videlicet, ficut hæretici, &..... ante alios excommunicentur, & ab omnibus fidelibus expugnentur ubique locorum. Qui autem illos tenuerit, aut in terra sua esse permiserit, censura simili percellatur.

XI. Ut judices ecclesiasticis jus diligentius noticiuque reddant.

Inter ceteras querelas quæ ad hanc synodum perlatæ fuerunt, illam feverius puniendam & corrigendam censemus: videlicet, quod archiepiscopi, episcopi, & ecclesiarum prælati, sive ordinarii sint, sive judices delegati, tepidi sunt nimium & remissi ad justitiam coram se querelantibus faciendam: propter quod quanta possumus & convenit ratione censemus, ut causas quæ in conspectu episcopum propositæ fuerint, quam diligentius & festimantius poterunt, studeant terminare: cogantque subditos suos in judicio servare illud idem.

Concil. General. Tom. XIII.

XII. Ut facilieres non sint in relaxenda excommunicationis ante interdicti sententia.

Intelleximus etiam, quod sententiæ tam excommunicationis, quam interdicti, sine congrua satisfactione relaxan. In quo cafu illam districtionem præcipimus inviolabiliter observari, quam dominus Innocentius papa III. in quadam sua decretali noscitur exprefisse: hoc est, ut si quis quia datum damnum noluerit emendare, fuerit excommunicationis vinculo astrictus, præter juratoriam cautionem, ante faciat de damno dato emendam, quam ejus sententia relaxetur. Si vero excommunicationis sententia feratur in aliquem, qui citatus ad judicium venire contempfit: ad eam relaxandam sufficit, si, quod juri parcat, præstiterit juramentum. Et quia interdum hujusmodi judices a malo non revocat amor Dei, nec ecclesiastica disciplina: negligentes & contemptores hujusmodi ad restitutionem damnum passis duximus condemnandos.

XIII. Ut perjuri, & qui per fex menfes in excommunicatione permanferint, ad fedem apoftolicam absolvendi mittantur.

Contra publice perjuros, feu convictos de perjurio, & eos qui pertinaciter in excommunicatione per fex menfes permanferint, pro eo quod facilei fant hominibus absolvere, & ad cenfuram eccleſiaſticam conemendam, ſpecialem & novum canonem promulgamus: ſcilicet, ut nulli epiſcoporum liceat hujuſmodi anathematizatos abſolvere, ſed ad ſedem apoſtolicam, ſicut facrilegi & incendiarii, abſolvendi mittantur. Perjuris vero, * propter quam hæreſim damnatis, eadem in præſentia viſitare injungatur. Si for- * Forte: pravis Turdelenſ. te clerici fuerint, in utroque caſu ab officio & beneficio eccleſiaſtico repellantur: ad quorum neutrum reſtitui valeant, niſi per ſummum pontificem, vel ipſius legatum.

XIV. Ut patrum infra fex menfes vacantis eccleſiæ idoneum præſentent.

Quorumdam monachorum, & aliorum, ſive ſint religioſæ, ſive aliæ quæcunque perſonæ, proviſio indiſcreta, qui eccleſias ad præſentationem ipſorum pertinentes, ex certa ſcientia quandoque faciunt ultra tempus a canone indultum vacare, nos Lateranenſem conſtitutionem innovare compellit: in qua noſcitur conſtitutum, quod niſi a monachis, & aliis perſonis, infra fex menſes, ad vacantes eccleſias epiſcopis idoneæ fuerint perſonæ præſentatæ, poſtmodum appellatione remota, liceat in illis ordinare rectores, qui præſente noverint & propoſſe: ita tamen, quod ex hoc nullum patronis in poſterum præjudicium generetur.

XV. Ut religioſi profeſſi, proprietatem habere non ſinantur.

Ad hæc, epiſcopis, abbatibus, præpoſitis,

ANNO CHRISTE 1209.

& ceteris religiosis, prioribus, conventus A
insinuat synodalis, & sub arrestatione divini
judicii districte injungit, ut subditis suis pro-
fessi licentiam habendæ proprietatis non tri-
buant, cum etiam hoc Romano pontifici non
liceat, sicut dominus Innocentius papa ter-
tius, in quadam sua constitutione testatur.

Leges de fu-
ga monach.
&c. c. 2.

XVI. Ut raptores, & violatores pacis, anathematis subjiciantur : aliaquin episcopus vel arcias injuriam damnum passis.

Ut raptorum, violatorum pacis, & commit-
tum, necnon qui capto hominem ad redem-
ptionem compellunt, nimium grassanti ma-
litiæ occurratur : antiqua innovantes statu-
ta, decernimus, ut in quacunque diœcesi
præfatas iniquitates dicti malefactores de-
prehensi fuerint exercere, ab episcopo illius
loci anathematis districtionis subdantur : ipsum
alii circumadjacentes episcopi, quoufque
passa injuriam plene satisfactum fuerit, te-
neantur viriliter adjuvare, sententiam quam
in delinquentem tulerit observantes, & au-
xilium ei manu militari etiam, si opus fuerit,
impendentes. Quod si quis episcoporum
contempserit, ad relarciendum damnum pas-
sis injuriam teneatur.

XVII. Ut in sanctorum vigiliis saltationes indecorationon fiant in ecclesiis, & cantilena amatoria ibidem non dicantur.

Statuimus, ut in sanctorum vigiliis in ec-
clesiis historicæ saltationes, obiscœni mo-
tus, seu chorææ non fiant, nec dicantur ama-
toria carmina, vel cantilenæ ibidem : ex
quibus præter id quod aliquoties audito-
rum animi ad immunditiam provocantur,
obtutus & auditus quorumlibet spectantium
polluuntur.

D

XVIII. Ut clerici tum regulares, tum seculares, habitu sini bonesto & decenti :

Pro eo quod clerici, & qui religioni ad-
stringuntur ex voto, & etiam seculares, nec
opere, nec habitu professionem suam osten-
dunt, immo, quod dolentes & inviti dici-
mus, adeo difformi tunt, & multiplicitermi-
munditiis & excessibus implicantur, quod
sicut laicus fic & sacerdos : laicis quibus ipsi
sunt signum potiti ad fugiendum, eorum cor-
rumpuntur exemplo ; & quos in omnibus a-
ctionibus fuis ad honestatem prævenire de-
berent & vitam, tanquam cæci cæcos eos in E
foveam trahunt, & ad gehennam præcedunt.
Circa religiosos igitur fervandum jubemus,
ut in quacumque fint dignitate aut ordine
constituti, habitum & tonfuram & in aliis
professionibus habeant congruentem. Qui-
bus firmiter inhibemus, ne panno de stami-
ne forti, aut alio colorato, vel fumptuoso,
seu aliquo fetico, in futurum utantur. Cap-
pas fimiliter coloratas, manicatas prohibe-
mus cisdem : Circa fœcuares quoque illud

ANNO CHRISTE 1209.

firmiter præcipimus observandum : ut amo- A
do, maxime in sacris ordinibus constituti,
convenientem coronam habeant, & clauf-
deferant indumenta ; nec rubeis, aut viri-
dibus, seu aliquibus fericis, in posterum
uti præsumant : fed honestatem clericorum
quæ in decretali felicis memoriæ Gregorii
evidentius exprimitur, fervent.

XIX. Ut clerici, cum episcopus infserit, ad sacros ordines promovendus : & ne advocationis officio fungantur.

Jubemus insuper tam præpositos, quam
alios clericos, ad exhortationem, vel ad
mandatum fui episcopi, fine difficultate qua-
libet ad sacros ordines promoveri. Præte-
rea in sacris ordinibus constituti, qui stipen-
diis ecclesiæ fustentantur, coram judicibus
sæcularibus officium advocationis non fu-
mant contra canonica instituta : nec detesta-
biles conspirationes faciant de cetero, seu
conjurationes, in quacunque sint ecclesiæ
professione aut ordine constituti. Quicum-
que autem constitutionis hujus propria te-
meritate fe constituerint transgressores, a
fuis episcopis canonice puniantur.

XX. Pœna decreta in conjunctiones eorum, qui Petrum de Castro-novo, & Gaufredum interfecerunt.

Miserabilem & lacrymosam interfectio-
nem sanctæ memoriæ Petri de Castro-novo,
apostolicæ sedis legati, ad memoriam redu-
centes ; & atrox facinus necis magistri Gau-
fredi canonici Gebennensis, piæ & religio-
sæ conversationis & vitæ, his temporibus
nequiter perpetratum ; & aliorum plurimo-
rum religiosorum virorum, quos non fuffi-
cimus ad præsens, nec expedit enarrare : tan-
ti facinoris frequentia, & atrocitate commo-
ti, ultione qua possumus profequentes, fa-
cri approbatione concilii duximus statuen-
dum : ut nullus de parentela illorum, qui
præfatos clericos occiderunt, usque ad ter-
tiam lineæ cujuscunque generationem, ec-
clesiasticum beneficium consequatur. Immo
si qua forsitan sunt adepti, tamdiu fuis bene-
ficiis spolientur & officiis, donec per Roma-
num pontificem fuerint restituti. Statuimus
etiam, ut si qui simile facinus coamiserint
in futurum, circa ipsorum consanguineos
fimilis censura fervetur. Quem rigorem cir-
ca illos tantum volumus observari, qui de
perpetrata iniquitate, apud bonos & graves
fuerint infamati.

XXI. Ut archiepiscopi, & episcopi has constitutiones observari faciant.

Archiepiscopis, et episcopis, sub arre-
statione divini judicii districte jubemus, ut
omnes suprascriptas constitutiones pro sua
possibilitate bona fide observent, et faciant
ab omnibus subditis fuis inviolabiliter ob-
servari.

*** CON-

ANNO CHRISTE 1209.

*** CONCILIUM PARISIENSE

ADVERSUS ALMARICI HÆRESIN ET SECTATORES,

Et libros quosdam Aristotelis atque aliorum, anno Domini MCCIX.

I. DE ALMARICI HÆRESI, A
ejusque sectatoribus damnatis.

Rgrdus ad annum MCCIX. Fuit, inquit, in ANNO CHRISTE 1209.
eadem facta facultate (*Parisiensi*) Studens
quidam clericus Almaricus nomine, de territorio
Carotensi, villa quæ Bena dicitur, oriundus.
Qui quoniam logicæ fuit effet, & fcholas de
arte illa & de aliis artibus liberalibus diu resifset,
transfluis se ad sacram paginam excolendam. Sem-
per tamen fuum per se modum docendi & discendi
habuit, & opinionem privatam, & judicium quasi
sectum & ab aliis separatum. Unde & in ipsa theo-
logia asfus est conflanter asseverare, quod quili- B
bet Christianus teneatur credere se esse membrum
Christi, nec aliquem posse salvari qui hoc non
crederet, non minus quam si non crederet Chri-
stum esse natum & passum, vel alios fidei articu-
los : inter quos articulos ipse hoc ipsum audacter
audebat dicere annumerandum esse.

Cum igitur hoc ei ab omnibus catholicis uni-
versaliter contradiceretur, & necessitate accessit
ad summum pontificem : qui audita ejus proposi-
tione & universitatis scholarium contradictione,
sententiavit contra ipsum. Redit ergo Parisius,
& compellitur ab universitate confiteri ore, quod
in contrarium prædictæ opinioni fuæ teneret : ore C
dico, quia corde nunquam dissentit. Tædio er-
go & indignatione affectus, ut dicitur, ægrota-
vit, & lecto incumbens decessit in brevi, & fe-
pultus est juxta monasterium S. Martini de Campis.

Post mortem ejus farsæ errorum quidam venenofi
ejus doctrinæ fibulli, quos fubtilius phifquum
aperiri fapere fapientes, ad exfoliandum Chri-
stum, & ad evacuandum novi testamenti facra-
menta, novos & inauditos errores & inventiones
diabolicas introducunt. Inter alios eorum errores
impudenter affruere nitebantur, quod poteftas
patris duravit, quandiu viguit lex Mofaica. Et
quia scripturæ dicit : *Novis superveniendus abjicien-* Eccles. 28.
dus est vetus : poftquam Chriftus venit, abolevenit
omnia teftamenti veteris facramenta, & viguit D
nova lex ufque ad illud tempus. In hoc ergo tem-
pore dicebant, poft novum teftamentum fieri
habere, & tempus fancti Spiritus incepisse, quo
dicebant Confeffionem, Baptifmum, Euchari-
ftiam, & alia fine quibus falvus haberi non poteft,
locum de cetero non habere, fed unumquemque
tantum per gratiam Spiritus fancti interius fine
actu aliquo exteriori inspiratum falvari poffe. Ca-
ritatis virtutem fic amplificabant : ut id quod alius
peccatum effet, fi in virtute fieret caritatis, di-
cerent jam non effe peccatum. Unde & ftupra, &
adulteria, & alias corporis voluptates in caritа-
tis nomine committebant : mulieribus, cum qui-
bus peccabant, & fimplicibus quos decipiebant,
impunitatem peccati promittentes : Deum tan-
tummodo bonum & non juftum, prædicantes.

Fama hujusmodi pervenit occulte ad viros vene-
rabiles Petrum Parisiensem episcopum, & fractem
Gatinum regis Philippi confiliarium : qui miffo
clam magistro Rad. de Nemureto clerico, dili-
genter inquiri fecerunt hujus fectæ viros. Idem
Rad. articulofus & aftutus, & vere catholicus, fic

*Rabulis

ANNO CHRISTE 1209.

miffus, fingebat se esse imitabili modo de secta eo-
rum eum ad singulos veniebat : & illi revelabant
ei fecreta fua, tanquam fuæ fectæ participi, ut
putabant. Et ita ipsæ fectæ plures facerdotes,
clerici, & laici, ac mulieres, diutius latentes,
prout Domino placuit, tandem detecti, & capti,
& Parisius adducti, & in concilio ibidem congre-
gato convicti & confessi errorum ; & ab ordinibus in
quibus erant degradati, traditi fuerunt curiæ
Philippi regis : qui tanquam vex Chriftianiffimus
& catholicus, vocatis apoftolicus fecit omnes
cremari : & cremati funt Parifius extra portam in
loco qui nuncupatur Campellus. Mulieribus au-
tem, & aliis fimplicibus, qui per majores errа-
ti fuerant & decepti, pepercerunt. Prædictum
autem hæresiarcham Almaricum, quia plane con-
fiftit fectam illam ab eo originem habuiffe, licet
in pace ecclefiæ, in ea putabatur, fepultus fuiffet,
ab univerfo concilio etiam poft mortem excom-
municatus fuit & condemnatus, & a cimeterio fa-
cro ejectus, & offa ac cinis ejus per ftercullinia
funt difperfa : Benedictus Deus per omnia. *Eadem*
Cronica Bellovac. Spicileg. hiftor. lib. XXIX. cap. CVII.
ex Rigordo defcribit ad verbum : nifi quod paulo con-
cinctius. Robertus monachus Autifiodorenfis idem
refert anchoratus : fed anno MCC. ait effe geftа. Ea
tantum ex eo decerpam quæ ad Rigordum addit.

Erant, *inquit*, numero quatuordecim, quorum
erant aliqui facerdotes animarum curam haben-
tes ; quibus fecerat favorem apud populum fpecies
honeftatis, & vitæ gravitas fuperducta. *Et infra :*
Decem traduntur incendio, reliqui quatuor mu-
rali reclufioni perpetuo mancipati.

Cæfarius vero Heiflerbacienfis, eorundem aequa-
litemporum, libro v. diftinctionis cap. XXXI. illorum
hæreticorum prodit nomina, & qui ex iis in qui dam-
nati fint, qui non. Eorum, inquit, nomina
funt hæc : Willelmus Pictavienfis fubdiaconus,
qui legerat Parifius de artibus, & tribus annis ftu-
duerat in Theologia : Bernardus fubdiaconus :
Willelmus aurifex, propheta eorum ; Stephanus
facerdos de veteri Curbuelo ; Stephanus de cella ; D
Joannes facerdos de Uncinis. Ifti omnes in theo-
logia ftuduerant, excepto Bernardo. Dudo fpe-
cialis clericus magiftri Elmerici facerdotis, qui fe-
re decem annis in theologia ftuduerat : Elmangus
acolytus, & Odo diaconus ; magifter Garinus
qui conventaverat Parifius de artibus, & hic fa-
cerdos audiverat theologiam a magiftro Stephano
archiepifcopo Cantuarienfi ; Ulricus facerdos de
Laceri, qui fexagenarius ftuduerat in theologia
tempore multo ; Petrus de fancto Clodovaldo la-
cerdos, & fexagenarius ; qui etiam audierat theo-
logiam ; Stephanus diaconus de veteri Curbuelo. E
Et infra : Quatuor ex eis fuerunt examinati, fed
non combuffi, videlicet magifter Garinus, Ul-
ricus facerdos, Stephanus diaconus, qui perpe-
tuo recluft funt carcere. Petrus vero antequam
caperetur, pene timore monachus effectus eft.

De illorum erroribus, & quomodo fint detecti, ple-
nius idem & explicatius, quam Rigordus, loquitur.
Dicebant, *inquit*, non aliter effe corpus Chriffi
in pane altaris, quam in alio pane, & in qualibet re : ficque Deum locutum fuiffe in Ovidio, fi-

cut

ANNO CHRISTI 1209.

cut in Augustino. Negabant resurrectionem corporum, dicentes nihil esse paradisum, neque infernum: sed qui haberet cogitationem Dei in se, quam ipsi habebant, habere in se paradisum; qui vero mortale peccatum, habere infernum in se, siue dentem putridum in ore. Altaria sanctis fratui, & sacras imagines thuribrari, idololatriam esse dicebant. Eos qui offa martyrum deosculabantur, fatuanabant. Maximam etiam blasphemiam sub specie in Spiritum sanctum, a quo omnis mundicia est & sanctitas. Si aliquis est in Spiritu sancto, ajebant, & facias fornicationem, aut aliquo alia pollutione polluatur: non est ei peccatum, quia ille Spiritus, qui est Deus, omnino separatus a carne, non potest peccare: quandiu ille Spiritus est ulli Deus, & est in eo, ille operatur omnia in omnibus. Unde concedebant, quod unusquisque eorum, qui erat Christus & Spiritus sanctus. *Et paulo post*. Quorum perfidia hoc ordine detecta est.

Praedicabat Wilhelmus auditor venit ad magistrum Rodulphum de Namuntico, dicens se esse missum a domino: & hos infidelitatis articulos ei proposuit. Pater sub quibus fuisdam formis operatus est in veteri testamento, fecitque legalibus: & Filius similiter sub quibusdam formis, ut in factamento altaris, & baptismi, & aliis. Sicut crediderunt formae legales in primo Christi adventu, ita nunc eadem omnes formae, quibus Filius operatus est, & ceslabunt sacramenta, quia persona Spiritus sancti clare manifestabit se in quibus incarnabitur, & principaliter per septem viros loquetur, quorum unus ipse Wilhelmus erat. Ipse prophetabat, quod infra quinque annos ille quatuor plagae evenire deberent: prima super populum, qui fame consumeretur. Secunda erit gladius, quo se principes interficient; tertia in qua terra aperietur, & deglutiet Burgenses; in quarta descendet ignis super praelatos ecclesiae, qui sunt membra Antichristi. Dicebat etiam quia papa efflet Antichristus, & Roma Babylon; & ipse fecit in monte Oliveti, id est, in pinguedine pontificatus. Jam credebam elapsi fuit anni, & nihil horum contigit, quae pleudo ille prophetia futura infra quinquennium praedixerat. Et ut favorem sibi captaret Philippi regis Francie, etiam hoc adjecit: regi Francorum a perpetuo omnia regna, & filio ejus, qui erit in tempore Spiritus sancti, & non morietur; & dabuntur duodecim panes regi Francorum, id est, scientia scripturarum & potestas.

His auditis, magister Rudolphus interrogavit, si aliquos haberet socios, quibus ista fuissent revelata. Qui tum respondisset, habeo multos, fupradictos viros nominans: perpendens vir prudens imminens periculum ecclesiae, se solum ad investigandam eorum nequitiam, colque convincendas non posse sufficere, ne quidam simulatione dicebat sibi esse revelatoras a Spiritu sancto de quodam facerdote, qui cum eo praedicare deberet fectam eorum. Et ut famam suam servaret illaesam, nunciavit haec omnia abbati S. Victoris, & magistro Ruperto, & fratri Thomae: cum quibus adiit episcopum Parisiensem, & tres magistros legentes de theologia: videlicet decanum Salesburgiensem, & magistrum Rupertum de Koren, & magistrum Stephanum; omnia haec eis insinuantes. Qui tertii valde, injunxerunt praedicto Rudolpho in remissionem peccatorum suorum, & alterius facerdoti, ut se fingerent esse de illorum consortio, donec sententias omnium audivissent, & plenius omnes articulos intredulitatis eorum exfinuissent.

ANNO CHRISTI 1210.

Magister vero Rudolphus & facerdos socius ejus, ut executioni rei hujus iret, cum ipsi haereticis ciruegerunt episcopatum Parisiensem, Linsonensem, Trecensem, & archiepiscopatum Senonensem, in tribus mensibus, & quamplurimos de eorum sectis inuenerunt. Ut itaque ipsi haeretici plene de ipso magistro Rudolpho confiderent, quandoque vultu elevato se spiritu in coelum raptum simulabat, & postea aliquae se videlle dicebat, quae in coelo audiverat non narrabat. In publice eorum fidem de die in diem se praedicaturum spondebat. Tandem reversi ad episcopum, vita & sanctitate converuerunt.

Quos auditos episcopus praedictus per provinciam pro eis misit, eo quod non essent in civitate, excepto uno Bernardo. Qui cum essent in cullodia episcopi, omnes pregali sunt ad eorum examinationem vicini episcopi, & magistri theologi. Propolita sunt eis supradicta capitula, quae quidam ex eis in praesentia omnium attestabantur; quidam vero cum reliqui vellent, & se convinci viderent, cum ceteris ftabant in eadem pertinacia, nec negabant. Tanta audita perseverantia, consilio episcoporum & theologorum ducti sunt in campum, & quatuor antiquo clero & populo degradati, & in adventu regis, qui tunc praesens non erat, exusti.

II. De libris Aristotelis ibidem damnatis.

In diebus illis, *inquit Rigordus*, Aristoteles, qui dicebantur, compositi, qui docebant metaphysicam, delati de novo a Constantinopoli, & a graeco in latinum translati. Qui quantum non folum praedicate haereli sententiis fubtilibus occasionem praebebant, immo & aliis nondum in ventis praebere poterant: juslit sunt omnes combuti, & sub poena excommunicationis cautum est in eodem concilio, ne quis de cetero eos scribere, legere praesumeret, vel quocumque modo habere.

Roberti Autissiodorensis monachus: Librorum, *inquit*, Aristotelis, qui de naturali philosophia inscripti sunt, ante paucos annos Parisius corpeant lectitari: interdictis eft lectio tribus annis, quia ex ipsis errorum semina videbantur exerta.

Caesarius vero: Eodem, *inquit*, tempore praeceptum eft Parisiis, ne quis infra triennium legeret libros naturales.

III. De libris aliis ibidem damnatis.

Libri magistri David, *sit rodem loco Caesarius*, & libri gallici de theologia prospecto damnati sunt & exusti. Sicque per Dei gratiam haeresis tota exnsta eft.

Nota Gabr. Cossartet S. J.

Metaphyficam Aristotelis damnatam sic Rigordus, physicam Robertus & Caesarius: quibus fuffragetur Gregorius IX. in Bulla ad Magistros & Scholares Parisienses, data anno V. ejus Pontificus, hoc eft anno Domini MCCXXXI. *Libris illis naturalibus*, inquit, *qui in concilio provinciali ex certa scientia prohibiti fuere Parisius, non utantur, quousque examinati fuerint & ab omni errorum fuspicione purgati*. Quid vero fit & metaphyfica & physica simul damnatae tunc fuerunt? Certe R. Legatus apoltolicus, qui anno MCCXV. hoc eft annis fex post hoc concilium, Parisiensem academiam reformavit: *Non legantur*, inquit, *libri Aristotelis de metaphysica, & de naturali philosophia*.

Ad triennium damnatos effe hos libros Robertus & Caesarius teltantur: Rigordus vero iis interdictum affirit, fine ullo temporis limite.

Nota in re magna fe-pe mentio.

ANNO CHRISTI 1209.

ANNO CHRISTI 1210.

STATUTA THEODORICI.

Episcopi Ultrajectini edita

Anno MCCIX.

Jus capitvorum Ecclesiasticorum. Poena violentiam.

A

S I capiatur Praelatus, vel Canonicus, vel focius chori, vel aliquis Clericus de familia Praelati, vel Canonici, Episcopus qui nunc eft vel pro tempore fuerit, ipsum liberabit, si potuerit aliquo modo, si non diserit quod eum liberare non possit, & hoc sub juramento, quod in primo fuo introitu portabit, comprehendetur, Ecclesia excedet ei, & ex hoc Ecclesia relanet divina, & depositis crucibus & compaffatione legetur maledictio. Si vero capiatur in terra Hollandiae vel Geldriae ab ipfis Comitibus vel ab aliquo nominante in terra ipforum, & detinuerit Ecclesia quatuor decim diebus ceflabit a die nuntiationis; interea monebitur Comes ut captivum liberum remittat cum omni restitutione;

Quod si non fecerit, terra ipsius, quae eft in nostra ditione fita, ab Episcopo & Archidiacono pronetur sub interdicto, & Ecclesia relanet divina, & obfervabit fortmam maledictionis fupradictam, & Episcopus per totam diocesem suam faciet illum denunciari excommunicatum.

De iuste Ecclesiasticis.

Si vero aliqua praedictarum perfonarum Praelatur in perfona a laico, & enormis fuerit laesio manifesta, Ecclesia ceflabit donec denunciatur fuerit malefactor, sicut hactenus eft obfervatum. Si levis fuerit injuria & non manifesta, non ceflabit Ecclesia, fed vocabunt injuriatores, & fi te expurgare voluerint, audiatur eorum expurgatio, nisi ador poffit probare in contrarium per duos teftes idoneos.

De bonis eorum raptis. Poena raptorum.

B

Si bona alicujus Ecclesiae vel perfonae Ecclesiafticae ad Ecclesiam fpectantia a laico raptantur, vel per violentiam detinentur, monebitur ut infra quatuor decim dies reftituat & impedimentum removeat.

Quod si non fecerit, Episcopus & Archidiaconus hoc ipsi cum eorum officio denunciabunt, & excommunicatum denunciabunt abique citatione: & fi in excommunicatione perseveraverit per fex hebdomadas, ecclesia in qua moratur, pontetur sub interdicto, & tunc fic requirat, in omnibus Ecclesiis ipsius Decanatus accenfis candelis denunciabitur excommunicatus; quod fi idem in malitia fua nihilominus perseveraverit, Dominus, in cujus terra moratur, monebitur ut infra mensem ad reftitutionem compellat; alioquin Dominus ille ponetur sub interdicto.

De alterius beneficii invasionibus, item locationem impedientibus.

C

Si Prior vel Canonicus fubtcahat, vel detineat pegbendam fratrum, vel impediat quo minus bona Ecclefiae debito more locentur, excommunicetur per hebdomadarium ad mandatum Decani vel majoris de Capitulo, fi Decanus praefens non fuerit, & E redeat ipsius fubtractabunt. Et fi ad annum in malitia fua perseveraverit & ad unitatem redire nolluerit, ipso jure fit dignitate fua vel prabenda privatus. Si a laico impediatur, de eo obfervetur quod a raptore vel detentore fuperius expreffum.

De Notariis sua fabricantibus, penaeorum.

Si Pactionarii Ecclefiarum ftatuto tempore non folverint, five fint in anno in anno, five fint perpetui, excommunicentur, publice excommunicati denuncientur, & fi in malitia fua perfeveraverint, nifi juftitiarius montius infra menfem de bonis fuis ecclefia fatisfecerit, ecclefia, in qua moratur, ab Epifcopo & Archidiacono loci ecclefiaftico pontecur fub interdicto.

Quid fi Epifcopus iste ecclesiae injurias?

Si Epifcopus vel fuus juftitiarius injuriam ecclefiae fecerit occupando vel alia modo invadendo bona quae hactenus habuit in quieta poffeffione, monebitur ut infra 14 dies reftituat vel reftitui faciat; quod fi non fecerit, eadem ecclefiae, & per hoc ad reftitutionem duci non poffit, ecclefia laefa communibus expenfis eorum Papa vel Archiepifcopo fuam injuriam profequetur.

De impersonalibus beneficia iniuste.

Si aliquis qualificunque vel undecunque contra libertatem vel confuetudinem Trajectenfis Ecclefiae hactenus obfervatam aliqua beneficia perpetua vel alia obtinere voluerit, communibus expenfis universalis Ecclefiae inftitat eidem, & fi aliquis in fuum hofpitium collegerit, vel auxilio affiterit, poftquam ecclefiae innotuerit, ipfo jure a perceptione ipfius beneficii fit fufpenfus donec refipuerit, & ecclefiae universali quinque libras perfolverit, cum corporali difciplina eorum universali facrificanda ecclefiae, fi non refipuerit aliqua fufpectus fuerit & ab ecclefia, cui gravamen incumbit, coram universali ecclefia de hoc impetitus fuerit, cum duobus fratribus fui capituli fe expurgabit, vel pro reo habebitur.

De Canonicis rebellibus.

Si aliquis Canonicus penitus fuerit inobedient, fufpendatur per Decanum a beneficio & per Capitulum; & fi monitus tribus vicibus infra annum incorrigibilis permanferit, beneficium abjudicetur ei per Decanum & Capitulum.

De Canonicis sine testamento morientibus.

Si Canonicus inteftatus difceflerit, capitulum disponat de omnibus bonis fuis, quae a Capitulo tenet, nifi forte fidei Commiffarius acceperit coram Capitulo vel alias fub bono teftimonio.

Praelatorum & Canonicorum-jubilee.

Mortuo Praelato vel Canonico in morte five in die fignificetur Campanarii omnium ecclefiarum, ut audito figno ecclefiae, in qua mortuus eft, compulfatio fiat in omnibus ecclefiis. Idem fiat cum effertur vel fepelitur; hoc retinatur in feptimo & trigefimo & in anniverfario primo. Fideicommiffarii dent cuilibet campanario duodecim denarios.

Candelae in vigiliis exequiarum quatuor poncentur, & in Miffa quatuor. Candela plus non habeat quam libram cerae, aliae novem fint de tribus libris.

Candelae.

Omnes conveniant ad Pfalterium, qui fani funt, infirmi mittant pro fe. Qui fanus eft & non venerit, Camerarius accipiet duodecim denarios de prabenda fua & faciat legi pfalterium: fi infirmus non

Pfalterium.

ANNO CHRISTI 1209.

non mifericit nunciare, fimili pœna puniatur.

Omnes renuentes donec fepulcrum fit clauſum: de qualibet ecclefia habeatur legenda & ſtola, & percuſſodes ecclefiarum protegantur.

Colleda pro defunctis.

Quia ſit Canonicus infra triginta dierum legat vel leget faciat pro anima defuncti pfalterium, & collecta in miſſa defuncti orum, & vigiliis, & in matutinis dicatur per trigeſimum in qualibet ecclefia.

Omnes conveniant ad ſeptimum, trigeſimum, & anniverſarium primum.

Non fiat Compoſitio in Conventualibus ecclefiis.

Compoſitio non fit pro laico in Conventualibus eccleſiis, niſi cum effertur.

Conventualis ecclefia non ibit ad domum laici B ad funus, fed ſi eccleſia invitata fuerit ficut hactenus conſueta eſt, ad eccleſiam ubi ſepeliendus eſt convenient, & ad ſepta cœmeterii occurrent.

Juſta Scholarium.

Si Scholaris vel famulus Prælati vel Canonici moritur, in platea ad capellam defertur vel ad domum clauſtralem, & ibi eccleſia occurret.

Si Epiſcopus gravatus fuerit, eccleſia ei aſſiſtet auxilio, & conſilio & in expenſis.

De fugientibus ad ecclefiam.

Si aliquis *in periculis conflituras*, vel timore mortis ad eccleſiam vel immunitatem confugerit, eccleſia ipſum defender, donec ei ſecurus conductus fuerit præſtitus excundi. Si per violentiam fuerit extractus, publice in omnibus eccleſiis de- C nunciabitur excommunicatus, & pœna triginta

A marcarum puniatur: nec Epiſcopus manu ſuſtentorem abſolvat, niſi ſatisfactum fuerit eccleſiæ univerſi. Publicum vero latronem & noctiurnum agrorum populatorem, & qui ſecum commiſerit in ipſa tentione ut ab eccleſia defendatur, altius non committuntur, & quæ, qui delinquit in eccleſia, eccleſia non defendet.

De famulis cruentibus in eccleſia.

Si quis autho temerario intrare eccleſiam voluerit, & ſi diſſentiones vel bella exinde movere contenderit, excommunicetur publice, & ab Epiſcopo per ſecularem potentiam ejiciatur. Similiter & adjutores ipſorum ſive fint clerici ſive fint laici excommunicentur, & pœna triginta marcarum puniantur. Et ſi Epiſcopus ipſos ejicere negligerit, eccleſia ceſſabit donec ejecti fuerint, & eccleſiæ ſatisfactum.

De duobus beneficiis in eadem Eccleſia.

Nullus in una eccleſia duo vel plura habeat beneficia.

Nec Epiſcopus ſcholaſtriam vel cuſtodiam alicui conferat, niſi Canonico ipſius eccleſiæ.

Canonici, qui ſunt in perceptione, in expenſis ſuis vel alterius non ſint, niſi in domibus clauſtralibus.

Poſtquam Canonicus electus fuerit & in perceptione fuerit, eccleſiam parochialem non regat.

De conſuetis & coronis cognoſcentibus.

Canonici conſuetas & coronas habeant cognoſcentes. Quicumque renuiverit, per ſubtractionem ſui beneficii ad hoc faciendum compellatur. By

ANNO CHRISTI 1210.

*** CONCILIUM AVENIONENSE,

ANNO CHRISTI 1210.

In quo Milo apoſtolicæ ſedis legatus Tolofanos excommunicavit: item ſub conditione comitem Tolofanum, anno Domini MCCX.

Epp. 35. INterea, *inquit Petrus Vallis-Sarnenſis*, magiſter Milo, qui, ſicut ſupra dictum eſt, in terra Provinciæ, legatione pro pacis & fidei negotio fungebatur, convocavit apud Avenionenſem pro- vinciam conciliium præfatorum. In quo concilio D excommunicati fuerunt & expoſiti cives Tolofani, pro eo quod ea quæ legato & cruce-ſignatis promiſerant de expulſione hæreticorum, contemptim adimplere. Comes etiam Tolofanus in prædicto concilio excommunicatus fuit: ſub conditione tamen, ſi abjurata pedagia de ullo acciperc attentaret.

G. C. Avenionenſe concilium anno ſuperiore celebratum eſt, ſed non a Milone legato, neque in eo necnon de excommunicatione Tolofanorum; nec comitis Tolofani. Quæ geſta eſſe hoc anno patet ex Valliſarnenſi, qui cum cap. 14. narrationem ſuam contigare anno MCCIX, circa feſtum S. Joannis Bapt. prout deinde anni ſpatium exegerat, adſcripſerit nonnumquam diebus perfequi: tum circa feſtum S. Magdalenæ, cap. 15. feſto S. Michaelis; ac denique feſtum dominicæ nativitatis. Hinc cap. 18. cum annus aliarum menſiumque ſatis, tum hujus concilii, quod circa initium anni expoſuit habitum eſſe: cum anno abſolutem Minervæ, quam anno MCCX. captam eſſe conſtat ex Valliſarnenſi cap. 17. & aliis ſcriptoribus, in præterita hyeme apud Montempeſſulanum decaſtris magiſter Milo, ut author eſt idem, cap. 19.

Ex Magiſtro Thol. Anecd. tom. 6. p. 163.

HÆC SUNT HÆRESES

Pro quibus quidam ſacerdotes & clerici Pariſius igne examinati & conſumpti ſunt, quia inventa eſt in illis iniquitas.

Ex MS. Picardico.

IN hunc modum derrahebant creatori qui cres- E turæ erant. Auctoritas ſancta ſic loquitur, opera Trinitatis inſeparabilia. Hi contra Patrem a principio operatus eſt hoc Filio & Spiritu Sancto ut non ad eundem Filii Incarnationem.

Item auctoritas, ſolus Filius incarnatus. Hi contra: Pater in Abraham incarnatus, Filius in MARIA, Spiritus Sanctus in nobis quotidie incarnator.

Item auctoritas, omnia ſub ſole vanitas. Hi contra, omnia unum, quia quicquid eſt, eſt Deus. Unde quidam eorum nomine Bernardus aufus eſt affirmare, ſe nec poſſe cremari incendio, nec alio torqueri ſupplicio, in quantum erat, quia in eo quod erat, ſe Deum dicebat.

Tum Deus viſibilibus erat indutus inſtrumentis, quibus videri poterat a creaturis, & accidentibus corrumpi poterat extrinſecis. Hoc ſi quidem erroré decepti, corpus Chriſti ante verborum profationem viſibilibus panis accidentibus ſubeſſe contati ſunt affirmare, cum contra dicat auctoritas, accidit verbum ad elementum & ſit ſacramentum.

Quod

ANNO CHRISTI 1209.

Quod ſic expoſuerunt: id quod ibi fuerat prius A formis viſibilibus prolatione verborum fubeſſe oſtenditur.

Item Filius incarnatus, id eſt viſibili forme ſubjectus, nec aliter illum hominem eſſe Deum, quam unum ex eis cognoſcere voluerunt.

Item Spiritus ſanctus in eis incarnatus, ut dixerunt, eis omnia revelabat, & hæc revelatio nihil aliud erat quam mortuorum reſurrectio. Inde ſeminiſtros jam reſuſcitatos aſſerebant, ſidem de ſpem ab eorum auctoritate excludebant, ſe ſoli ſcientiæ mentientes ſubjacere.

Item de meritis prælumentes, gratiæ derogantes, mentiri fant bonorum baptiſmatis non egere parvulos e eorum fanguine ſuas propagatos, ſi hæ conditionis mulieribus carnali poſſent copula B commiſceri.

Item Filius uſque nunc operatus eſt, ſed Spiritus ſanctus ex hoc nunc uſque ad Mundi conſummationem inchoat operari. Hujus opinionis hominum quatuor facerdotes, duo diaconi, tres ſubdiaconi comprehenſi ſunt, qui xvIII. Kalendas Decembris juxta S. Honorati baſilicam degradati, XII. Kuleadas menſis nominati inflicti martyrio a ſeculo migraverunt. Horum rauſa quoſdam libros etiam ipſis ſapientibus cognovimus interdictos.

PRÆCEPTA PHILIPPI REGIS FRANCORUM

Ad laicas præſtationes ſuper modo captionis & retentionis clericorum.

PHilippus Dei gratia Francorum rex univerſis ballivis ſuis & juratis communarum ad quos præſentes litteræ pervenerint ſalutem & dilectionem.

Quoniam moleſtum eſt nobis & graviter ſuſtinemus, quod eos damna & gravamina ſepius incurritis, clericos eo modo quod non debetis capiendo, vobis mandantes præcipimus & firmiter inhibemus, ne de cetero aliquem clericum, de quo manifeſtum ſit quod ſit clericus captatis vel arreſtetis, neque incarceretis, niſi eum inveneritis ad preſens forefactum multri, homicidii, adul- D terii, rapus, vel alterius criminis hujuſmodi, vel fanguinis eſſuſi per bracalum, vel per lapidem, vel per arma molura, vel niſi eum deprehenderitis, extra horam in domo alicujus, qui ei damnum fuit prohibuit comes bonis teſtibus. Si autem ad aliquid hujuſmodi forisfactorum præfentialiter & de die captus fuerit aliquis de quo certum ſit quod clericus ſit, ſtatim reddatis eum judici eccleſiaſtico, ſub quo erit ad faciendum de eo id quod ſecundum quantitatem & qualitatem forisfacti fuerit faciendum. Si vero de noche captus fuerit, & eadem nocte a judice eccleſiaſtico requaturit, ſi hora eſt qua poſſit reddi, eum reddatis per bonum teſtimonium. Si vero eum eadem nocte non reddiderittis, quia erit forſitan extra horam; ipſum non militatis eum ſarronibus, vel aliis malefactoribus; ſed perſe in cuſtodii honeſta uſque ad craſtinum ſeveris, & mane antequam requiratur, eum reddatis eccleſiaſtico judici ſub quo erit. Cum vero aliquis capitur, de quo non erit certum quod ſit clericus quando requiſitus fuerit, & conſtiterit eum eſſe clericum, reddatur ut præcipitur eſt. Idem per omnia de omnibus religioſis perſonis volumus & præcipimus obſervari. Actum Compendii anno Domini MCCX. menſe Maio.

DECRETA MAGISTRI PETRI DE CORBOLIO

Senonenſis archiepiſcopi, Pariſienſis epiſcopi & aliorum epiſcoporum Pariſius congregatorum ſuper hæreticis comburendis & libris non catholicis penitus deſtruendis.

C Orpus magiſtri Amaurici extrahatur a cimiterio, & projiciatur in terram non benedictam, & idem excommunicetur per omnes eccleſias totius provincie. Bernardus, Guillelmus de Arſia auriſtber, Stephanus presbyter de veteri Corbolio, Stephanus presbyter de Cella, Johannes presbyter de *Orcines*, magiſter Willelmus Pariſienſis, Dodo facerdos, Dominicus de Triangulo, Odo & Elinaus clerici de S. Clodoardo. Iſti degradentur penitus ſæculari curiæ relinquendi. Urricus presbyter de Lauriaco, & Petrus de S. Clodoardo modo monachus S. Dionyſii, Guarinus presbyter de Sabolio, Stephanus clericus degradentur perpetuo carceri mancipandi. Quatemuli magiſtri David de Dinant, infra natale epiſcopi Pariſienſi afferantur & comburantur, nec non Ariſtotelis de naturali philoſophia, nec non Commenta legantur Pariſius publice vel ſecreto. Et hoc ſub pœna excommunicationis inhibemus. Apud quem inventum quaternuli magiſtri David a natali Domini in antea, pro hæretico habebitur. De libris theologicis ſcriptis in Romano præcipimus quod epiſcopis diœcefanis tradantur, & *Crede in Deum & Pater noſter* in Romano patet vitras ſanctorum. Et hoc infra Purificationem, quia apud quem invenietur pro hæretico habebitur. By

ANNO CHRISTI 1210.

*** CONCILIUM IN VILLA S. ÆGIDII

ANNO CHRISTI 1210.

AB HUGONE EPISCOPO REGIENSI, ET THEODISIO, Legatis apoſtolicis, celebratum anno Domini MCCX. IN QUO RAYMUNDUS COMES TOLOSANUS ITERUM EXCOMMUNICATUS.

Repetenda nobis conſilii hujus memoria ex Petro E Valliſarnenſi, cujus hæc verba: Circa idem tempus (*anno ſcilicet* MCCX.) comes Tolofanus, qui, ſecus ſupradictum eſt, accellerat ad dominum papam, redierat a curia Romana. Dominus autem papa, ſicut ſuperius tetigimus, mandabat epiſcopo Regienſi & M. Theodiſio, ut præfato comiti indicerent purgationem ſuper duobus maxi- cap. 15. me criminibus, ſuper morte videlicet F. P. de Caſtronovo apoſtolice ſedis legati, & ſuper crimine hæreſis. Mariebet vero Theodiſius intravit Tolofam, dum eſſent noſtri in obſidione Minervæ. *Et infra*: Habuit fecretum colloquium cum abbate Ciſtercienſi, ſuper admittenda purgatione comitis Tolofani. M. vero Theodiſius, utpote eiſcumſpectus & providus, de negotio Dei valde ſolli-

a Hæc decreta præcedere debere Principis Philippi regis nonnullis forte videbuntur. Verum hic ordinem ſequimur Mſ. codicis Victorinenſis, qui ea præponit, idque, ut exiſtimamus, quod literas ſuas Philippus rex dederit occidente causa-rum hæreticarum de quibus hic agitur, antequam epiſcopi Pariſius congregati fententiam in eos ferrent.

ANNO CHRISTI 1210.

*solliciti*us, ad hoc omnimodis aſpirabat, ut poſ-
ſet de jure repellere ab indicenda ei purgatione co-
mitem memoratum. Videbat enim quod ſi admit-
teret eum ad purgationem, & ipſe per aliquas
falſitates & dolos poſſet ſe purgare, deſtrueretur
eccleſia in partibus illis, periret fides & devotio
Chriſtiana.

Dum igitur ſuper his omnibus ſollicitus eſſet, &
ſecum tentaret, aperuit Dominus viam: modum
inſinuans quo poſſet negare purgationem comi-
ſſæ dicto. Habuit recurſum ad litteras domni
papæ, in quibus ſummus pontifex inter alia dice-
bat: Volumus ut comes Toloſanus impleat man-
data noſtra. Multa quippe mandata facta fuerant
comiti Toloſano: utpote de expulſione hæreticо-
rum de terra ſua, de diminitendis novis pedagiis; B
& plura alia, quæ omnia adimplere contempſit.
Igitur M. Theodiſius cum ſocio ſuo, epiſcopo Ni-
ſſet Regienſi, ne videretur gravare vel injuriari
comiti Toloſano: præſiverunt ipſi comiti dum
admitteretur purgationis ipſius apud villam Sancti
Ægidii.

Igitur convocatis in villa S. Ægidii ab epiſcopo
Regienſi, M. Theodiſio, archiepiſcopis, & epi-
ſcopis, & aliis plurimis eccleſiarum prælatis: co-
mes etiam affuit Toloſanus, conturus ſi poſſet,
quoquomodo purgare ſe de morte legati, & cri-
mine hæreſeos. Et vero hæreſis de qua de poſſito
prælatorum dixit comiti: quod non admitteretur
purgatio ipſius, eo quod juxta mandatum ſummi
pontificis, coram quo ibi mandata fuerant, & C
quæ ſe impleturum multotiens juraverat, nihil
impleſſet. Dicebat ſiquidem magiſter, quod veri
ſimile erat, immo manifeſtiſſimum, quod comes,

CONVENTUS NARBONENSIS

In quo a Legatis apoſtolicis tribus cum rege Aragonum, comite Montisfortis, & comite Toloſano, de comitum Toloſani & Fuxenſis rebus eſt actum, anno Domini MCCX.

ANNO *Domini MCCX. habitum hunc conven-*
tum eſſe, patet ex ſeria narrationis Petri Vallicer-
nenſis, cujus hæc ſunt verba: Non poſt multos D
dies, convenerunt apud Narbonam tres Aragonen-
ſis, comes Montisfortis, comes etiam Toloſanus, in-
ter ſe colloquium habituri. Huic colloquio affue-
runt Uticenſis epiſcopus, & venerabi. abbas Ciſter-
ciegſi præcipue poſt Deum, Jeſu Chriſti negotium
promovebat. Iſte Uticenſis epiſcopus, Raimundus
nomine, a multis diebus ardenter negotium fidei
diligebat, & quantum poterat promovebat, & 1ſtis diebus ſuper eodem negotio cum abbate Ci-
ſtercienſi legationis officio fungebatur. Affuit &
prædicto colloquio magiſter Theodiſius, de quo
ſuperius facta eſt mentio, & multis aliis viri ſapien-
tes & boni. Tractatum fuit in prædicto colloquio
de comite Toloſæ: & facta fuiſſet ei magna gra-
tia & copioſa miſericordia, ſi idem comes ſanis E
conſiliis acquieſcere voluiſſet. Volebant ſiquidem
abbas Ciſtercii Apoſtolicæ ſedis legatus, quod
comes Toloſanus, damnodo hæreticos de terra
ſua expelleret, omnes dominicarum & proprie-
tates ſuas haberet integras & illæſas. Illa etiam
jura quæ habebat in caſtris aliorum hæreticorum,
quæ ſe dudo ejes erant, quin idem comes dicebat
eſſe ſe innocuum quinquagenta, volebat præſtare le-
gatus, ut quarta vel minor terra pars crederet in
proprietate comitis hæreditati. Spreuit ſupradi-
ctus comes illam ſuæ ſalutis gratiam, Deo utique
in poſterum eccleſiæ ſuæ F

ANNO CHRISTI 1210.

quod ſi comes Fuxi unquam a communione ſanctæ A
eccleſiæ vellet recedere, & a familiaritate & amici-
tia & fervitio comitis Montis-fortis, rex ipſe ad
primam ſuppedictorum legatorum vel comitis no-
ſtri requiſitionem, in manus ipſius comitis noſtri
traderet caſtrum Feuxi. Super hoc dedit rex comi-

ANNO CHRISTI 1210.

ti noſtro litteras ſuas patentes, conventionem iſtam
plenius continentes: & ego qui litteras vidi, te-
nui, & diligenter inſpexi, teſtimonium perhibeo
veritati. Sed quia male poſſes rex ſervavit quod
promiſit, & quantum exinde noſtris reddiderit ſe
infamem, luce clarius innotuit.

CONCILIUM ROMANUM

QUO OTTO IMPERATOR QUARTUS

Per Innocentium papam imperio depoſitus eſt anno Domini MCCX.

Acta conciliiberuſſimus Palmerius in chronico hiſ B
verbis deſcribit: Otto Romæ ab Innocentio
coronatus, ſtatim cum Romanis pugnans Urbe
pellitur, & contra pontificis voluntatem plura op-
pida in Apulia capit, Siciliam quoque fuæ ditioni
adjecit. Quapropter eodem anno, habito Romæ
concilio, impetio depoſitur. *Eadem Nauclerus an-*
no 1211. Pontifex Romanus, *inquit*, monitum
prius imperatorem per litteras & nuntios, deinde
ut rebellem apoſtolicæ ſedi, & inobedientem, a-
nathemate primum, deinde in pertinacia perſeve-
rantem, in concilio celebrato, quod Romæ tum
Innocentius celebrabat, ab imperio depoſitum per-
cuſſit & pronuncivit. *Hæc Nauclerus.*

Otto imperator omnium hominum ergo fedem
apoſtolicam ingratiſſimus, ſtatim quam diadema C
imperii ab Innocentio papa anno Chriſti milleſi-
mo ducenteſimo nono, quinto Idus Octobris con-
ſecutus fuiſſet, in Tuſcia hæreſis, anno ſequente
flagrans odio Friderici regis Siciliæ, qui erat ne-
pos Philippi ducis, ſimulque aſſtuans cupiditate
regni Siciliani, quemque honorum ad eccleſiam
Romanam ſpectantium, omni conatu egit, ut Fri-
dericum ſub eo prætextu, quaſi is imperium am-
bicudo patem imperii turbaret, e regno Siciliæ,
quod erat eccleſiæ feudum, expelleret, eoque per-
vim potiretur.

Innocentius papa epiſtola cenſſima octuageſi-
ma octava, & centeſima octuageſima nona, Otto-
ni reſcripſit, ſe neque Friderico neque iſti alii
fauturum vel auxiliaturum juxta pacta inter u-D
trumque conventa: verum cum regnum Siciliæ ſit
feudum eccleſiæ, non poſſe intermitti quin pater-

ex Collect. Spond. Tom. XII.

CONCILIUM ARELATENSE.

A Theodiſio S. A. L. celebratum ann. MCCX. In quo, Raymundo comiti Toloſano conditiones oblatæ, quibus concordiam cum eccleſia, & ab eo rejectæ.

Qui comitis Raymundi feſta ſcripſit vultari Te-
ſtoſagum idiomate, author eſt, ceſte Guillel-
mo Catello in hiſtoria comitum Toloſanorum,
Raymundum, poſt concilium in villa S. Ægidii habi-
tum, Patris offerveſcatum a legato Theodiſio, dimi-
que dollum Arelate, ubi quid de ipſo ſtatuendum eſ-
ſet, interim in deliberationem adduſtum eſt: parentes
Raymundum, & Arelatem venſſe: oblatas ipſi fuiſ-
ſe conditiones, quibus cum eccleſia recuciliaretur: ſed,
quia ſeveriores erant, oblatas privatim ab nno pa-
tribus, totius concilii nomine, nec promiſſatas: his
autem captivatus conditionibus illas comprehenſas fuiſſe.

I. Comes Raymundus arma ponet, coſque dimit-
tet, qui ſuppetias ipſi venerunt, ne uno quidem
retento.

II. Eccleſiæ obſequens erit, omneſque impen-
ſas & jacturas refarciet: ejque, quandiu vivet, ab-
ſque ulla contradictione ſubjectus erit.

III. In tota ejus ditione nemo niſi duobus cer-
tis nummis gentilem vefcetur.

IV. Idem expellet ejcicietque omnes hæreticos,
eorumque fautores, ab omni ſua ditione.

V. Idem tradet Legato & comiti Montisfortis,
omnes & ſingulos qui ab eo indicati fuerint, ut de
iis ad arbitrium ſtatuant: idque ante annum ver-
tentem.

VI. Nemo in ejus ditione, ſive publico ille ſit,
ſive ſecus, veſtimenta ulla geſtabit pretioſa, ſed
tantum cappas nigras & viles.

VII. Cubella omnia arreſque munitas ſue ditio-

ANNO CHRISTI 1210.

nis, destrui & solo æquari faciet, re nulla ex iis A reliqua.

VIII. Nullus ex suis, licet nobilis, habitabit in ulla urbe vel arce: sed extra, rure, quasi rusticani essent.

IX. In tota ejus terra, nulla tributa solventur, præter antiqua & legitima quæ solvi & exigi solebant.

X. Unusquisque qui familiæ caput est, quotannis denarios quatuor Tolosanos persolvat legato, vel iis per quos exigi legatus jusserit.

XI. Decimas de fundis suis restituat laïci, & emolumenta omnia quæ inde homines sui perceperint.

XII. Cum legatus per comitis terras & ditiones equitabit, neque ipse, neque ullus ex ejus comitibus, sive magnus, sive parvus, solvent quidquam de suo, & impensas nullas facient. Nihil ab eis exigetur: nihil iis constituetur.

XIII. Cum prædicta omnia Raymundus comes perfecerit, trans mare ibit ad bellum contra infideles Turcas, idque in ordine S. Joannis: neque hoc

ANNO CHRISTI 1211.

CONCILIUM PARISIENSE.

ANNO CHRISTI 1213.

A ROBERTO DE CORCEONE, CARDINALE,

Legato apostol. celebratum, pro restituenda ecclesiastica disciplina, anno Domini MCCXII.

PRÆFATIO.

CUm ex injuncto nostræ legationis officio teneamur quæ sunt plantanda plantare, & exstirpare quæ videmus extirpanda, ad hoc ut fructum faciamus, & fructus noster maneat ad informationem Ecclesiæ, auctoritate Domini Papæ & nostra, cum assensu præsentis Concilii, communicato virorum prudentium & religiosorum consilio, constitutiones quæ sequuntur, duximus promulgandas: Incipientes a subditis tanquam a pavimento domus Dei vario lapide strato, ut per medios quasi per parietem gradientes; ad episcopale fastigium quasi rectum perringamus.

STATUTORUM CONCILII PARS PRIMA,

Ad clericos seculares.

TITULI CAPITUM.

1. *De vita & honestate clericorum.*
2. *Ut qui laborarum principio vel fini interfuit, in medio se absentantes, non recipiant portionem.*
3. *Ne beneficiati habeant concubinas aut servos ad venandum; & ut equi phaleras inhonestas.*
4. *Ut qui sunt in sacris ordinibus, pariter & beneficiati, focarias non habeant.*
5. *Ut quilibet clericus prælato suo obediat, eidemque confiteatur.*
6. *De clericis advocationem exercentibus: & ut nec qui beneficiati non sunt.*
7. *De clericis qui juramentum fecerint de non commodando, mutuando, & fidejubendo.*
8. *Ne admittantur quæstuarii prædicatores.*
9. *Ne laïcorum ignoti admittantur ad celebrandum sine idoneo testimonio.*
10. *Ne excommunicatus, interdictus, ignotus, vel alienus parochianus laïcus, ad sepulturam, vel ad communionem admittatur.*
11. *De pallione vel exactione pro Missis, deque sepulturis.*

C *cerdotibus, qui earum multitudine onerati, vel conductitiis aliis sacerdotes habent, vel sibi Missas faciunt.*

12. *Ne ad firmam accipiant, vel dent ecclesias, nisi ne confessionis audiant alicujus.*
13. *Ne festus beneficiorum fiat.*
14. *Ne decanatus pro precio conferantur.*
15. *Ne archidiaconus pretium exigat pro ordinatione presentationis ab ecclesia quæ non vacat.*
16. *Ne in domibus clericorum, religiosorum, &c. fiant inhonestæ comessationes, ludi talorum, & alia indigna.*
17. *Ut capitula conventualium ecclesiarum prælatum extra eligant, si in sua collegia non reperiant dignum.*
18. *Quomodo conferenda e capitulo beneficia, & electiones in ecclesiis tuitenda.*
19. *Ne plura habeant beneficia quibus cura sit animarum.*
20. *Ne beneficia sine hereditate, & ne prædanda licentia discedi, aliquid exigatur.*

CAPUT I.

De vita & honestate clericorum.

Et quoniam ex sui cognoscitur vir, & ab oc- Ezech. culibus facies fenestras: & amictus corporis, & risus dentium, & incessus hominis, enuntiant de ipso: præsentis concilii authoritate inhibemus, ne clerici tonsuram habeant similem laïcali; sed rotundam & circularem, & irreprehensibilem. Præcipimus etiam, ut sint in habitu, & gestu, & conversatione honesta, abstinentes se a confabulationibus frequentibus vel vitiosis in ecclesia & in choro, & a superfluis deambulatione & mora extra chorum dum horæ cantantur, vel Missa celebratur;

ANNO CHRISTI 1213.

tur, per quæ divinum officium impediatur A eidem prælato suo, & non alii confiteatur, vel scandalum generetur. Nec sine justa causa, maxime in majoribus solemnitatibus, post evangelium a choro exeant ante finem Missæ. Si quis autem contra hanc constitutionem nostram venire præsumpserit, si monitus a prælato se non correxerit, beneficii sui suspensione mulctetur. Quod si adhuc contumax extiterit, a superiore excommunicetur.

II. Ut qui horarum principio vel fini interfuit, sis medio se absentans, non recipiant portionem.

Quia vero in quibusdam ecclesiis confuetudo reprehensibilis inolevit, scilicet quod quidam canonici & clerici in horis anniversariis, pro quibus aliquid percipi debet, principio vel fini interfuit, in medio se absentantes, ut inde portionem recipiant: talem consuetudinem reprobantes, statuimus & districte præcipimus decanis ecclesiarum, & his ad quos horum correctio pertinet, ut prædictam consuetudinem vitio cupiditatis & negligentiæ inductam exstirpare procurent, increpando delinquentes, & subtrahendo eis alias debitam portionem.

III. Ne beneficiati habeant canes aut aves ad venandum; & in equis phaleras inhonestas.

Prohibemus etiam universis clericis beneficiatis, ne canes aut aves habeant ad venandum vel aucupandum, aut venationi five aucupationi inserviant. Et ne habeant in equis phaleras inhonestas, aut sellas inhonestè depictas, sed unius coloris tantum, non ad instar vanitatis secularium: nonnullum cum ex his Deum temere videatur, & bonestas ecclesiæ deformetur. Hujus autem constitutionis transgressores, postquam a prælatis suis monitis se non correxerint, pœna prædicta decernimus percellendos.

IV. Ut qui sint in sacris ordinibus, pariter & beneficiati, focarias non habeant.

Inhibemus etiam districtius, ne clerici in sacris ordinibus constituti, etiamsi beneficiati non fuerint, in propriis domibus, vel in alienis, publicè focarias habeant, unde scandalum oriatur. Quod si aliqui contra hujus constitutionis tenorem venire præsumpserint, & ad admonitionem prælati sui focarias non differint, & a se prorsus non expulerint: elapsis quindecim diebus a prima die monitionis, noverint se excommunicationis sententiæ subjacere. Idem etiam de beneficiatis duximus statuendum, adricientes quod post tempus prædictæ admonitionis, ab officio & beneficio se noverint esse suspensos, nec absolvantur, vel ad beneficia restituantur, nisi gravi ab episcopis suis injuncta pœna.

V. Ut quilibet clericus prælato suo obediat, eidemque confiteatur.

Præcipimus etiam, ut quilibet clericus prælato suo debitam obedientiam exhibeat, & non alii confiteatur, nisi de consensu sui prælati, vel ab eo licentia fuerit expetita. Hujus vero mandati transgressores, pœnæ prædictæ de habitu clericorum volumus subjacere.

VI. De clericis advocationem exercentibus; & ut nec qui beneficiati non sunt.

Præterea inhibemus arctius, ne canonicus aliquis, vel alius clericus sufficiens habens beneficium ecclesiasticum, pactione intervenient advocationem exerceat, nec causas penitus delegeratas fecitare assumat, nec eas malitiosè prorahat, vel earum processum debitum per malitiosas dilationes, nec in controversias partis adverse promuat. Sed fuscepta negotia fideliter & diligenter exerceat secundum veritatem; & nullum jus falsum allegans, erga judices se habens reverenter pariter & modeste. Insuper idem districtius inhibemus, & sub excommunicationis inferendæ pœna præcipimus, decanos & alios personis hahentibus ecclesiasticum dignitatem. Inhibemus etiam; ne advocati beneficia ecclesiastica non habentes, immoderata salaria exigere aut extorquere præsumant. Quod si quis contra hæc improbe venire præsumpserit, nisi monitus a prælato destiterit: si beneficiatus est, beneficio privetur; alioquin excommunicetur.

VII. De clericis qui juramentum fecerint de non commodando, mutuando, fidejubendo.

Insuper prohibemus, ne clericus aliquis vel persona ecclesiastica juramentum faciat de non commodando libros, vel domos, vel alias res, vel de non mutuando, vel de non fidejubendo pro aliis; & ne excommunicatio super hujusmodi fiat: & si qua facta est, eam authoritate apostolica & nostra relaxamus, & districte præcipimus non fervari. Si quis vero hujus prohibitionis nostræ contemptor extiterit: si monitus se non correxerit, & beneficiatus fuerit, a beneficio suspendatur; alioquin excommunicetur.

VIII. Ne admittantur quæstuarii prædicatores.

Districte quoque prohibemus, ne quis sit quæstuarius vel conductitius prædicator: nec talibus officium prædicationis committatur, nec ad prædicandum admittantur, sive religiosis portent, sive fine his accedant: nisi ex justa causa, & cum litteris fui diœcesani. Nec prædicatio aliciujus provinciæ eis, vel quibuldam aliis, committatur ad firmam. Transgressoribus hujus constitutionis pœna supradictæ simili percellendis.

IX. Ne sacerdotes ignoti admittantur ad celebrandum sine idoneo testimonio.

Ad hæc inhibemus districtius, ne sacerdotes ignoti, de quorum ordinatione non constat, ad divinorum celebrationem admittantur, sine litteris testimonialibus, vel testimonio bonorum virorum: & eos qui contra hæc

ANNO CHRISTI 1215.

veneriat decernimus puniendos arbitrio prælatorum.

X. Ne excommunicatus, interdictus, ignotus, vel alienus parochianus laicus, ad sepulturam, vel ad communiones admittatur.

Similiter prohibemus, ne excommunicatus aliquem, vel interdictum, vel penitus ignotum, vel alienum parochianum laicum, in præjudicium primi facerdotis, vel ad ſepulturam, vel ad communionem euchariſtiæ ſcienter aliquis ſacerdos admittat, præcipue in ſolennitate paſchali. Tranſgreſſores vero, ſi qui fuerint, pœnæ prædictæ de quæſtoribus ſubjacebunt.

XI. De pactione vel exactione pro Miſſis: deque ſacerdotibus qui earum multitudine onerati, vel conductitios altos ſacerdotes habent, vel ſiccas Miſſas facium.

Præterea a viris eccleſiaſticis monſtrum avaritiæ exſtirpare volentes, auctoritate legationis noſtræ in virtute Spiritus ſancti prohibemus, ne pro annalibus, vel triennalibus, vel ſeptennalibus Miſſarum faciendis, laici vel alii dare aliquid vel legare cogantur in teſtamento: & ne ſuper his aliqua pactio vel exactio, vel ſub aliqua alia ſpecie palliata, a ſacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat: & ne ſuperflua multitudine talium annalium ſe onerent ſacerdotes, ad quæ explenda honeſte ſufficere non poſſint, & propter quæ ipſos oporteat habere conductitios ſacerdotes, vel alia eis vendere facienda. Nec, ut a prædictis ſe exonereut, ſiccas Miſſas faciant pro defunctis, ſub eadem diſtrictione prohibemus, ne ſacramenta eccleſiaſtica vel ſacramentalia ullo modo vendantur, ſicut in concilio Lateranenſi eſt inhibitum.

XII. Ne ad firmam accipiant vel dent eccleſias: neve confeſſiones audiant alienorum.

Authoritate quoque prædicta firmiter inhibemus, ne qui proprias eccleſias habent, alienas eccleſias ad firmam recipiant: & ne, ſnis dimiſſis, in alienis eccleſiis capellani exiſtant, aut proprias dent ad firmam: ſed per ſe ipſos curam exerceeant, niſi forte eos abeſſe ex juſta cauſa oporteat, & de licentia ſuperioris. Et ne qui ſacerdos ſine mandato ſuperioris, aut ejus qui in aliqua parochia curam animarum gerit, confeſſiones recipiat, omiſſis propriis ſacerdotibus, vel contemptis, niſi in articulo neceſſitatis. Tranſgreſſores autem pœna prædicta de quæſtuariis ſtatuimus percellendos.

XIII. Ne ſactio beneficiorum fiat.

Præterea adhærentes concilio Turonenſi, ſectionem beneficiorum eccleſiaſticorum & diviſionem præbendarum fieri prohibemus, decernentes irritum & inane, ſi quid contra hoc fuerit attentatum.

XIV. Ne decanatus rurales pro pretio conferantur.

Inhibemus etiam ne decanatus rurales ad tempus vel in perpetuum pro pecunia vel aliquo pretio alicui conferantur, ſicut ſtatutum eſt in concilio Lateranenſi & Turonenſi. Eos qui contra hæc venerint decernentes, præter pœnas in conciliis comprehenſas, juxta prælatorum arbitrium gravi pœna plectendos.

XV. Ne archidiaconus pretium exigat pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas non viſitat.

Firmiter etiam inhibemus juxta conciſium Toletanum, ne quis archidiaconus exigat procurationem aut pretium pro redemptione procurationum ab eccleſiis quas perſonaliter non viſitat, & quibus debitum viſitationis officium non impendit. Si quis autem contra hoc venire tentaverit: ſi monitus non deſiterit, prædictas procurationes ſibi ſubtrahi præcipimus, ut in eo puniatur in quo deliquerit. Si vero nec per hoc correctus fuerit, excommunicetur,

XVI. Ne in domibus clericorum & religioſorum, &c. fiant inhoneſtæ conſeſſationes, ludi talorum, & alia indigna.

Ceterum inhibemus ne in domibus clericorum, vel religioſorum in civitatibus, vel in atriis eccleſiarum, vel in aliis locis ubicumqi vinum vendi contingit, religioſi illi qui præſunt, inhoneſtas conſeſſationes vel ludos talorum fieri permittant, vel conventionem thibaldorum ibi recipiant. Item ne in locis ſitis extra claustra, ſua authoritate idem fieri faciant ſtriuter prohibemus. Tranſgreſſoribus penas prædicta contra quæſtuarios peciſtentibus.

XVII. Ut capitula conventualium eccleſiarum prælatum extra eligant, ſi in ſuo collegio non reperiant dignum.

Præterea capitulis conventualium eccleſiarum diſtricte præcipimus, ut cum electionem prælati facere debent, ſi in ſuo collegio idoneum non reperiant, extra eligant, & proinovcant in prælatum: nec unquam prohibeant, ne tractatus fiat de aliena perſona.

XVIII. Quomodo conferenda a capitulo beneficia, & electiones in eccleſiis faciendæ.

Inſuper ſtatuimus & præcipimus firmiter obſervandum, quod quando beneficia eccleſiaſtica vacant, quæ ſunt a capitulo conferenda, vel electiones fiunt in aliquibus eccleſiis, publice præfigatur prima quæ ad notitiam abſentum poſſit pervenire: ad quem diem abſentes & præcipue reſidentes commode valeant convenire: qua die illi qui conveniunt in capitulo poteſtatem habeant de prædictis diſponendi & ſtatuendi quod eccleſiæ videbitur expedire. Alias quod ab eis ſuper hoc factum fuerit, decernimus irritum & inane.

XIX.

ANNO CHRISTI 1215.

XIX. Ne plura habeantur beneficia quibus cura ſit animarum.

Ad hæc prædicta authoritate decernimus, ut ſi quis prælatus perſonarum, cui annexa eſt cura animarum .... tam dans quam accipiens ſe noverit excommunicationis vinculo innodandum. Sed & ſecundam electionem decernimus non tenere. Inſuper ſtatuimus quod ſi quis in diverſis eccleſiis ſive in eadem plures habuerit .... five curam animarum in pluribus eccleſiis, uno illorum beneficiorum quod maluerit infra duos menſes dimiſſo, altero ſic contentus: alioquin omnes patronatus amittat, & aliis perſonis idoneis, ab his ad quos collatio pertinet, conferantur.

XX. Ne beneficia ſint hereditaria: & ne pro danda licentia docendi, aliquid exigatur.

Inhibemus etiam, ne quis aliquod beneficium eccleſiaſticum ſibi hæreditario jure vendicet, nec eodem jure a quoquam alii conferatur. Et ne quis pro danda licentia docendi, vel pro ſcholarum regimine conferendo, ante vel poſt aliquid exigere vel exorquere præſumat, Si quis autem contra hanc conſtitutionem venire, vel in fraudem ejus quicquam facere præſumpſerit; ſi monitus a præſato fuo non emendaverit, a beneficio eccleſiaſtico ſuſpendatur. Alioquin ſi contumax fuerit, excommunicetur.

STATUTORUM CONC. PARISIENSIS

PARS SECUNDA.

Ad viros regulares.

Nunc ad viros regulares & ad religioſas perſonas, quas ad domus Dei paſtorem tranſeamus: qui quanto arctius ſe divinis obſequiis manciparunt, & tanto ab inquinamentis hujus mundi abdicare tenentur.

TITULI CAPITUM PARTIS SECUNDÆ:

1. *De ingreſſu ſimoniaco in religionem & de proprietate.*
2. *Ne aliquis recipiatur infra 18. annum.*
3. *Ut ſuſpecta oſtiola, & diverſoria, obſtruantur.*
4. *Ut infirmorum habeatur diligens cura, & eleemoſyna faciende.*
5. *Ut religioſi ſint hoſpitales: & ne fraus circa electiones fiat.*
6. *Ut nullus occaſione nationis tantum, modo ſit idoneus, ab ingreſſu religionis repellatur.*
7. *Ne ſepulti, vel excommunicati, ad religionem, ſepulturam, aut ſacramenta recipiantur.*
8. *Ut qui uni carnubio alligatus eſt, in alterum non recipiat.*
9. *Ne religioſi utantur chirothecis albis, taleamentis ſeculariibus, & aliis minus decentibus: nec extraordinarium conficiantur.*
10. *De mulieris religioſæ diſciplina capitulari.*
11. *Ut religioſa ſeu agenda neceſſaria providentur, ne egrotent mendicare.*
12. *Ut ſubditi humiliter obediant, & prælati diſcrete ac provide imperent.*
13. *Ne abbates propoſitumve ſuos dent monachis ad firmam.*
14. *Ut qui objecto religionis habita in ſcelo vivit, excommunicetur a ſacerdotibus locorum.*

ANNO CHRISTI 1215.

diligentem, & redeus affignati eleemofynæ nullo modo imminuantur, vel aliis usibus deputentur, & fabricæ reftituantur. Idem de infirmariis duximus ftatuendum. Ita quod fecundum loci facultates juxta uniuſcujuſque debilitatem vel infirmitatem omnia eis neceſſaria provideantur.

V. Ut religioſi ſint boſpitales: & ne fraus circa eleemoſynas fiat.

In hoſpitalitate quoque exhibenda, non tantum potentibus & familiaribus, ſed pauperibus & magis indigentibus, ſecundum uniuſcujuſque conditionem & loci facultatem, præcipimus, ut in neceſſariis adhibendis curam adhibeant. Præcipimus etiam, ut eleemoſynæ pauperibus deputatæ ſecundum uniuſcujuſque domus conſtitutionem, ſive in cibariis, ſive in veteribus indumentis, vel calceamentis, miniſtrentur, & ſubtrahantur, ut cauſa familiaritatis illicitæ aliis conferantur. Sed ſi qui circa hujus diſtributionem fraudem feciſſe convicti fuerint; quaſi imitatores Judæ, qui ea quæ mittebantur in loculos Domini ad opus pauperum, fraudulenter aſportabat, a prælatis ſuis graviter puniantur.

VI. Ut nullus oeceſſum boſpitalis intrare, modo ſit idoneus, & ingreſſu religioſis repellatur.

Cum Apoſtolorum princeps dicat: *In omni gente, qui timet Deum & operatur juſtitiam, acceptus eſt illi:* diſtricte præcipimus, ut remota omni acceptione perſonarum, nullus occaſione nationis tantum, dummodo alias honeſtus fuerit, & eccleſiæ credatur eſſe utilis, ab ingreſſu religionis repellatur.

VII. Ne uſſurarii, vel excommunicati, ad religionem, ſepulturam, & ſacramenta recipiantur.

Uſque adeo quorumdam invaluit etiam religioſorum cupiditas, ut manifeſtos uſurarios & alios excommunicatos, ſeu nominatim interdictos, ad religionem, vel ſepulturam, vel alia ſacramenta, irrequiſita ſui prælati licentia, recipere præſumant: propter quod multæ eccleſiæ non modicum damnificantur. Quod de cetero diſtricte fieri prohibemus: & ſi factum fuerit, ad damna reſarcienda illæ eccleſiæ compellantur. Et ſi uſurarios acceperint, uſuras illas a quibus extortæ fuerint reſtaurent: vel ſi inventi non fuerint, denetur pauperibus per epiſcopos locorum.

VIII. Ut qui uni cartubio alligatus eſt, in alterum non recipiatur.

Cum quidam monachi vel religioſi igne cupiditatis adeo ſint inflammati, ut in variis cartubiis varias fraternitates venari non erubeſcant, ut hoc prætextu promoveantur ipſi vel aliqui ſuorum ad aliquem prioratum, vel aliam quamcunque adminiſtrationem: præcipimus, ut nullus ex quo alicui loco religioſo vinculo profeſſionis fuerit obligatus, recipiatur in aliud conventum religio-

ANNO CHRISTI 1215.

ſum: niſi vehementius præſumatur, quod ſincera devotione illud requirat, vel hoc ipſum ſtat cum licentia abbatis.

IX. Ne religioſi utantur chirotbecis albis, calceamentis faccularibus, & aliis minus decentibus. Extra refectorium ne comeſſentur.

Cum non tantum a malo, ſed ab omni ſpecie mali abſtinere nos omnes oporteat, & maxime religioſos, ne inordinatus eorum habitus vel geſtus poſſit offendere oculos intuentium faccularium, unde religioni plurimum detrahatur: inhibemus diſtricte illis authoritate apoſtolica, ne chirotbecis albis de corio quibus uti ſolent faculares, & quæ ſunt quaſi ſignum laſciviæ, utantur; vel calceamentis faccularibus, puta hoſtellis, vel calceis nimis ſtrictis & peractutis, vel pileis quæ vulgo dicuntur de corco, vel operitoriis pretioſis, puta variis, vel griſeis, vel de ciragrillis, vel de cuniculis, vel de venetis. Pannis etiam non utantur niſi nigris vel albis, & non ſumptuoſis, aut fellis pictis, vel diſcoloribus, ſuis vel alienis. Inſuper ſingulares comeſſationes extra refectorium ſine licentia abbatis; vel prioris, abſente abbate; vel ſuperioris, abſente utroque.

X. De multis religioſæ diſciplinæ capitibus.

Cubicula extra dormitorium, niſi illis quibus permittitur propter officium ſuum, ſecundum ſtatutum ordinis, litem in capitulo, rumorem in claſtro, ingreſſum mulierum per loca ſuſpecta, ludos illicitos, puta talorum, fcaccorum, alearum, & huiuſmodi, aucupia, venationes, & illicita juramenta, eis omnino prohibemus. In monaſterio quoque, dormitorio, claſtro, & refectorio, & aliis locis, ſecundum ſtatuta ordinis, ſilentium diſtricte præcipimus firmiter obſervari. Si circa horum obſervantiam prælati eorum manifeſte negligentes fuerint, & nimis remiſſi puniantur pœna inferius præfixa: contra abbates & abbatiſſas manifeſte remiſſas.

XI. Ut religioſi ſter agenti neceſſaria provideantur: ne cogatur mendicare.

Quotieſcumque monachus, vel regularis canonicus egreditur e domo ſua, puta de licentia ſui abbatis, vel prælati: præcipimus diſtricte, ut in equitatura & expenſis ſibi & ſocietati ſuæ neceſſariis ei a prælato ſuo, competenter provideatur, ne in opprobrium Domini & ordinis aliunde mendicare cogatur.

XII. Ut ſubditi humiliter obediant, & prælati diſcrete ac provide imperent.

Quia *melior eſt obedientia quam victima;* ut nec quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria macletur: ſummopere cavendum eſt ſubditis, ne vitium inobedientiæ incurrant, ſed prælatis ſuis in his quæ fecundum Deum funt, & ſtatuta ſui ordinis, humiliter obediant & devote:

Præ-

ANNO CHRISTI 1215.

Prælatis quoque nihilominus in periculo animarum ſuarum injungimus, ut in exercendo ſui magiſtratus officio proprios motus, ſcilicet rancorem & odia, vel affectiones carnales non ſequantur: ſed adeo diſcrete & provide in præcipiendo, ut ſub prætextu debite ſibi obedientiæ ſubditos ſuos nullatenus ſcandalizent: quod quandoque contigiſſe cognovimus, ut & vel honeſti de abbatiis ſuis exire cogerentur.

XIII. Ne abbates præpoſituras ſuas dent monachis ad firmam.

Conſuetudo deteſtabilis in quibuſdam ejusdem nobiis inolevit, ſcilicet quod abbates præpoſituras ſuas quibuſdam monachis ſuis reſidentiam clauſtri quoquomodo eludere cupientibus, ſub certa forma pecuniæ dent ad firmam, & ab ipſis monachis recipiant inde fideiuſſores perſonas faculares. Ex quo non modica ſequuntur inconmoda & ſcandala; quia ſi aliquid exceſſeit ſupra firmam, monachus illud quaſi proprium ſuum retinet. In quo etiam materiam habet inordinate vivendi. Si autem reditus præpoſituræ non ſufficerint ad firmam, quærit per fas & nefas unde poſſit abbati ſatisfacere quodammodo. Quod ne cetera fiat, abbatibus ſub pœna ſuſpenſionis officii ſui inhibemus.

XIV. Ut qui abiecto religionis habitu, in ſæculo vivit, excommunicetur a ſacer dotibus locorum.

Quoniam quidam apoſtatæ ſalutis ſuæ immemores, abjecto Dei timore, de ordine ſuo egredi ſine licentia prælatorum fuorum, & in ſæculo faculariter converſari, abjecto religionis habitu, non verentur: præcipimus, ut quotnes hæc ad notitiam prælatorum pervenerint, ubicumque invenerint tales, dummodo eis de veritate canonice conſtiterit, excommunicentur a ſacer dotibus locorum; & tanquam excommunicati, ab omnibus evitentur.

XV. De excommunicati, vel interdicti, religionem ingredientibus.

Interea de ingreſſuris religionem conſtituimus, quod ſi ſint excommunicati, vel interdicti, vel alia irregularitate vel obligatione alia præpediti, id primo abbati indicent; & ſi eſt cauſa de quo ab eo poſſint ſolvi, abſolvantur: ſin autem, ad majorem abſolvendi remittantur. At ſi per negligentiam vel ignorantiam recepti fuerint tales, & poſtea per confeſſionem vel alio modo de abbate. De eo tamen quod celaverunt, gravis eis pœnitentia injungatur. Et ſi talis eſt caſus, in quo non poſſint abſolvi ab abbate: abbas bona fide apud eum qui habet poteſtatem abſolvendi, beneficium abſolutionis procuret.

ANNO CHRISTI 1215.

XVI. Ne monachi per eccleſias ſinguli pernoctantur, & ſoli.

Cum in concilio Lateranenſi conſtet eſſe ſtatutum, ne monachi per villas & oppida, ſeu etiam per eccleſias parochiales, ſinguli pernoctent, & non ſoli inter faculares homines ſpiritualium hoſtium conflictum expectent: præcipimus quod nullus tam reverendi concilii ſtatutum in hoc caſu tranſgredi præſumat. Quod ſi per negligentiam abbatis vel alterius prælati fuerit attentatum: per ſollicitudinem diœceſani epiſcopi quam citius emendetur.

XVII. Ne qui duos prioratus ſeu obedientias uſurpet.

Cum ſingulos prælatos locis quibus præeſſe debitam oporteat reſidentiam & ſollicitudinem impendere, quod etiam circa ſæculares in Lateranenſi concilio eſt ſtatutum: grave nimis & indecens, quod quidam religioſi duos prioratus vel obedientias ſibi præſumant uſurpare. Quibus timendum potius fuerat, ne, dum ad utrumque feſtinant, neutrum peragant. Unde conſtituimus, ut quicumque contra hoc ſtatutum venire præſumpſerit, in condemnationem ſuæ cupiditatis utroque privetur, ipſo jure.

XVIII. Ut clerici, vel monachi, qui conjurationem fecerint, gradu excidant.

A longe retroactis temporibus, conſtitutum eſt in Chalcedonenſi concilio, quod unum eſt de quatuor principalibus, ut clerici ſeu monachi, quicunque conjurationum, vel conſpirationum, cujuſmodi publicis gerium legibus prohibitum, incurrat gradum a proprio gradu. Et nos tam ſancti concilii veſtigia ſequentes, id ipſum maxime de religioſis qui faciunt partes & conſpirationes in capitulis, vel pro prælato, vel contra prælatum, vel pro quocumque privato commodo, decernimus obſervandum.

XIX. De religioſis advocationem exercere.

Si quis religioſorum, advocationis officio, zelo cupiditatis, functus fuerit, in cauſa ad ſuam domum vel aliam religioſam non pertinente, & maxime ſine licentia ſui abbatis: ipſo jure proprium ſtatum impoſitum ſibi ſentium.

XX. Ut regulares qui extra claſtra juriſprudentia & medicina dant operam, niſi infra duos menſes redeant, ſint excommunicati.

Cum quidam regularium, ut verbis concilii Lateranenſis utamur, ſub obtentu laudabilium fratrum conſulendi corporibus, & eccleſiaſtica negotia fidelius pertractandi, ad leges mundanas legendas, & confectiones phyſicas ponderandas, ut juriſprudentiæ & medicinæ dent operam, de claſtris ſuis exire non formident, & ex eo ipſo deſtituti in interioribus, quando ſe putant alibi in exterioribus providere: ipſius concilii ve-

ANNO CHRISTI 1212.

vestigiis inhærentes, præcipimus, ut nisi infra duorum mensium spatium ad claustrum suum redierint, non obstante abbatis sui licentia, quam dare non potuit, sine excommunicati, & ab omnibus eviterentur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, admittantur.

XXI. Ne bini laceant in lecto,

In contemptum regulæ B. Benedicti, nullatenus permittendum est ab abbate, quod monachi vel canonici regulares bini jaceant in uno lecto, sed singuli in suis lectis, singuli vestiti secundum statuta ordinis. Cum etiam de clericis sæcularibus qui laborant incontinentia contra naturam, *propter quam ira Dei venit in filios diffidentiæ*, & quinque civitates igne combustæ, fit statutum in concilio Lateranensi, ut si deprehensi fuerint, dejiciantur a clero, vel ad agendam pœnitentiam in monasterio detrudantur: multo magis circa religiosos qui iter perfectionis aggressi sunt, hanc juris severitatem duximus observandam.

XXII. Ut numerus monachorum non minuatur.

Cum cultum Domini non oporteat immi- C nuere, sed ad imitationem B. David pro viribus adaugere: indignum nimis est, quod in quibusdam prioratibus numerus monachorum ibidem Deo servientium diminuitur vel adnihilatur, cum ipsæ facultates ecclesiæ non fint imminutæ aut diminuræ. Unde statuimus, ut si abbates vel priores hoc facere præsumpserint, per sollicitudinem diœcesani ordinarii numerus Deo servientium loco suo restauretur.

XXIII. Ne religiosi juramentum faciant de non commodando libros. D

Interdicimus inter alia viris religiosis, ne emittant juramentum de non commodando libros suos indigentibus, cum commodare inter præcipua misericordiæ opera computetur. Sed adhibita considerationis diligentia, ubi in domo ad opus fratrum retineantur, alii secundum providentiam abbatis, cum indemnitate domus, indigentibus commodentur. Et amodo nullus liber sub anathemate teneatur; & omnia prædicta anathemata absolvimus.

XXIV. Ut qui stationes movent, ut mittantur in cellas, arctius in claustro permaneant.

De perturbatoribus pacis in claustro, quorum quidam dicuntur movere seditiones, ut mittantur ad cellas: constituimus, ut si abbati innotuerit, vel ex præcipua eorum consuetudine, vel alio modo hoc eos vitio laborare, diutius & arctius in claustro permaneant, ne ex fraude sua videantur commodum reportare.

ANNO CHRISTI 1212.

XXV. Quod qui merces suas vendunt ad terminum, & cavus propter ipsum terminum, usurariorum culpa obligentur.

Omnes tam sæculares, quam regulares, sive clericos, sive laicos, qui merces suas vendunt ad terminum, ut propter ipsum terminum eas carius vendant; tam pœna quam culpa usurariorum apud Deum & homines decernimus obligatos.

XXVI. Ne clerico vel laico liceat prioratus sinere ad curam.

Prioratus autem nulli clerico vel laico liceat emere ad viram suam; nec in fraude hujus constitutionis aliquid faciat, præcipue cum dicat apostolus: *Ab omni specie mala abstinete vos*: & in clerico, temporis quæstus debeat reputari: nisi causa meliorationis, vel pro urgenti debito, cum assensu diœcesani alicui concedatur. Laicis vero nullo modo detur.

XXVII. Ne ab ingressuris claustrum pastus vel vestimentum exigatur.

Præcipimus etiam sub pœna suspensionis, ne ab ingressuris claustrum, vel pastus vel vestimentum exigantur, neque denarii, neque aliud in fraudem prædictorum, ita quod propter hoc non repellantur.

STATUTORUM CONC. PARISIENSIS

PARS TERTIA.

Ad moniales,

TITULI CAPITUM.

1. *Ne circa moniales verseatur clerici, & servientes suspecti.*
2. *Ut singulæ jaceant in lectis.*
3. *Ne egrediantur ad visitandos parentes, nisi cum custodibus boni testimonii, & ad breve tempus.*
4. *Chorea: ne ducant: quod in sæcularibus quidem licet.*
5. *De vita & honestate, ac pauperitate monialium.*
6. *Ut de bonis monasterii in communi eis necessaria subministrentur.*
7. *Ut confessores sis providentur discreti & honesti.*
8. *Ut abbatissæ negligentes puniantur.*
9. *De iis qui manent in domibus leprosorum, & hospitalibus, ut infirmis & peregrinis ministrent.*
10. *De abbatissis negligentibus circa observantiam & ne sint nimis pingues.*
11. *De iisdem, si vitam reprobam manifeste duxerint.*
12. *De iisdem, si excedant in numero equitaturarum, & si habeant infamiæ vel sacietatem hospitis.*
13. *Ne bona ecclesiæ sint dotes virginum.*
14. *Ut juvenculæ, & suspectæ non recipiantur in domibus religiosorum: ut non amoveant obedientiarios pro cavendo nimis introducendis: ut reddantur rationes accepti & expensæ.*
15. *Ne abbatissæ vel priores magna negotia contrahant, & magnam pecuniæ summam mutuo accipiant, sine consilio seniorum.*
16. *Ne sint nimis misericordes fratribus pœnitentibus, & ne vendant obedientias.*
17. *De his qui proponunt aliquid in capitulo ad correctionem domus.*
18. *Non sinant aliquos in villis vel cellis inordinate vivere.*

19.

ANNO CHRISTI 1212.

19. *Ne in cameris inordinate comedant.*
20. *Ne quis exeat causa eundi ad scholas, sed in claustro addiscat.*
21. *Ne capellanos habeant minus religiosos.*

CAPUT I.

I. Ne circa moniales versentur clerici & servientes suspecti,

Quanto infirmior est sexus mulierbris, tanto monialium prælati, circa earum custodiam, majorem debent adhibere sollicitudinem & cautelam. Unde constituimus & districte præcipimus, quod episcopi diligenter investigent & procurent, ne circa mulieres tales, conversentur clerici vel servientes, qui merito debeant haberi suspecti. Et ut non patiantur clericos sæculares cum juvenibus in monasterio vel in claustro & officinis, maxime in locis suspectis, inanes ba- Gen. 39. bere confabulationes. *Corrumpunt enim bonos mores colloquia prava.* Sed nec earum parentes habeant ad eas secretum accessum sine testimonio seniorum, & omni suspicione carentium mulierum, quæ videlicet cum parentibus earum sciant, si forte parentes earum non sunt.

II. Ut singulæ jaceant in lectis.

Singulæ jaceant in lectis suis, non binæ.

III. Ne egrediantur ad visitandos parentes, nisi cum custodibus boni testimonii, & ad breve tempus.

Si quando de licentia abbatissæ vel priorissæ, justa causa intercveniente, exierint de claustris ad visitandos parentes suos: sine custodibus boni testimonii non educantur, & infra breve tempus ad claustrum redeant, ne Ruth. 1. in sæculo diutius conversentur. *Qui etenim tangit picem, inquinabitur ab ea.*

IV. Choreas ne ducant; quod ne sæcularibus quidem licet.

Choreas in claustro nullatenus ducant, sed nec etiam in alio loco: quod nec etiam sæcularibus licere creditumus. Teste enim Gregorio, melius est ibi dominico arare, vel fodere, quam choreas ducere.

V. De vita & honestate, ac pauperitate monialium.

Quæcunque dicta sunt de monachis, de habitu & gestu honesto, de indumentis & calceamentis & coopertoriis religioni congruentibus, de non habendis propriis: de monialibus secundum statum suum repetita intelliguntur.

VI. Ut de bonis monasterii eis in communi necessaria subministrentur.

Illud etiam inhonestum omnino judicamus, ut propter victum & vestitum singulis modica summa pecuniæ affligatur, & adeo insufficiens, ut aliunde cogantur, & forte ex ignominiosa negotiatione, sibi necessaria mendicare. Quod potius volumus & præciA piendo mandamus, ut de bonis monasterii secundum facultatum exigentiam in communi eis necessaria ministrentur. Si autem facultates ecclesiæ ad hoc non sufficiant, numerus ibidem Deo deservientium per episcopalem sollicitudinem ad eam mediocritatem reducatur, ut ibi remanentes possint competenter vivere de communi.

VII. Ut confessores iis providentur discreti & honesti.

Inter cetera autem illud omittendum non est, quod abbatissæ & capellani earum prohibent ipsis monialibus, ne aliis quam ipsis confiteantur: ne forte si venerint peccata earum in notitiam bonorum faceredotum, debita ultione plectantur. Cum autem dicat Augustinus: Qui vult confiteri peccata sua, quæret faceredotem qui sciat ligare & solvere, & talem, cujum quo magis erubescat. Nam ipsa erubescentia maxima pars pœnitentiæ, ne cum negligens circa se exiterit, negligarur ab eo qui misericorditer monet & petit, ne ambo in foveam cadant. Ideo districte sub divini obrestatione judicii præcipimus, ut episcopi diœcesani curam adhibeant diligentem de salute animarum ipsarum, & confessiones eis providenat discretos & honestos, & omni exceptione majores: ne sanguis ipsarum in die districti judicii de manibus eorum requiratur.

VIII. Ut abbatissæ negligentes puniantur.

Abbatissæ & priorissæ si negligentes fint & remisse manifeste nimis circa observantiam ordinis, & correctionem subditarum vel subditarum, ab officio suspendantur. Et si post admonitionem superioris fe non correxerint, ab officio suo penitus deponantur.

IX. De iis qui manent in domibus leprosorum, & hospitalibus, ut infirmis & peregrinis ministrent.

De domibus leprosorum & hospitalibus infirmorum, & peregrinorum, falubri consilio statuimus: ut si facultates loci patiantur quod ibidem manentes possint vivere de communi, competens eis regula statuatur, cujus substantia in tribus articulis maxime continetur: scilicet ut proprio renuncient, continentiæ votum emittant, & prælato suo obedientiam fidelem & devotam promittant, & habitu religioso non sæculari utantur. Cum autem pauci fani possint multis infirmis competentius ministrare: illud omnino indignum est, ut numerus fanorum ibidem manentium excedat numerum infirmorum aut peregrinorum. Bona etenim ibidem ex devotione fidelium collata, non sint fanorum usibus deputata, sed portius infirmorum. Nec etiam est id fab fientio præterea undum, quod quidam fani viri & mulieres, & matrimonii vinculo cop-

ANNO CHRISTE 1212.

pulati, quandoque transferunt se ad tales domos, ut sub obtentu religionis possint jurisdictionem & poteſtatem eludere ſæcularium dominorum: qui tamen in domo religionis manentes, non minus, immo magis ſæculariter & delicate vivunt, & operibus carnis vacant, quam antea vacare conſueverant. Unde ſtatuimus, ut in habitu religionis religioſe vivant, vel de domibus eiiciantur: ita tamen quod bona domui collata ſecum non aſportent, ne de fraude ſua commodum reportare videantur.

X. De abbatibus negligentibus circa obſervantiam: & ne ſint advocati fœdifex, &c.

Item conſtituimus, ut abbates & priores & præpoſiti religioſorum, ſi fuerint manifeſte remiſſi & negligentes circa obſervantiam ordinis & correctionem ſubditorum, non promoveantur ad dignitates & majora officia: & non ſint judices, vel advocati, vel teſtes, vel aſſeſſores, vel ad alia publica officia admittantur: & ſi poſt admonitionem ſuperioris ſe non correxerint, ab officio abbatis, vel prioratus, vel præpoſituræ depoſnantur.

XI. De iisdem, ſi vitam reprobam manifeſte C *duxerint.*

Si vitam reprobam manifeſte duxerint, idem conſtituimus obſervandum.

XII. De iisdem, ſi excedant in numero equitaturarum, & ſi habeant in familia vel ſocietate juvenes laſcivos.

Idem etiam conſtituimus, ſi habuerint dextrarios, & equitaverint, vel manifeſte vel publice in numero equitaturarum excedant conſuetudinem ſecundum facultatem & dignitatem monaſterii ſui. Et ſi juvenes nimis laſcivos & ſuſpectos in familia ſive in ſocietate ſua manifeſte habuerint, & ex conſuetudine, idem ſtatuimus.

XIII. Ne bona eccleſiæ ſuæ dent cognatis.

Idem conſtituimus, ſi dederint cognatis ſuis bona eccleſiæ ſuæ, niſi pauperibus, & ut pauperibus: vel circa hoc aliquid in fraudem fecerint. Niſi forſan aliquando & raro & modeſte ſecundum facultatem monaſterii darent: ita quod non redundet in gravamen eccleſiæ: & nihilominus admonenatur quod non faciant. Sub eadem poena interdicimus, ne de pròprietate monaſterii reditum vel proventum alligner cognatis. E

XIV. Ut juvenculæ & ſuſpectæ non recipiantur in domibus religioſorum: ut non amoveant obedientiarios provenſanguineis introducendis: ut. reddantur rationes accepti & expenſi.

Inſuper conſtituimus quod non recipiantur juvenculæ vel mulieres ſuſpectæ in domibus religioſorum virorum, niſi habeant feparatas manſiones & remotas a viris. Si contra fecerint, coerceantur per epiſcopos locorum. Et ut non amoveant priores vel obedientiarios pro conſanguineis introducendis, niſi pro manifeſta utilitate eccleſiæ: pro pretio, nullomodo. Si contra fecerint, eidem poenæ ſubjaceant. Et ut ad minus bis in anno cunctis ad hoc ſtatutis temporibus omnes obedientiarii & priores ſuper receptis & expenſis reddant rationem abbati: & abbas nihilominus utrobique fibi adhibitis ſenioribus & diſcretioribus monaſterii ſeptem ad minus, electis a majori parte capituli. Si non fecerint, ab adminiſtratione ſint ſuſpenſi: ſi ſuſpenſi adminiſtraverint, per ſuperiorem deponantur.

B

XV. Ne abbates vel priores magna negotia contra-Elent, & magnam pecuniæ ſummam minus accipiant, ſine conſilio ſeniorum.

Monemus abbates vel priores, ut non contrahent magna negotia, nec magnam pecuniæ ſummam minus accipiant, ſine conſilio habito cum ſenioribus, ad minus ſeptem, ad hoc per capitulum vel majorem partem electis. Si contra fecerint, ſicut in præmiſſo capitulo, puniantur.

XVI. Ne ſint immiſericordes fratribus poenitentibus, & ne vendant obedientias.

Moneantur etiam, & in virtute obedientiæ præcipiatur eis, ut non ſint immiſericordes fratribus poenitentibus, & in humilitate reverti volentibus, ſalva ordinis diſciplina: nec onera importabilia imponant debilibus. Et ut abbates, vel priores, vel capitula, non vendant, vel conferant obedientias fratribus vel aliis, hoc expreſſo quod ad vitam ſuam debeant tenere. Si contra fecerint proximo promiſſam poenam ſubeant.

XVII. De his qui proponunt aliquid in capitulo ad correctionem domus.

Item abbates, vel priores, ne inconſulto capitulo vel majori parte capituli, feſtinanter committantur, vel aliquid faciant, vel ſtatuant contra illum qui aliquid propoſuit in capitulo, de his quæ pertinent ad correctionem domus, vel priorum: & ſi contra fecerint, factum eorum irritum ſit, & nihilominus per ſuperiores puniantur.

XVIII. Non ſinant aliquos in villis, vel cellis, inordinate vivere.

Item ne abbates, vel priores, morari ſufficient aliquos in villis vel obedientiis ita inordinate, ut obliviſcantur ordinis, vel deſuefcant, niſi pro debilitate vel aliqua maniſeſta cauſa. Quod ſi fecerint, per ſuperiorem emendetur.

XIX. Ne in cameris ſint inordinate comedant.

Prohibemus etiam, ne in cameris ſuis inordinate vel temporibus indebitis comedant, niſi manifeſta & juſta cauſa intervenerit. Si contra fecerint, publice imponatur eis poenitentia in capitulo: ita ut poena abſtinentiæ reſpondeat hujus tranſgreſſionis exceſſui.

ANNO CHRISTE 1212.

XX. Ne qui exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro addiſcat.

Prohibemus etiam, ne quis, poſtquam intrat clauſtrum cauſa religionis, exeat cauſa eundi ad ſcholas, ſed in clauſtro, ſi voluerit, addiſcat. Et qui modo ſunt in ſcholis, intra duos menſes ad clauſtrum redeant.

XXI. Ne cappellanos habeant minus religioſos.

Moneantur etiam in virtute obedientiæ, ne cappellanos ſeu minus religioſos, vel ſocios minus maturos ætate vel moribus ſecum habeant.

STATUTORUM CONC. PARISIENSIS

B

PARS QUARTA.

Ad archiepiſcopum & epiſcopos.

POſt tractatum habitum de clericis & viris religioſis, ad eos qui excellentem locum & dignitatis apicem obtinent, & per quos ſtructura templi dominici roboratur, & quaſi per tecti cacumina a nimiis defenditur, non transferamus: qui ornatu morum ceteris præcellere debent, ſicut prominent dignitate.

TITULI CAPITUM.

1. *De vita & honeſtate prælatorum.*
2. *Ne in teſtis audiant matrimon. &c.*
3. *Ut in magnis ſolemnitatibus celebrent, prædicent, vel faciant prædicari.*
4. *Ne ſint venatores: pellibus pretioſis non utantur, aleæ abſtineant.*
5. *Ut in menſa eorum ſint ſacra lectio.*
6. *Ut habeant provides eleemoſynarios: ſint hoſpitales: pauperes audiant: confeſſionibus audiendis vacent: ipſi confiteantur.*
7. *Ut reſideant in poteſtis; maxime in ſolemnitatibus, & in Quadrageſima.*
8. *Ut profeſſionem in conſecratione factam bis in anno legi faciant.*
9. *Quales in cœleſtinibus & procuratoribus eſſe debeant.*
10. *Quales habeant ſuos, & qualem familiam.*
11. *Quales coram miniſtri eſſe debeant, & quales officiales.*
12. *Ne ſint ſimoniaci.*
13. *Ne pecuniam accipiant pro ſigillo, & aliis quæ enumerantur.*
14. *In concedendis beneficiis, in ſtrendis cenſuris, & præbendam eligi, quales eſſe debeant.*
15. *De monomachiis, & judiciis peregrinis.*
16. *Ut a feſtis ſolitum abſtineant.*
17. *Ut Synodum quotannis celebrent: deque ſacramentum confirmationis: exceſſus ſubditorum coerigant.*
18. *Chorea mulierum in cœmeteriis: opera fabrilia diebus dominicis, illicita matrimonia, ne permittant.*
19. *Ut teſtamenta non ſuffiniant infirmari.*
20. *Ut flagitium nec nominandum reſtipent.*
21. *Quomodo puniendi illi, qui illud admiſerint, vel qui in eo corrigendo negligentes fuerint.*

CAPUT I.

De vita & honeſtate prælatorum.

Statuimus itaque, ut prælati habeant co-

ANNO CHRISTE 1212.

A ronas ſufficienter latas, & tonſura eorum ſit orbiculariter rotunda. Sic miræ reſpondeat, ut capilli eam indecenter non excedant. Et ut habitum habeant regularem in longitudine, latitudine, & colore. Geſtus eorum ſit in facie maturus, in inceſſu temperatus, in verbis modeſtus: ita ut juramenta terribilia & turpia non ſolum in uſu non habeant, immo nec etiam coram ſe fieri ſuſtineant: quia per hoc eorum authoritas deformatur.

II. Ne in teſtis audiant matutinas, &c.

Statuimus etiam ne dum fuerint ſani & incolumes, in lectis jacentes audiant matutinas: & ne dum coram eis divina officia celebrantur, ſæcularibus negotiis vel conſabulationibus occupentur.

III. Ut in magnis ſolemnitatibus celebrent, prædicent, vel faciant prædicare.

Statuimus etiam, ut in magnis ſolemnitatibus ipſi per ſe Divina celebrent, & verbum Dei prædicent, vel ſaltem faciant prædicare.

C

IV. Ne ſint venatores: pellibus pretioſis non utantur: aleæ abſtineant.

Prohibemus etiam, ne venatione ſilvatice, ſive aucupio, vel auceltatione, in perſonis propriis utantur. Pellitas etiam . . . . in pallis non utantur: pelles quoque de ceriminis caudatis omnibus eccleſiaſticis perſonis prohibemus. Omnes ludos ad talos & aleas eis firmiter interdicimus.

V. Ut in menſa eorum ſint ſacra lectio.

Statuimus etiam, ut in menſa, ſaltem in principio & in fine, coram eis ſacra lectio recitetur: & ne in menſa hiſtriones, vel mimos, vel eorum audiant inſtrumenta.

VI. Ut habeant provides eleemoſynarios: ſint hoſpitales: pauperes audiant: confeſſionibus audiendis vacent: ipſi confiteantur.

D

Statuimus etiam, ut ſinguli prælati pro vidos & honeſtos eleemoſynarios habeant: ipſi etiam prælati ſint juxta apoſtolum hoſpitales: & ut horis competentibus ad exhibendam juſtitiam & audiendos pauperes publice ſe præſentent. Et in propria perſona frequenter interſint confeſſionibus audiendis, & poenitentiis injungendis. Ipſi etiam per diſcretos confeſſores proprias cicatrices frequenter obducant.

E

VII. Ut reſideant in eccleſis: maxime in ſolemnitatibus & quadrageſima.

In eccleſiis etiam cathedralibus frequenter reſidentes eſſe procurent, præſertim in majoribus ſolemnitatibus, & in tempore quadrageſimali.

VIII. Ut profeſſionem in conſecratione factam bis in anno legi faciant.

Statuimus etiam, ut formam profeſſionis quam in ſua conſecratione fecerint, ſaltem bis

ANNO CHRISTI 1212.

bis in anno, scilicet semel in synodo, & semel in capitulo, publice legi faciant.

IX. Quales in ecclesiarum & procurationibus esse debeant.

Diligenter superfluitatem sociorum & præcipue evectionum caveant. Quando procurationes recipiunt, ne sibi subditos gravent: nec in propriis expensis sint parci, & prodigi in alienis.

X. Quales habeant socios, & qualem familiam.

Statuimus etiam, ut prælati socios habeant integræ opinionis & famæ, habitu compositos, ætate grandævos, fide claros, & competentibus scientiis eruditos, & cubicularios honestos, qui juxta canones sint testes vitæ ipsorum, & suorum conscii secretorum. Familiam habeant frugi, humilem, non superfluam, sed moderatam: ne exactiones indebitas faciant his qui debent episcopos dominos suos procurare.

XI. Quales eorum ministri esse debent: quales officiales.

Camerarius, buticularius, panetarius, cocus, marescallus, janitor, forestschallus, vel eorum servientes, pecuniam, vel aliam rem quam colligunt pro consuetudine accipere, de cetero inhoneste non extorquent, nec stultos, vel infatuatos secum habeant, qui fabulam & derisum populi eos ad derisum moveant, vel cachinnum. Janitores liberales & diffacetos habeant, & non venaliter pro loco & tempore recipiendos recipiant, & præcipue ab ordinandis nihil prorsus exigant. Officiales fideles habeant, & prudentes, sine personarum acceptione gratis justitiam exhibentes.

XII. Ne sint simoniaci.

Quandoquidem gratia, sed non gratis data, gratia non est, simonium generaliter & uniformiter prohibemus: videlicet in ordinum & beneficiorum collatione, in ecclesiarum dedicatione, in virginum benedictione, in illicita serviendum cui creditorum, seu quorumcumque remuneratione, in spiritualibus pro servitio temporali, & in aliis variis articulis simoniæ: salvis honestis & licitis consuetudinibus ecclesiasticorum.

XIII. Ne pecuniam accipiant pro sigillo, & aliis, quæ enumerantur.

Prohibemus etiam ne prælati, vel eorum ministri, ratione sigilli aliquid exigant pro justitia simplici exhibenda: neque pro justitia facienda, vel acceleranda. Neque pro redemptione procurationum, quæ eis ratione visitationis debentur, aliquid exigant, ubi nec per se, nec per alios visitationes faciant. Nec defunctos excommunicatos, in quibus signa pœnitentiæ non comparuerint, pro pecunia sepeliant, vel absolvant. Et ne cum focariis, sacerdotibus, vel clericis, pecuniariter componant: & ne beneficiatis ordinandis propter pecuniam, quominus ordinentur, indulgeant.

XIV. In concedendis beneficiis, in serendis censuris, & in aliis quibuslibet, quales esse debeant.

Statuimus etiam, ne beneficia ecclesiastica, vel dignitates, vel curæ animarum, ministeriis, vel indignis, contra sacros canones concedantur: & ne præcipitanter excommunicent, interdicant, vel suspendant, vel sententient, vel relaxent: & ne ab excommunicatis pœna tantum pecuniaria exigatur, nulla pœna spirituali inflicta: & ne quid exigatur pro redemptione edictorum illorum quæ debent per tres dies solemnes fieri ante despontationem: & ne quis ad beneficium non vacans inflatur: & ne clerici qui minus noti fuerint in litteratura & moribus, fiat examinatione ad sacros ordines sublimentur.

XV. De monomachiis & judiciis peregrinis.

Ne monomachiæ, vel judicia peregrina, in sacris locis, vel cœmeteriis, vel episcoporum præsentia fiant.

XVI. Ut a festis follorum abstineant.

A festis vero follorum, ubi baculus accipitur, omnino abstinentur. Idem fortius monachis & monialibus prohibemus.

XVII. Ut synodum quotannis celebrent: deque sacramentum confirmationis; excessus subditorum corrigant.

Præterea statuimus, ut in singuli episcopatibus, saltem semel in anno, synodus celebretur: & ut pro loco & tempore sint prælati parati ad sacramentum confirmationis liberaliter indigentibus imponendum: & ut excessus subditorum suorum, canonicorum, & clericorum, & virorum religiosorum, nullius odio, gratia, vel timore dissimuleat. Et si fe non correxerint, non patiantur transire ulla tenus impunitos.

XVIII. Choreas mulierum in cœmeteriis, & opera fabrilia diebus dominicis, illicita matrimonia ne permittant.

Prohibemus etiam, ne choreas mulierum in cœmeteriis, vel in locis sacris, obtentu alicujus consuetudinis deduci permittant: nec sustineant opera fervilia seu fabrilia, fieri aranthum, & opera similia, quæ & ipsis facientibus interdicimus, diebus dominicis exerceri. Et ne ullo modo permittant illicita matrimonia contrahi, & maxime in gradibus a canonibus interdictis.

XIX. Ut testamenta non sustineant infirmari.

Statuimus etiam, ut legitima testamenta morientium, & voluntates ultimas defunctorum, nullo modo sustineant infirmari.

XX. Ut flagitium nec nominandum cooperiant.

Insuper specialiter & districte prohibemus illud nec nominandum flagitium, quod summi principis monetam falsificat, & naturæ re-

ANNO CHRISTI 1212.

ANNO CHRISTI 1212.

reverentiam dehonestat: ad quod exstirpandum etiam secundum jura civilia leges insurgere & jura jubentur armari, ut rei tanti fceleris ulcere gladio finiantur. Et quanto fceleribus ejus peccatum, tanto dilectibus in virtute sancti Spiritus præcipimus, ne illud alicubi pullulare sustineant; sed ubicumque deprehenderint, evellant, destruant, & exstirpent.

XXI. Quomodo puniendi, qui illud admiserint, vel qui in eo corrigendo negligentes fuerint.

Et ex auctoritate, qua utimur omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & apostolorum Petri & Pauli, & omnium sanctorum Dei, & præsentis concilii, statuimus: ut qui de cetero, a quindecim annis supra, tale cujusmodi commissse fuerint deprehensi, secundum Lateranense concilium puniantur. Et si canonici conversationalium ecclesiarum in hujusmodi deprehensi fuerint, & in eorum correctione decanus & capitulum negligentes extiterint, per episcopos locorum arctius puniantur. Quod si infatuati fuerint, canonica eis purgatio indicatur in præsentia episcopi, decani & capituli. In qua si defecerint, ab officio & beneficio suspendantur. Hoc autem sub pœna suspensionis episcopis præcipimus exequendum.

ANNO CHRISTI 1212.

Lateran. III. c. 22.

A

B

C

D

E

CONVENTUS APAMIENSIS

EPISCOPORUM ET PROCERUM AD

Simonis Monfortii ditionem bonis moribus ac legibus temperandam. Mense Novembris MCCXII.

ANno incarnationis Dominicæ MCCXII. *ipsaque Petrus Vallifarensis in hist. Albig.* mense Novembris, convocavit nobilis comes Montisfortis episcopos, quotquot terræ suæ, apud cæsum Apamiarum, celebraturus colloquium generale. Causa autem colloquii hujus ista fuit, ut comes nobler, in terra quam acquisierat, functaque R. E. fubjugaverat, inferat fecere bonos mores, hæreticæ fpurcitia procul pulfa, quæ totam corruperat terram illam, bonæ, tam de cultu religionis Chriſtianæ, quam etiam de temporali pace & quiete, conſuetudines plantarentur. Terra fiquidem illa, ab antiquis diebus, depredationibus patuerat & rapinis: opprimebat quippe potens impotentem, fortior minus fortem. Volebat igitur comes nobilis, cunctas conſuetudines, fixoſque limites terræ dominis ponere, quos tranſgredi non liceret: quatenus etiam militet de ſuis tertia & reddis redditibus recte viverent; minor etiam populus fub alio dominorum poſſet vivere, innumeratis exactionibus non gravatus. Ad quas conſuetudines ſtatuendas, electi fuerunt viri duodecim, qui ſuper faciroſnoſda evangelia juraverunt, quod pro poſſe ſuo tales conſuetudines ponerent, per quas Eccleſia ſua libertate gauderet, tota etiam terra in ſtatu firmaretur meliori. De illis autem duodecim electoribus, quatuor fuerunt eccleſiaſtici, duo ſcilicet epiſcopi, Tolofanus & Conſoranenſis, unus templarius, unuſque hoſpitalarius, quatuor præterea Francigenæ milites, quatuor etiam indigenæ, duo militares, & duo burgenſes, per quos dicta conſuetudines, fatis competenter poſitæ & firmatæ. Ut autem conſuetudines illæ inviolabiliter ſervarentur: annexum proſeterentur in medium, nobilis comes, omneſque milites ſui, ſuper quatuor evangelia juraverunt, quod ſupra memoratas conſuetudines nunquam præſumerent violare. Ut etiam majorem obtinerent firmitatem, redacte ſunt in ſcriptum, ſigillo etiam comitis & omnium epiſcoporum, qui ibi plures erãt, firmatæ & munitæ.

ANNO CHRISTI 1213.

CONCILIUM VAURENSE

IN CAUSA PETRI ARRAGONUM REGIS

Comitem Tolofanum protegentis, celebratum anno Domini MCCXIII.

G. C. Bzovii verbis *ex in hoc concilio geſtas Bzovius enarrat*, *ego Petri Vallifarenſis, e quo Bzovius totum hauſerat, verba profero: lineriſque & inſtrumenta ipſa, tum ex Petro eodem, tum aliunde conquiſita.*

Cap. 66.

CIrca feſtum dominicæ apparitionis (*ait Petrus Vallifarenſis*) rex Arragonum Petrus, qui negotio fidei plurimum invidebat, venit Tolofam: & fecit ibi milites, excommunicatis & hæreticis communicando. Mandavitque rex archiepiſcopo Narbonenſi apoſtolicæ ſedis legato, & comiti noſtro, quod volebat habere colloquium cum eis, & de pace & de compoſitione inter comitem noſtrum & hoſtes ſidei tentare. Igitur aſſignata fuit communi aſſenſu dies & locus inter Tolofam & Vaurum, ubi colloquium celebrari deberet. Cum igitur reſſemus ad locum concilii, rex cœpit rogare archiepiſcopum Narbonenſem & epiſcopos, de reſtituendis terris comitibus Tolofano, Convenarum, & Puxenſi, & Gaſtoni de Bearno. Archiepiſcopus autem Narbonenſis reſpondit regi, ut om-

Concil. General. Tom. XIII.

Nn ne

ANNO CHRISTI 1213.

occiderunt. Die vertio poſtquam receſſit rex a loco colloquii, & intravit Tholoſam, ſcripſit literationes ſuas ad archiepiſcopos & epiſcopos noſtros, in hæc verba:

ANNO CHRISTI 1213.

comitibus, & nobili viro Gaſtone de Bearno, veſtra legalis ſerenitas deſtinavit: in quibus etiam literis, inter cetera eccleſiæ filium dicitis vos devotum. Super quo, domine Jeſu Chriſto, ac regali veſtræ celſitudini, juramus quod falſitas ſit, nec: & in conſilio quidquid Deum poſſemus, propter illum mutuum diſtectionem, qua vos & ſancta Romana mater eccleſia, ſtet intelligimus, " ampleditur, & vos jubat, ut ſuper hoc ſecretum " tium excellentiæ veſtræ regalis, admitteremus ad." feſſionis preces veſtras. Super eo quod pro comi- " te Tolloſæ petitis & rogatis: hoc quximus ſcienti- " ater repiæ reſpondendum: quod tam caſtis comitis, " quam filii, quæ pendet ex fidelo patris, authori- " tate ſuperioris eſt a nobis exempta, cum idem co- " mes Tolloſæ, Regiensi epiſcopo & magiſtro Theo- " dilio, ſuiſque complicibus pax, quam petebant, fub " certa forma committi. Unde ſcut credimus, me- " moriter retinetis, quot & quantas gratias dilio " comiti poſt multos exceſſus ipſius, humiliter pe- " tenti: non non & quam gratiam, ad intercedio- " nem veſtram & preces, venerabilis Narbonenſis " archiepiſcopus apoſtolicæ ſedis legatus, tunc ab- " bas Ciſtercii, apud Narbonam & Montempeſſu- " lanum dicto comiti faciebat, biennio, ſi bene " memininus, jam tranſacto. Volebat ſiquidem " idem legatus, omnes dominicatus & proprieta- " tes, eidem comiti reſtituere dicens: Ecce ha- " ut illa jura quæ habebat in caſtris aliorum hæreti- " corum, quæ de feodo ejus erant, ſine alberga, ſi- " ne quiſta, ſine cavalgata, eidem integra remane- " rent. Ex quo patet præceptum eſſe, quæ erant alio- " hæreticorum, quæ de feodo ejus non erant, quæ " idem comes dicebat eſſe quinquaginta, volebat " præfatus legatus, ut quantalis & tenta quæ ea- " rum eadem in proprietatem comitis ſuppraderit. " Spreta vero comes illa magna gratia domni papæ, " ac prædicti legati, & eccleſiæ Dei, veniens di- " recte contra omnia juramenta, quæ ſibi præſti- " terat in manibus legatorum, & addens iniquita- " tem iniquitati, crimina criminibus, mala malis, " eccleſiam Dei & chriſtianitatem, fidem & pacem " cum hæreticis & rupturis impugnavit & adhuc in- " cavit, adeo ut omni gratia & beneficio reddiderit " ſe indignum.

Quod autem pro comite petitis Convenarum, " taliter fuit hoc duxiuus reſpondendum. Pro ce- " to intelleximus, quod cum poſt exceſſus duos mul- " tiplices, & juramenti tranſgreſſionem, fœdus cum " hæreticis & eorum fautoribus contraxiſſet, & ip- " ſum eccleſiam, licet nunquam in aliquo lædat in- " fecit, cum eiſdem peſtilentibus impugnaſſet, licet " poſtmodum diligenter fuerit admonitus ut ceſſaret " a cœptis, & rediens ad cor, tandem reconciliari " per eccleſiæ unitatem: nihilominus idem comes " in ſua nequitia extitit excommunicationis & ana- " thematis vinculo alligatus: de quo etiam, ut di- " citur, comes Tolloſæ literas conſervet, quod ipſe " comes Convenarum, quæ ad guerram impiſti & induxit. Unde idem comes, author per hoc guer- " re & malorum, quæ eccleſiæ multiplicitet per- " turbant, exiſtit. Verumtamen ſi talem fe exhibue- " rit, ut abſolutionis beneficium mereatur, poſt- " modum cum fuerit abſolutus, & habuerit poteſta- " tem ſtandi judicio, ſi de aliquo quereletur, eccle- " ſia ei juſtitiam non negabit.

Petit præterea regia celſitudo, pro comite Fuxen- " ſi. Ad quod taliter reſpondemus; quod conſtat de ip- " ſo, quod hæreticorum extitit a longo tempore " receptator, præſertim cum non ſit dubium, quin " credentes hæreticorum, hæretici ſint dicendi: qui " etiam poſt multiplices exceſſus ſuos, poſt præſti- " ta juramenta, poſt obligationes tam perſonarum » quam

ANNO CHRISTI 1213.

quam rerum, poſt injectionem manuum in clericos, & deſtructionem eorum in terreno, pro quibus cau- ſis & multis aliis, anathematis nuncione percuſſus poſt illum etiam gratiam, quam idem legatus ad interventionem ſuorum, olim ipſi comiti fecerat, " cruentam eadem exercuit in ſignatos, tam literas eos, quam clericos, qui in paupertate & ſimplicitate ſua, contra Vauri hæreticos in Dei ſervitium am- bulabant. Qualis autem & quanta ſit ejus illa gratia, bene recolit, ſcit creditmus, regia celſitudo ad cu- jus preces cum eodem comite compoſitionem facie- bat dilius legatus. Sed quod non fuit facta illa compoſitio ipſum comitem ſecuta, ſatis patet. Extant enim literæ ad dominum comitem Montisfortis te- ſtantes, quod ipſum comitem, talem claufulam continentes. Dicimus etiam, quod comes Fuxenſis non B fuerit ſtare placito illi, & vos poſſeſſa non audieris- tis preces noſtras pro eo, non erimus inde vobis dipucati: verumtamen ſi dederit operam, ut abſo- lutionem beneficium conſequatur, & poſtmodum, cum abſolutionis fuerit gratiam conſequutus, de aliquo quereletur, juſtitiam ei eccleſia non ne- gabit.

Poſtulatis inſuper & rogatis, pro Gaſtone de Bearno, ut reſtituerentur ad terram ſuam, & ad fi- delitates vaſſallorum ſuorum: ſuper quo vobis ta- liter reſpondemus. In alia multa, immo potius infinita, quæ in ipſum Gaſtonem dicuntur, ad pre- ſens ſilentio tranſeamus: conſideratas tamen hæ- reticis & receptatoribus feu defenſoribus eorum C contra eccleſiæ & ſignatos, eſt eccleſiarum & ec- cleſiaſticarum perſonarum manifeſtiſſimus perſe- cutor. Venit in auxilium Tolloſanorum ad obſi- dionem Caſtri Novi: interfectorem Fr. P. de Ce- ſtro Novo appoſitice ſedis legati habet fecum: ru- ptarios diu tenuit atque tenet: in anno præterito, ruptarios in cathedralem eccleſiam Oloronis indu- xit, ubi ſacerdotem de quo poſtmodum pleta con- tineos corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti, in ter- ram deicidit & quod ipſis eſt direre, ipſum corpus Dominicum ſuis manibus expertus & tranſgreſſus juramenta, manus in clericos violentas iniecit.

Pro quibus & aliis cauſis pluribus, quas ad pre- ſens tacemus, idem Gaſto, excommunicationis & anathematis vinculo innodatus. Verumtamen ſi ſatisfecerit eccleſiæ, prout debet, & abſolutio- nis beneficium conſequatur, & conqueſtes fuerit de abſolutione ſua, adiere & ſuper his, ſicut ratio- pro prædictis ſic excommunicatis, clariſſime prin- ceps, veſtram regiam majeſtatem intercedere non decrere, nec nos pro talibus & in talibus audemus aliter reſpondere. Ad hæc, ſignatorum veſtrum regalem monemus & hortamur in Domino, quate- nus ad memoriam revocare dignemini honorem quem vobis fecit fedes apoſtolica, & illum, quem in prædicta illuſtri rege Siciliæ honorio veſtro facit, qui etiam domno papæ in veſtra promiſſio- undione, & quid vobis fedes apoſtolica dederit in mandatis. Quæ omnia ſuo honori ſpectare ſcit, & S. R. E. per multa tempora vos conſervet. Quod ſi per hanc noſtram reſponſionem, veſtræ regiæ majeſtati non fuerit ſatisfactum: nos ob reveren- tiam veſtram & gratiam, domno papæ curabimus intimare. Datum Vauri XV. Kal. Februarii.

Audiens rex Aragonum reſponſiones prælato- rum noſtrorum, videnſque petitiones quas face- rat, ponitius refutatas, affectumque ſuum non poſ- ſe perdici ad effectum: alium circumventionis mo- dum invenit. Miſit itaque nuncios ad prælatos, mandans & rogans, quatenus indicerent comitem Montisfortis ad hoc, ut comiti Tolloſano, cete- riſque fidei Chriſtianæ inimicis, treugas daret ut- que ad futurum proximum Pentecoſten, vel ſal- tem uſque in Paſcha. Quod audientes prælati no- ſtri, annuerunt, ſperantes quod res ob nihil aliud poterent hoc, niſi ut bene ſuccederet in Francia, ſiquæ devotio repreſſeret ſignatorum: petitionem illam, ſicut primas ſecerant, reſtaurant. Quia ve- ro longum eſſet exactam ſeriem ordinem, quæ rex ille mandavit, & noſtri ei reſpondendi du- xerunt: illud breviter dicamus, quod hæc fuit ta- ta intentio fidei regis, laborare videlicet, ut co- pas Tolloſæ, & aliorum fidelgionis Chriſtianæ inimici ſui, reſtituerentur ad terras ſuas, vel ſaltem ipſis treugæ durarent a noſtris, ob intentionem ſupe- riusmemoratam. Quibus verò ex parte noſtri re- ſtantes, hæc terras reddere, nec treugas concede- re voluerunt.

Reſtabat res quod nihil proficere potuiſſet, in grave diſpendium ſanæ fuit partis & honoris ap- poſuit quod excommunicatos & terras eorum quas adhuc tenebant, in ſua protectione reciperet. Et ut ſuum propoſitum ad exactum poſſet perducere, apoſtolicam appellavit: prælati autem noſtri, hanc appellationi, quia multiplicibus ex cauſis frivola erat & invalida, minime deſtituerunt: ſed archie- piſcopus Narbonenſis Tolloſanæ fedis legatus mi- ſit literas in hunc modum.

ILLUSTRISSIMO DOMINO PETRO

Dei gratia regi Aragonenſi, frater A. divina miſeratione Narbonenſis archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in caritate animi, & obſequium Jeſu Chriſti.

NEtelleximus non ſine turbatione multa, ac ama- ritudine animi, quod civitatem Tolloſanam, & ſtrum Montis Albani, & terras propter crimen he- reſeos acalia multa ac nefanda ſcimus, traditas " Gathano, & aliis hæreticis communicare cruciſe ſe- ſeparatas, & cruce-ſignatis authoritate Dei, cujus nomen in his gravitter blaſphemare, expoſitas, " diſponitis in protectione & cuſtodia veſtra recipe- re, ac excommunicationis & anathematis ſententiam " igitur hæc, ſi vera ſint, (quod Deus avertat) non " ſolum in fatuis veſtræ diſpendium, ſed in honoris " & ſanctæ matris eccleſiæ. Verumtamen " ſi fatisfecerit eccleſiæ, prout debet, & abſolutio- " nis beneficium conſequatur, & conqueſtes fuerit " de abſolutione ſua, adiere & ſuper his, ſicut ratio- pro prædictis ſic excommunicatis, clariſſime prin- ceps, veſtram regiam majeſtatem intercedere non " decrere, nec nos pro talibus & in talibus audemus " aliter reſpondere. Ad hæc, ſignatorum veſtrum regalem monemus & hortamur in Domino, quate- nus ad memoriam revocare dignemini honorem " quem vobis fecit fedes apoſtolica, & illum, quem in prædicta illuſtri rege Siciliæ honorio veſtro " facit, qui etiam domno papæ in veſtra promiſſio- " undione, & quid vobis fedes apoſtolica dederit " in mandatis. Quæ omnia ſuo honori ſpectare ſcit, " & S. R. E. per multa tempora vos conſervet. Quod " ſi per hanc noſtram reſponſionem, veſtræ regiæ " majeſtati non fuerit ſatisfactum: nos ob reveren- " tiam veſtram & gratiam, domno papæ curabimus " intimare. Datum Vauri XV. Kal. Februarii.

Audiens rex Aragonum reſponſiones prælato- rum noſtrorum, videnſque petitiones quas face- rat, ponitius refutatas, affectumque ſuum non poſ- ſe perdici ad effectum: alium circumventionis mo- dum invenit. Miſit itaque nuncios ad prælatos, mandans & rogans, quatenus indicerent comitem Montisfortis ad hoc, ut comiti Tolloſano, cete- riſque fidei Chriſtianæ inimicis, treugas daret ut- que ad futurum proximum Pentecoſten, vel ſal- tem uſque in Paſcha. Quod audientes prælati no- ſtri, annuerunt, ſperantes quod res ob nihil aliud poterent hoc, niſi ut bene ſuccederet in Francia, ſiquæ devotio repreſſeret ſignatorum: petitionem illam, ſicut primas ſecerant, reſtaurant. Quia ve- ro longum eſſet exactam ſeriem ordinem, quæ rex ille mandavit, & noſtri ei reſpondendi du- xerunt: illud breviter dicamus, quod hæc fuit ta- ta intentio fidei regis, laborare videlicet, ut co- pas Tolloſæ, & aliorum fidelgionis Chriſtianæ inimici ſui, reſtituerentur ad terras ſuas, vel ſaltem ipſis treugæ durarent a noſtris, ob intentionem ſupe- riusmemoratam. Quibus verò ex parte noſtri re- ſtantes, hæc terras reddere, nec treugas concede- re voluerunt.

Reſtabat res quod nihil proficere potuiſſet, in grave diſpendium ſanæ fuit partis & honoris ap- poſuit quod excommunicatos & terras eorum quas adhuc tenebant, in ſua protectione reciperet. Et ut ſuum propoſitum ad exactum poſſet perducere, apoſtolicam appellavit: prælati autem noſtri, hanc appellationi, quia multiplicibus ex cauſis frivola erat & invalida, minime deſtituerunt: ſed archie- piſcopus Narbonenſis Tolloſanæ fedis legatus mi- ſit literas in hunc modum.

ILLUSTRISSIMO DOMINO PETRO

Dei gratia regi Aragonenſi, frater A. divina miſeratione Narbonenſis archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, ſalutem in caritate animi, & obſequium Jeſu Chriſti.

NEtelleximus non ſine turbatione multa, ac ama- ritudine animi, quod civitatem Tolloſanam, & ſtrum Montis Albani, & terras propter crimen he- reſeos acalia multa ac nefanda ſcimus, traditas " Gathano, & aliis hæreticis communicare cruciſe ſe- ſeparatas, & cruce-ſignatis authoritate Dei, cujus "

ANNO CHRISTI 1215.

etiam Tolosanum qui est propriæ de dominio terræ Principale, & totum illud terræ, quod illi adhuc tenebant, in fua cuſtodia recipere præſumpſit.

Et infra: Videntes igitur noſtri, quod rex detinere non poterat, ſi ſibi reſiſterent, literis, & ſpecialiter nuntiis ſuperſtuis, & nihilominus tempore colloquii & congreſſuum, noſtros ab excommunicatis, quorum cauſam foverbat, permittere aperti ſime & ſatiſfime intellexerunt: à Vauro recedunt. Verumtamen antequam recederent, ſcripſerunt D. papæ de communi negotio eccleſiæ, & de præſato colloquio hunc modum.

Sanctiſſimo patri in Chriſto, ac beatiſſimo domino ſuo Innocentio Dei gratia ſummo pontifici, devoti & humiles ſervi ejus, archiepiſcopi, epiſcopi, & alii eccleſiarum prælati, apud Vaurum pro fide & negotio congregati, cum omni affectione longam vitæ ſpatium, & ſalutis.

iidem episcopi cum monachis supradictis inter se dividenda perceperunt: ita quod tota summa simul conjuncta viginti leporem millium marcarum facit complementum. Residua autem tredecim millium marcarum, quam ad supplementum quadraginta millium marcarum prædictarum solvendæ restant, sub fidejussione Wintoniensis & Norwicensis episcoporum remanserunt, additis literis regis patentibus ad majorem securitatem, juxta quod in literis domini papæ continebatur expressum.

His ita gestis, Nicolaus Tusculanensis episcopus & apostolicæ sedis legatus, in die apostolorum beati Petri & Pauli, in ecclesia cathedrali relaxavit sententiam solemniter interdicti, postquam duraverat annis sex, mensibus tribus, & diebus quatuordecim, ad irretitarabile damnum ecclesiæ, tam in temporalibus quam spiritualibus. Qua relaxatione facta, pulsatum per totam terram, pulsatio, & hymno Te Deum laudamus cantando, exortum est. *Hæc de rebus in Anglia gestis Matthæus Paris.* ANNO CHRISTI 1214.

CONCILIUM APUD MONTEMPESSULANUM

A PETRO BENEVENTANO LEGATO APOSTOLICO CELEBRATUM;

In quo Simoni comiti Montisfortis, dicto Raymundi comitis Tolosani concessa est anno Domini MCCXIV. exeunte.

G. C. Ex histor. Albigensium Petri Vallicernensis monachi, qui cap. 80. celeberrimam & generalissimam concilium vocat. Petri autem authoris contenti, quique illis ipsis rebus interfuit, verba multumsa afferre, quam Storii, ut Bibliæ fecerat.

Cap. 81.

ANno ab incarnatione Domini MCCXIV. in quindena nativitatis Dominicæ, convenerunt apud Montempessulanum archiepiscopi & episcopi vocati a magistro Petro Beneventano apostolicæ sedis legato ad concilium, ut de his, quæ patis erant, & fieri, & fieri legatus secundum prælatorum consilium ordinaret. Convenerunt autem ad illud concilium quinque archiepiscopi, videlicet Narbonensis, Aceitanus, Ebredunensis, Arelatensis, & Auxitanus episcopi XXVIII. plurisque de baronibus terræ ibi affuerunt. *Et infra.* Igitur convenientibus, ut prædictum est, legato, archiepiscopis, & episcopis, abbatibus, & aliis ecclesiarum prælatis apud Montempessulanum, fecit legatus sermonem in ecclesia B. Virginis Mariæ. Posita vocari in domo in qua manebat, archiepiscopos quinque, & episcopos XXVIII. abbates & alios ecclesiarum prælatos innumerables: quibus in unum congregatis, primo eos allocutus est in hæc verba. Repeto & requiro a vobis, fide obediantiæ Divini judicii, & obedientiæ debitæ, quo fuistis & estis tenemini, ut omni gratia, odio, livore postposito, detis nobis fidele consilium, secundum cognitum vestrum, cui melius & utilius, ad honorem Dei & sanctæ matris ecclesiæ, & pacem terræ, ad expugnandum vel expurgandum hæreticorum concedi & assignari debeat. Et quia, quum comes Tolosanus tenuit, & alia terræ quas occupaverunt exercitus Christianorum crucesignatorum.

Omnes archiepiscopi, & episcopi habuerunt longam & diligentem deliberationem, unusquisque cum abbatibus suæ diœcesis & familiaribus clericis suis. Et quia bonum videbatur & rectum, redegerunt in scriptum: & in hoc tandem omnium & singulorum vota & consilia convenerunt, ut nobilem comitem Montisfortis eligerent in terræ illius principem, & monarchiam. *Et post pauca:* Posthuam ergo archiepiscopi & episcopi elegerunt prænobilem comitem modo quo prædiximus, Montisfortis, & ei consilia & auxilia contulerunt, ut ipse statim posset terram terram eidem comiti. Sed habito super his & literas domini papæ, quas misérat legato, interrogatione, quod legatus non poterat illud facere, nisi per mandatum D. papæ. Et hac de causa, cum ipsi archiepiscopi & episcopi Narbonensis, Arelatensis, Aquensis, Auxitanus, & Ebredunensis, & alii prælati, qui fuerunt apud Montempessulanum, fecit legatus sermonem in ecclesia B. Virginis Mariæ. Posita vocari in domo in qua manebat, archiepiscopos quinque, & episcopos XXVIII. abbates & alios ecclesiarum prælatos innumerables: quibus in unum congregatis, primo eos allocutus est in hæc verba. Repeto & requiro a vobis, fide obediantiæ Divini judicii, & obedientiæ debitæ, quo fuistis & estis tenemini, ut omni gratia, odio, livore postposito, detis nobis fidele consilium, secundum cognitum vestrum, cui melius & utilius, ad honorem Dei & sanctæ matris ecclesiæ, & pacem terræ, ad expugnandum vel expurgandum hæreticorum concedi & assignari debeat. Et quia, quum comes Tolosanus tenuit, & alia terræ quas occupaverunt exercitus Christianorum crucesignatorum.

Et Petri Vallicernensis, & alii.

Et alii.

Et alii.

*Et

ANNO CHRISTI 1216.

29. *Ne religiosi usurarios, excommunicatos, interdictos, ad religionem, seu sepulturam, vel alia sacramenta recipiant.*
30. *Ut pannorum tres fraters in privatibus, qui sufficiunt tribus.*
31. *De privatibus, qui tribus fratribus non sufficiunt.*
32. *De pace servanda.*
33. *De eo qui admonitus a paciariis, justitiam facere noluerit.*
34. *De eo qui pacem fregerit.*
35. *De eo qui violatorem pacis receptaverit.*
36. *De eodem.*
37. *Ut juramentum pacis certis temporibus innovetur.*
38. *Ut a violatore pacis non tantum sacramentum accipiatur, sed pignora, vel propria persona.*
39. *Ut fraternæ pacis utrorumque gladio quæratur.*
40. *De vassallo qui contra dominum rebellaverit.*
41. *Ut violatores pacis diebus dominicis excommunicentur.*
42. *Ut in principio Maii conveniant omnes majores paciariæ.*
43. *Ut nova pedagia non imponantur.*
44. *Qui pedagium recipiunt, faciant vias publicas emendari.*
45. *Ne confraternitæ fiant, nisi de voluntate dominorum locorum, & episcopi.*
46. *Ut fiat in singulis parochiis sacerdotes, qui baptizent eorumque sententiam episcopo, & consulibus, aut dominis, indicent.*

CAPUT I.

I. De vestimentis episcoporum.

Quoniam propter incompositum habitum quorumdam regularium personarum & sæcularium clericorum jam adeo laici scandalizantur, quorum frequenter nobis sunt oblatæ querelæ, quod non solum in reverentia viros ecclesiasticos habere contemnunt, verum etiam ipsos & ecclesias aggravant multipliciter & molestant, non erendentes his clericis magis deferendum esse quam laicis, qui non solum a laicis in habitu & alia conversatione non discrepant, verum in his & aliis se magis exhibent dissoluros: nos volentes prædictorum utilitatibus tam spiritualiter quam temporaliter providere, in synodo præsenti statuimus, quin potius sequentes antiqua statuta canonica, districte jubemus, ut quilibet archiepiscopus vel episcopus talaribus vestimentis & camisia linea super alios pannos extra domum suam, si pedes vadat, semper utatur, & idem observet in domo cum curiam publice cum extraneis tenet. Cblamydem quoque talarem habeat super scapulas confutam more Romano, vel cum laqueis constrictam super pectus: ita ut laquei ante pectus, palmi longitudinem non excedant.

II. De vita & honestate canonicorum, & aliorum qui de beneficio ecclesiastico vivunt.

Nullus canonicus cathedralis vel conventualis ecclesiæ, vel alius clericus de beneficio ecclesiastico vivens, fœmis. vel calcaribus deauratis utatur: nec frequenter curias, vel hospitia, vel colloquia mulierum, quod domuciare vulgariter appellatur: quia ex his soler multa dissolutionis & lascivia materia exoriri;

III. De vestimentis eorumdem,

Nullus clericus cathedralis vel conventualis ecclesiæ, vel alius clericus de beneficio ecclesiastico vivens, indumentis, vel caligis rubeis vel viridis coloris, vel manicis consutitiis, vel capellis ferratis, vel annulo, vel cappa utatur manicata. Archidiaconi vero, decani, cantores, & alii qui in ecclesiis cathedralibus vel conventualibus obtinent personatus, superiorem vestem, sive lanea sit, sive linea, clausam habeat, & talarem. Quod & observari volumus a clericis curam habentibus animarum,

IV. De tonsura sive corona eorumdem,

Statuimus insuper, ut clericus cathedralis vel conventualis ecclesiæ, vel "alterius" qui de beneficio ecclesiastico vivit, talem tonsuram ferat, quæ gradum non habeat, sed dirigatur in gyrum, ita quod capilli qui inter inferiorem & superiorem raduram remanent, propter suam rotunditatem meritio possint dici corona,

V. De clerici usuras non exercent.

Item nullus talis clericus pignora pro mutuo recipiat, ut fructus pignorum lucrisciat: nec alias usuras vel negotiationes exerceat, cum hoc sit in sacris canonibus interdictum,

VI. De clericis non habentibus locum, vel beneficium ecclesiasticum, qui habitum compositum non habent.

Si vero clericus non habens locum, vel beneficium ecclesiasticum, habitum suum usque ad mensem non curaverit reformari: in ecclesia cathedrali lectionem, vel epistolam, vel evangelium solemniter legere non permittatur, nec ei beneficium ecclesiasticum assignetur, donec habitum compositum ferat,

VII. Ne episcopi & clerici aves venatorias habeant aut sectent.

Nec episcopus, nec clericus cathedralis vel conventualis ecclesiæ, vel alius clericus de beneficio ecclesiastico vivens, aves venatorias habeat in propria domo. Et si aliquando exeat cum laicis ad venandum gratia spatiandi, quod raro fieri expedit, propria manu hujusmodi aves non portet.

VIII. Ne laici accipiantur in canonicos, nec ad prædendam,

Districte quoque mandamus, quod in nulla ecclesia laici recipiantur in canonicos & in fratres, nec etiam ad prædendam canonicalem quæ consistit in pane & vino, & quibusdam aliis, cum per hoc ecclesiæ multa damna proveniant.

ANNO CHRISTI 1216.

IX. Ut quicumque suprædicta infra quindecim dies a publicatione contempserit admplere, ab officio beneficioque sit suspensus, & a prelato censura ecclesiastica teneatur.

Quia vero quidam propter divitias, & alii propter nobilitatem, nonnulli propter diuturnum abusum quem ad excusandas excusationes in præsentia allegant, suprædicta corrigere parvipendunt, hactenus tam a nobis quam ab aliis sæpius requisiti: quicumque suprædicta vel eorum aliqua, infra quindecim dies postquam hoc mandatum eidem innotuerit, contempserit adimplere; sciat se, ipso facto, mandatum nostrum implevisse, per nostram sententiam ab officio beneficioque suspensum. Quod & circa illum volumus observare, qui postquam semel mandatum nostrum impleverit, venire præsumpserit contra illud. Is autem qui jurisdictionem ordinariam obtinet super eum, postquam ad notitiam ejus devenerit pertinacia contemptoris, suprædictam sententiam publicet, & eum faciat usq; ad satisfactionem condignam per censuram ecclesiasticam observari.

X. Ut prælato qui omiserit id exequi, aditus ecclesiæ sit interdictus.

Quod si ipse prælatus id omiserit exequi infra octo dies postquam innotuerit ei, ex tunc sibi sciat per sententiam nostram, donec id exequatur, ingressum ecclesiæ interdictum.

XI. Ut episcopi beneficia gratis dent, & personis idoneis, &c.

Ad tollendam quoque detractionis causam & materiam scandali, quod contra archiepiscopos & episcopos quoridie generatur, sub attestatione Divini judicii archiepiscopis & episcopis districte præcipimus, ut beneficia ecclesiastica gratis & liberaliter, & idoneis personis affigant; & in sua familia honestos clericos habeant, ut super honestate sua testimonium ei ferant: nec fcienter excommunicatos, in casu a canonibus non permisso, ad colloquium, vel ad propriam mensam admittant. Ecclesias vero sui episcopatus in evectionum numero contra Lateranenſ. statuta Lateranensis concilii non aggravent; & cum ad eas vadunt, corrigant quæ fuerint corrigenda: nec pecuniam pro procurationis redemptione recipiant, quando eas non visitant.

XII. Ut parochiales ecclesiæ adolescentulis, vel confirmatis in minoribus ordinibus non tradantur.

Rel. x. 3.

Item parochialium ecclesiarum curam adolescentibus, vel in minoribus ordinibus constitutis, contra tenorem Lateranensis concilii non concedant.

XIII. De abbatum, monachorum, & canonicorum regularium disciplina.

Quia vero a nonnullis abbatibus & monachis, necnon & canonicis regularibus, multa fieri didicimus, quæ ab observantia diffonant regularis: præsentium vobis auctoritate mandamus, ut nullus de consensu capituli sui *, & ut melius prospiciat, nisi aliqua forte concurrant quæ in canonibus continentur.

XIV. Ut venationes & negotiationes desistent.

Item eam abbates, quam priores, universi monachi, & canonici regulares, venationes & negotiationes prorsus desistent.

XV. Ut ficus, & alia hujusmodi deauratæ non habeant.

Item fræna, pectoralia, & calcaria deaurata & deargentata non deferant, nec depictis cellis utantur.

XVI. De forma vestimentorum.

Item tunicas non habeant curtas, vel apertas ab anteriori, vel posteriori parte, sed longas & clausas.

XVII. De materia eorumdem.

Item non utantur cappis, tunicis, vel pallis, de aliqua brunetta clara vel nigra, nec etiam flamine forti, feu cuniculis, vel etiam camelotto.

XVIII. Ut proprium non habeant.

Item nullus monachus, vel canonicus regularis proprium habeat, nec etiam de sui abbatis vel prioris licentia, cum ipsis hujusmodi dare licentiam non possint. Quod si aliquam obedientiam de sui majoris præcepto teneant, donec illa fecundum loci consuetudinem expendantur, talis regularis non dicitur propter hoc, proprium retinere. Unde firmiter inhibemus, ut in nullo monasterio, vel canonica regulari, certi reditus deputentur alicui monacho, vel canonico certa pecunia pro vestimentis detur, propter quod aliqua de pereguis ad tempus teneat, quia ex hoc datur materia proprium retinendi. Sed in omni monasterio, vel canonica regulari, certi reditus deputentur, de quibus per manus unius qui eos fideliter colligat, fraternus providetur de vestimentis.

XIX. Ut proprietarii in capitulo excommunicentur.

Item mandamus, ut in quolibet monasterio, vel canonica regulari, diebus Dominicis proprietarii in capitulo excommunicentur.

XX. Ut nullus admittatur cum pacto aliquid dando pro receptione.

Item præcipimus, ut nullus in canonicum vel monachum admittatur, cum aliqua conditione, vel pacto, per quod aliquid debeat pro receptione ejus dari.

XXI. Ut in causis alienis advocati non existant.

Item jubemus, quod nulli monachi, vel canonici regulares, in causis alienis advocati existant: nisi forte aliquis casus gravis ne-

cessitatis, vel magnæ utilitatis occurrat, ob quam ab episcopo qui forte regulari loco præest, vel ab abbate, vel priore, idem heri forte mandetur. Quod si contra hoc fecerint, tam a judice quam a parte tanquam excommunicatus & infamis ab hujusmodi advocatione repellatur omnino.

XXII. Ut quæ in mensa superfluunt, pauperibus tribuantur.

Mandamus insuper, ut ea quæ in mensa monachorum vel canonicorum de' justitiis sunt in pane & vino vel pulmentis superfluunt, nullus de servientibus alicui largiri præsumat, sed universa colligatur ab eo qui curam refectionis habet, & juxta ordinationem abbatis, vel prioris, pauperibus tribuantur.

XXIII. Ut canonici regulares amplas coronas portent; monachi amplissimas.

Item præcipimus, ut canonici regulares amplas coronas portent, & monachi amplissimas. Itaque duorum digitorum, vel trium, amplus sit monachis circulus capillorum.

XXIV. Qualia illorum calceamenta esse debeant.

Item non habeant calceamenta cum nodulis, vel alias aperta, sed sint clausa & alta calceamenta illorum.

XXV. Nullus ab una ecclesia transeat ad aliam; neque sine de multis ecclesiis.

Item nullus monachus, vel canonicus censeatur, nisi propter majorem religionem, vel aliam justam causam a canonibus approbatam una ecclesia dimissa, ad aliam transferatur. Quia non potest unum pedem in una, & aliam pedem in alia retinere, quia ex hoc multum dissolutionis, & contemptionis, & evagationis novimus materiam generari. Si qui autem jam facti sunt monachi vel canonici regulares in diversis ecclesiis; cogantur in illa ecclesia morari facere, in qua primo professionem fecerunt, nec in aliis vocem aliquam habeant. Sed si alia in qua professionem postea fecerunt, sit archiorisreligionis, liceat eis in illa remanere.

XXVI. Ut canonici regulares superpelliciis semper utantur.

Item districte præcipimus, ut canonici regulares superpelliciis semper utantur, nisi propter infirmitatem, vel aliam necessitatem, de permissione fuæ regulæ quandoque eis id interdimitatur.

XXVII. Ut nullus monachus, vel canonicus regularis ab aliqua ecclesia teneas aliquid pro prebenda.

Item canonicus regularis cappa nigra & clausa, non vivendi, & consuta pellibus cum equitat, & in absentia, juxta regulam B. Augustini debet ac reverenter.

A *XXVIIII. Ut qui contra prædicta fecerint, sint ab officio suspensi.* Anno Christi 1214.

Item nullus monachus, vel canonicus regularis, a sua, vel alia ecclesia, vel persona ecclesiastica, ecclesiam vel aliquid aliud recipiat, vel teneat pro prebenda, Et si aliqui jam receperunt supradicto modo ecclesiam, vel aliquid aliud: eos mandamus hujusmodi ecclesiis, vel beneficio, per eos ad quos pertinent, absque qualibet dilatione privari.

XXIX. Ne religiosi usurarios, excommunicatos, interdictos, ad religionem, seu sepulturam, vel alia sacramenta accipiant.

Quicumque vero monachus, vel canonicus regularis, contra prædicta, vel aliquod prædictorum, scienter venire præsumpserit; si abbas vel prior fuerit, oporteat usque ad satisfactionem condignam juxta episcopi diœcesani arbitrium per nostram sententiam ab officio & administratione * suspensum. Si vero subditus fit, sive sit regularis canonicus, vel monachus donec congrue satisfecerit, juxta sui abbatis arbitrium, ab officio noverit se suspensum, & ingressum ecclesiæ sibi interdictum.

C *XXX. Ut ponantur tres fratres in prioratibus, qui sufficiunt tribus.*

Cum adeo quorumdam invaluerit religiosorum virorum cupiditas, ut usurarios & etiam excommunicatos, seu nominatim interdictos, ad religionem seu sepulturam vel alia sacramenta recipiant, propter quod multæ ecclesiæ non modicum damnificantur; ne de cetero fiat, præterminationibus anathematis prohibemus; & si factum fuerit, ad refarciendæ damna ipsis ecclesiis compellantur; salvis apostolicæ sedis privilegiis. Cum monasteria & canonicæ regulares, prioratus seu obedientias habeant, & in ipsis singulos fratres ponere consueverint, qui ibidem regulariter vivunt, & quandoque ab uno constituitur de quo possit plurimos providere: statuimus, ut si talis fuerit prioratus in quo tres fratres valeant commorari, tres ad minus fratres ponantur ibidem, & unus ex eis prior fiat, qui curam omnium habeat.

XXXI. De prioratibus qui tribus fratribus non sufficiunt.

E Si vero tot fratribus non sufficit prioratus, cum pauciores vix possent regulariter vivere, duæ vel tres ecclesiæ juxta arbitrium episcopi, ubi præsit episcopus, vel abbatis, seu præpositi, ubi non præsit episcopus, jungantur in unum, & illi priori qui instituetur, respondeant. Et idem prior in illis ecclesiis in quibus non sunt fratres, per faculares capellanos ministret.

XXXII. De pace servanda.

Quoniam in præfenti concilio agitur de negotio Jesu Christi, qui pacis est author, quæ-

quædam super observatione pacis duximus A Anno Christi 1214.
statuenda, quæ volumus firmiter observari. Si quis pacem infra quindecim dies postquam a diœcesano archiepiscopo, vel episcopo, viva voce, vel per literas, seu per nuncium fuerit requisitus, jurare noluerit: ad id ecclesiastica censura cogatur, & ipse fic extra pacem, & homines ejus fi ei faverint: fi vero ei favere noluerint, sed esse velint in pace, & adhæsit paci contra violatores ejus, admittantur. Si quis pacem intrare noluerit, & quærelam de aliero fecerit * * * * in pace non audiatur a pace, donec pacem juraverit: ipse tamen alii respondere compellatur.

XXXIII. De eo qui admittus a paciariis, pactionem facere noluerit.

Qui commonitus a paciariis, infra quindecim dies justitiam ad cognitionem paciariorum facere vel stirpare noluerit: episcopus eum excommunicet, & de pace dejiciat, & terram ejus interdicto supponat. Quod si & homines sui ei faverint, post quatuordecim dies ejiciantur a pace, & reddituræ eis compensum, si quid dederunt; sed & homines ipsi veliint mandatis pacis parere, dimittantur in pace.

XXXIV. De eo qui pacem fregerit.

Si aliquis pacem fregerit, & intraverit postea cum forifacto, vel fine forifacto in civitatem, castrum, vel villam: dominus vel rectores ipsius loci, postquam hoc sciverint, capiant eum, & tamdiu teneant, vel paci adsignent, donec satisfecerit de violatione pacis. Alioquin locus ipse emendet fracturam pacis. Qui totum castrum habet, vel partem castri contra violatorem pacis, & contra conforten locum paciariis cum episcopus fuerit affignet. Et * propter hoc aliquod damnum passus fuerit, qui voluntatem * pacis, pax debet eum manu tenere, & damnum quod passus est propter pacem emendare. Et si duo sunt domini alicujus castri & villæ, & alter illorum pacem fregerit, hominesillius interdicto subjiciantur.

XXXV. De eo qui violatorem pacis receptaverit.

Qui violatorem pacis scienter receptaverit, excommunicetur, & ejiciatur de pace, donec satisfaciat. Itaque etiam pater teneatur pro filio, qui pacem violat: dummodo sit in sua potestate, & obedienssi fuerit ipsique ad illum horum quando pacem violavit.

XXXVI. De eodem.

Si exercitus contra violatores pacis collectus fuerit, & de loco ubi congregatus est se moverit: violator pacis non audiatur, nisi refarciat expensas factas in bobus & aliis, quæ pertinent ad agriculturam, & etiam in strata. Nullus pignoret alium pro alio etiam pro certo debito, nec pro alia causa, nec homines sui debitores creditor pignoret, nisi

pro eo quod domino suo de jure præstare tenetur. Et nisi post datam licentiam a paciariis, quam ipsi præstare debent, postquam eis constiterit quod in loco in quo est suus debitor, creditor ipse justitiam habere non potest.

XXXVII. Ut juramentum pacis certis temporibus innovetur.

Item statuimus, ut quilibet laicus, & quilibet nobilis, infra quindecim dies postquam requisitus fuerit, pacis innovet juramentum, & de cetero juramentum pacis de quinquennio in quinquennium renoveturn.

XXXVIII. Ut a violatore pacis non tantum sacramentum accipiatur, sed pignora, vel propria persona.

B A violatore pacis * firmantis, vel sacramentum solum nequaquam recipiatur, sed pignora, vel persona propria, in bona custodia juxta paciariorum arbitrium retinetur.

XXXIX. Ut fractura pacis utroque gladio quæratur.

Si pax fracta fuerit, ab iis qui sunt intra terminos pacis debet pax fracturam pacis quærere utroque gladio; & si non poterit recuperare, debet emendare de compenso vel de nova colleeta: de quo compenso, seu nova collecta, si compensum non sufficit, debent expensæ fieri equitibus qui cum armis pacem sequuntur.

XL. De vassallis qui contra dominum rebellaverit.

Si qui vassalli, vel homines aliquorum, propria temeritate insurgant contra dominos suos, vel rebellaverint, nisi admoniti a paciariis a fua præsumptione desisterint, pax adsistat dominis contra eos.

XLI. Ut violatores pacis, diebus Dominicis excommunicentur.

D Violatores pacis singulis diebus Dominicis excommunicentur, & in fero post vesperas campanæ omnes per civitatis villas & castra in eorum detestationem pulsentur.

XLII. Ut in principio Maii conveniant omnes paciarii.

Statuimus insuper, ut singulis annis in principio Maii conveniant majores paciarii, & querimonias pacis expediant; & si aliquis articulus dubitationis occurrat, illum prout viderint expedire declarent.

XLIII. Ut nova pedagia non imponantur.

E Præterea sub interminatione anathematis prohibemus, ne nova pedagia imponantur, vel augmententur antiqua, nec hi qui consueverunt pedagia justa recipere, in aliis locis illa recipiant, muratis locis antiquis, sicut quofdam novimus jam feciffe.

XLIV. Qui pedagium recipiunt, faciant vias publicas custodiri.

Barones & domini locorum, seu aliæ personæ quæ pedagium recipiunt, stratas publicas in districtu suo fideliter faciant custodi-

ANNO CHRISTI 1314.

ri: & si forte mercatores, seu alii viatores, in illius districtu qui pedagium receperit, damnum per violentiam passi fuerint, is cujus est pedagium, si eum qui violentiam fecit potest distringere cum auxilio pacis, eum distringat. Alioqui tamdiu eum prohibeat per censuram ecclesiasticam & alio modo pedagium recipere, donec de damno fuerit satisfactum.

XLV. Ne confratria fiant, nisi de voluntate dominorum locorum, & episcopi,

Quia propter conjurationes & conspirationes quæ confratriæ vocantur in civitatibus, villis, & castris, quandoque multa discordiæ materia suscitatur: præsens synodus sub anathematis interminatione constituit, ut in civitatibus, villis, & castris, non fiant de cetero confratriæ, nisi de voluntate dominorum locorum ipsorum, & diœcesani episcopi, propter urgentem necessitatem & evidentem utilitatem id fiat. De his autem confratriis quæ hactenus factæ sunt, & de quibus querelam audivimus, causa cognita, quod justum fuerit faciemus,

XLVI. Ut sint in singulis parochiis sacerdotes, qui hæreticos eorumque fautores, episcopo & consulibus, aut dominis, indicent.

An. 1209. Item capitulum statuit Avinionensis concilii innovantes, sub districti anathematis interminatione præcipimus, ut archiepiscopus & episcopus in singulis parochiis suis, tam in civitate quam extra, unum sacerdotem, & duos vel tres honæ opinionis laicos, vel plures, si opus fuerit, juramento religione constringant: quod si quos ibi receperint hæreticos, credentes, fautores, vel receptores, vel defensores eorum, ipsi archiepiscopo, vel episcopo, & consulibus civitatum, & dominis locorum, seu bajulis eorumdem, cum omni studeant festinantia intimare, & eos puniant secundum canonicas & legitimas sanctiones, habitorumque bona ipsorum omnia confiscantes.

ADDITIO AD CONCILIUM NONPELIENSE.

Ex Collect. ad Append. Tom. XI.

G. C. Concilium hoc, anno MCCXIV. attribuerum ut S. Stephani N. cl. in editione Gallicana post pedestam E. nostram prodire: ut qua ipsi loci, consequenti anno fuisse tribuendum. Ibi enim annus quidem MCCXIV. adscribitur, & dies vi. Id Januarias. Erat igitur tum Gallicanus quidem annus MCCXIV. cum anni exordium a Paschia Galli dicerent: Julianus vero, five Romanus, ad quem exigenda tempora sunt, jam coperat a Calendis Januar. labi decimus quintus.

Quid editioni Balusianæ accedere possit ex nostra, quivis aliter existimet: ego, quæ nobis ista suppeditant, hic pingo.

ANNO CHRISTI 1314.

ATERI LEGATI EPISTOLA AD Arnaldum archiepiscopum Narbonensem.

ANNO CHRISTI 1314.

Concilium quatuor provinciarum apud Montempessulanum indicit.

Patres fortes cruris Christi, Divina miseratione, tituli S. Stephani in Cœlio monte presbyter cardinalis, apostolicæ sedis legatus, venerabili per Dei gratiam archiepiscopo Narbonensi, apostolicæ sedis legato, salutem in Domino.

CUm ex injunctæ nobis legationis officio teneamur generaliter omnium ecclesiarum immo totius Christianitatis, in regno Franciæ, majoribus præsertim necessitatibus subvenire: illuc præcipue in auxilium nos properare convenit, ubi pax & fides catholica periclitatur, & corporum & animarum pariter destructio invalescit, a multis retroactis temporibus dinoscentur. Hac igitur considerazione inducti, & ecclesiæ commoti, tantæ miseriæ compatientes, super omnia nobis necessarium esse videtur, & sine quo propositum nostrum adeo commode provenire non posset, ut ad reformandam & confirmandam fidem catholicam locis in quibus omnino defecit, vel periclitari videtur, omni opere omnique studio laboremus: maxime cum principes & heroes, & fere universum populum ad hoc perficiendum promtum intelligamus & voluntarium ..... Divina inspiratione commotos, nos ad hoc tam sanctum negotium perficiendum promptos excitantes. Non enim conventi sanctæ ecclesiæ aut Christianitati, sanctum Christi negotium contra Albigenses & Tolosanos hæreticos, tot & tantis Divinis promotum miraculis, imperfectum poli terga reliquere, cum jam fit per Dei gratiam in portu debitæ consummationis.

Ex cum in pluribus partibus quatuor archiepiscopatuum, scilicet Bituricensis, Narbonensis, Occitanensis, Burdegalensis, pestem hæreticam conflet nondum penitus extirpatam, non immerito timetur, & jamdiu confirmatis in fide peritiam, & in noxiis conversis celeditatem. Omissis igitur interim quampluribus magnis & arduis sanctæ ecclesiæ negotiis in Francia, deliberatione prehabita diligenti, de multorum bonorum virorum & prudentum consilio, ac principum, baronum, militum, tam cruce signatorum quam aliorum, ad prædicta & alia tractanda ac peragenda, quam ad destructionem omnium hæreticorum, & eorumdem credentium, fautorum, defensorum, & utilitatem & commodum universalis ecclesiæ, pertinere videntur, proponimus celebrare concilium cum prælatis quatuor prædictarum provinciarum, & aliis bonis viris, secundum quod videbitur expedire. Locum autem concilii elegimus competentem apud Montempessulanum: tum pro eo quod satis propinqua est civitati Tolosæ, quæ caput & fautrix elle dinoscitur totius malitiæ hæreticæ pravitatis: tum propter opulentiam loci, & amplitudinem tantæ multitudini necessariam: tum etiam propter securitatem.

Quare vobis cum omni devotione mandamus, ut hoc concilio personaliter interfitis omnibus postpositis, episcopos, abbates, archidiaconos, & alios quos expedire videritis de provincia vestra, tam authoritate vestra, quam nostra, citetis, ut ad prædictum concilium, omni causa & occasione postpositis, personaliter accedant.

Datum Remis VIII. Idus Decembris.

CANONES.

HÆc sunt statuta edita apud Montempessulanum in concilio quod ibi habuit dominus Petrus,

ANNO CHRISTI 1314.

tus, tituli S. Stephani in Cœlio monte presbyter A cardinalis, & apostolicæ sedis legatus, una cum pluribus archiepiscopis & episcopis, & aliis ecclesiarum prælatis & principibus: anno ab incarnatione Domini MCCXIV. die Mercurii post Epiphaniam, VI. Idus Januarii.

Sequuntur canones, editi pag. 91. & sequentibus: quorum canonum quia non eadem est, quæ in nostra editione, distinctio, idcirco eorum ordinem, reprobatemus.

I. II. III. IV. *ut in nostra editione.*

V. Item nullus clericus, taliter pignora pro mutuo recipiat, ut fructus pignorum suos faciat, *&c.*

VI. VII. VIII. *ut in editione nostra, pag. 91.*

IX. Quia vero quidam, *&c. compellitur nonus & decimus nostræ editionis nostra.* B

X. Ad tollendam quoque, *&c. idem est atque nostrum undecimus.*

XI. Item parochialium, *&c. Nobis* XII.

Quo vero ejus nobis XIII. *omissa in Baluzianæ editione deest.*

XII. XIII. *Idem qui in editione nostra,* XIV. XV.

XIV. *Compellitur nostrum* XVI. XVII. *non tamen omnino integros. In nostro* XVII. *pro pallis, corrigas* palliis.

XV. *Item atque nostrum* XVIII. *sed multo nostræ amplior.*

XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. *Idem, qui nobis,* XIX. *& quatuor consequentes. Sed in nostro* XXII. *nihil legitur, sunt in pauc. forte corrigendum, sive in pauc. Item nostri* XXIII. *sic fuerat corrige.* In quod duorum digitorum, vel trium ad plus, *sit, &c. Nostræ autem* XXIV. *plene deest editioni Baluzianæ.*

XXI. Item nullus monachus, *&c. Est nobis* XXV. *nostræ est paulo ampior. Sed ejus initium sic emenda.* Item nullus monachus, vel clericus regularis, nis propter, *&c.*

XXII. XXIII. sunt nobis XXVI. XXVII. In poste, *rigiri fic corrige*, cappam nigram, *&c.*

XXIV. *Compellitur nostræ* XXVIII. XXIX.

XXV. *Est pars nobis* XXX. *nostræ ad*, privilegiis.

XXVI. Cum monasteria, *&c. Est pars secunda nostri* XXX. *& compellitur præterea totum* XXXI.

XXVII. *Compellitur nostrum* XXXII. *& sequentes duodecim, qui nonnulla continent, quæ apud Balu-zium desunt. In nostro* XXXVIII. *ubi firmantis, lege, firmantia. &* XLI. *fic corrige* civitates, villæ, & cultra.

ANNO CHRISTI 1315.

CONCILIUM BITURICENSE

ANNO CHRISTI 1315.

A Roberto cardinale sedis apost. legato, indictum anno MCCXV.

Ex Collect. ad Append. Tom. XI.

Et hoc indictio, at non celebratu concilio, ita constituatur Roberti S. Mariani monachi, ad annum MCCXV. Robertus, *inquit*, S. Stephani in monte Cœlio presbyter cardinalis, cum jam fere per biennium ob negotium cruciis Francium peregrinatis, & propter interitatem suam omnibus fe fecisset exosum: tandem concilium apud Bituri-

CON-

ANNO CHRISTI 1215.

CONCILIUM LATERANENSE IV.

GENERALE.

SUB INNOCENTIO III.

SUMMO PONTIFICE.

HISTORIA EJUSDEM CONCILII.

Willelmus Tyrensis de bello sacro, libro 22. cap. 9. & 10. quem subscribunt Matthæus Parisiensis Anglicus, & Iacobus de Vitriaco.

URANUS fecundus pontifex in Claromontana sedis frequenti concilio, gravi oratione valde conquestus est, Hierosolymitanum regionem, in qua Christus dominus sanguinem vitamque nostram cuncta profudit, cæteraque sancta, illa loca ejusdem Redemptoris nostri consecrata memoria, magno cum Christiani nominis dedecore in Saracenorum manus pervenisse. Quare Christiane reipublicæ regnes, principes, cæterosque Christianos adhortatur ad, ut conjunctis viribus sanctam illam provinciam ex hostium manibus eriperent, & quamprimum ad sacrum bellum se accingerent. Ita hæc pontificis oratio illorum animos incendit, ut pene dicto citius ipsorum undique ad trecenta millia sub diversorum principum ductu coacta sint: ac militari amictu cruce insigni- B to, ut sese offenderent pro Christo domino bellum gerere, Antiochiam primum, mox finitimas regiones, postremo Hierosolymam ipsam, ut permagno labore, ita ingenti gloria fuit adepti: creato itidem in Hierosolymitana urbe & ditione rege Godefredo Bremullense duce, omnium qui aderant principum consensu. Regnatum est Hierosolymis nonaginta circiter annos: ac per id tempus summi Romani pontifices offerto suo ac munere in eo regno tuendo, ac sanctissimis præcedentis non defuere. Verumtamen effici non potuit, quo minus, Guidone rege capto, Urbano tertio pontifice Hierosolyma a Saracenis occuparetur. Cui pontifici cum Gregorius octavus, successisset: is impiger, reges, principes, populosque Christianos omnes excitat cum literis, tum legatis, atque ad Hierosolymam recuperandam urget, Idem præstiterunt qui post eum pontifices fuerunt: sed permulta acciderunt, quæ facto huic bello impedimentum attulere. Innocentius tertius, vir doctrina & moribus insignis, ubi pontificatum inijt, Hierosolymæ recuperationi animum adjecit. Et vero in magnam spem venit, fore ut voti compos fieret, cum eo tempore Latini aliquot principes, expugnata Constantinopoli, Græciam ipsam sub imperio subjecissent, & Balduinus Flandriæ comes Constantinopolitanus imperator effet electus: quique curam adhibuit, ut omnes dissidiorum febrilmate ab ecclesia catholica sejuncti, ad Romanæ ecclesiæ obedientiam reverterentur. Quamobrem D pontifex, & litteris & legatis missis, omnes ad sacrum hoc bellum cohortatus est. Cumque magnopere optaret Innocentius tum Hierosolymitanæ urbis recuperationem, tum universæ ecclesiæ reformationem, sanctum parum vestigia secutus, generale indixit concilium: in quo & depra-

Regnum acquisitum Anno 1099. quam pontificem, & quo tempore Willelmus Neubrigensis lib. 5. c. 3.

Abbas Urspergensis in chronico eo.

Nicetas Belliovacensis, &c. lib. 13. historiæ c. 25. & 31. & alii.

Innocentius in epistola ordinationis concilii.

A vati mores corrigerentur, & hæretici damnarentur, & principes ac populi ad sacrum hanc expeditionem adducerentur. Scripsit igitur omnibus patriarchis & episcopis biennio ante concilii celebrationem, ut ad illud accederent. Scripsit quoque imperatori & regibus, ut ipsi quoque oratores ad synodum destinarent. Cogitur itaque Romæ in Lateranensi ecclesia satis magnum concilium: de quo abbas Urspergensis, qui eo tempore floruit, hæc habet: *Anno ab incarnatione Domini 1215. celebratu est sanctu universalis Synodus Romæ in ecclesia Salvatoris, quæ Constantiniana vocatur, mense Novembri, præsidente domino Innocentio papa tertio: præsidebant ei quidem 28. In qua fuerunt episcopi 412. inter quos existerunt de præcipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus: Archiepiscopi vero, & episcopi, abbates, & priores, & capitularum absentium procuratorum non fuit exiguus numerus comprehensus. Legationum vero ex Sicilia & Romanorum imperatorem illi, imperatoris Constantinopolitani, regis Francia, regis Anglia, regis Hungaria, regis Hierosolymitani, regis Cypri, regis Aragonia, necnon & aliorum principum, & magnatum, civitatumque, aliarumque locorum ingens fuit multitudo.* Hæc Urspergensis. In quo concilio primum explicata est catholica fides contra variis hæreticorum errores. Damnatus liber Ioachim abbatis in Petrum Lombardum de unitate sanctissimæ Trinitatis. Damnatum quoque dogma perversum impii Almarici, de quo fusius Nicetas Belliovacensis. Multa de hæreticis decernebantur, ac punendis, ac de Græcis, qui ad catholicam fidem reverterant, statuuntur. Item plerasque alia catholicæ ecclesiæ valde utilia, quæ omnia capitibus fere prima editionis sunt, ac in Gregorii noni decretalium collectione continentur. Postremo, pro recuperatione terræ sanctæ, multæ indulgentiæ & privilegia concessa sunt ad sacrum illud bellum euntibus. Ad subsidium bello contendum omnes cohortatus. Atque ipse una cum cardinalibus, cæterisque prælatis, non exiguum vim pecuniæ collaturum se ipse promisit. Tum excommunicat quoscumque, qui arma, naves, aut auxilia quavis Saracenis suppeditant. Precipit denum, ut pax in Christiano orbe toto, falsem per quadriennium, conseruetur.

Epi-

ANNO CHRISTI 1215.

EPISTOLÆ.

INNOCENTII PAPÆ III.

Ad hoc concilium spectantes,

Universis Christi fidelibus per Moguntinam provinciam constitutis.

Ex regesto Rothomagensis concessionis III. lib. 15. Epist. 28.

QUIA major nunc instat necessitas, quam unquam institerit, ut terræ sanctæ succurratur desiderium, & de facturis patrum memoria, quæ cum magnum provenerit, utilitas proventura: cece resumpto clamore, clamamus ad vos, & pro illo clamamus, qui moriendo, voce magna clamavit in cruce, ut subditos obedientes Deo Patri usque ad mortem crucis, clamans, ut nos ab aeterna morte exiperet cruciata. Qui clamat etiam per se ipsum, & dicit: *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me:* ac si diceret manifestius: Qui vult me subiequi ad coronam, me quoque subiequatur ad pugnam, quæ nunc ad probationem propositur universis, Poterat enim omnipotens Deus terram illam, si vellet omnino defendere, ne in manus tradereetur infidelibus. Posset etiam, si vellet, de manibus hostilibus facile liberare, cum nihil possit ejus resistere voluntati. Sed cum jam superabundaret iniquitas, refrigescere caritate volentium: ut fidelis tuus a tumno mortis ad vitæ studium exsitaret, agonem illis proposuit, in C quo fidem eorum velut aurum in fornace probaret, ecclesiam salutis, immo salvationis gaudium præstando: ut, qui fidelitet pro ipso certaverint, ab ipso feliciter coronentur; & qui ei noluerint in tanto necessitatis articulo debitæ fervitutis impendere famulatum, in novissimo districti examinis die justum meritantur damnationis sententiam subire. O quanta jam provenit utilitas ex hac causa, quam multi convertit ad penitentiam pro liberatione terræ sanctæ manipaverunt se obsequio Crucifixi, & quasi per agonem coronam gloriæ tunt adepti, qui forte in suis iniquitatibus perissent, carnalibus voluptatibus & mundanis illecebris irretiti! Vetus est hoc artificium Jesu Christi, quod ad fanum salutem fidelium dilectio illa dignatus est innovare. Si enim aliquis rex temporalis a suis hostibus ejiceretur de regno, nisi vasalli ejus pro eo non foris res exponerent, fed personas, nonne, cum regnum recuperare affumeret, eos velut infideles damnaret, & exco gitaret in eos inexcogitata tormenta, quibus perderet male malos? Sic & rex regum, dominus Jesus Christus, qui corpus & animam, & terra subjecta sustinet, de ingratitudine vasallorum & infidelitatis crimine vos damnabit: si ei quali ejecto de regno, quod pretio sui sanguinis comparavit, negligentes fuerimus. Sciat ergo fe culpabiliter dorum & dure cultabilem, quisunque in hoc necessitatis articulo fuum negaverit obsequium Redemptori. Nam si guis filii vel mobilium quid hæreditatis paternæ fentiret dure abalterum: mos fecundum morem mundanum totis viribus laboraret, ut fuam vindicaret injuriam, & violentiam propulsaret; nec rebus parceret nec personis, donec ex toto recuperaret sensibus: Quomodo ergo poterit excusari qui nec mediocriter laborare studuerit pro punienda sui Redemptoris offensa & ejus injuria ulciscenda, dum parcendo rebus & personis impedit, ne loco necessariæ passionis & refurrectionis Dominicæ, in quo Deus rex noster ante saecula saluteni in medio terræ dignatus est operari? Quomodo etiam fe-

A cundum præceptum Divinum diligit proximum A. cap. sicut fuum ficut feipfum, ficut feipfum eft, qui fcit fratres fuos, fide ac nomine Chriftianos, apud CHRISTI 1215. perfidos Saracenos ergaftulo diri carceris detineri; ac jugo depetitæ gravifimæ fervitutis, & ad libertatis ignem eruti, efficacem operam non impenderit, transgrediendo illius naturalis legis mandatum, quod Dominus in evangelio declaravit: *Quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & Matth. 7. Luc. 6.* vos facite illis. An forte oefcitis quod apud illos multa millia Chriftianorum in fervitute ac carcere detinentur, qui tormentis innumeris cruciantur? Et quidem omnes pene Saracenorum provincias, ufque poft temporaSancti Gregorii, Chriftiani populi polfederunt: fed extunc quam pertidiam illius Machometus pfeudoprophetæ furrexit, qui per fuccifares illecebras & voluptates carnales multos a veritate fedavit: Cujus perfidia, ceu ufque ad hæc tempora invaluerit, confidimus tamen in Domino, qui jam fecit nobifcum fignum in bonum, quod finis hujus jubilæ appropinquat, *cujus numerus*, fecun- Apoc. 13. dum Apocalypfim Ioannis, *intra fexcenta fexaginta fex claudituc*: in proximo fcilicet per operationem Spiritus fpiritforma, qui caritatis igne corda fidelium ardentius fingelentia accendet: ex quibus jam pene fexcenti funt anni completi. Certe propter priores injurias grandes & graves Redemptori noftro pro noftris offen- Cave prædes, quas per Saracenos illatas, super in monte Thabor, ubi difcipulis fuis futuræ glorificationis fpeciem demonftravit, idipfum perbidi Saracenis quotidie manifeftatis arcem in confufionem Chriftiani nominis erexerunt: per quam civitatem Acon ibi valde vicinam de facili cogitant occupare, ac deinde hinc omni contradictionis obftaculo remoto, in noviffore, cum fit tyribus & opibus pene penitus opftitura. Expropter igitur, dilectiffimi fili, diffenfiones & æmulationes fraternas in pacis & dilectionis fœdera commutantes, accingeminii ad obfequium Crucifixi: non dubitantes pro illo res exponere ac perfonas, qui pro vobis animam fuam pofuit, & Sanguinem fuum fudit; certi quippe & fecuri, quod fi vere ponitentes fueritis, per hunc temporalem laborem, quali quodam compendio, ad requiem pervenietis æternam. Nos enim de omnipotentis Dei mifericordia, & de beatorum apoftolorum Petri & Pauli authoritate confifi, ex illa quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atque folvendi contulit poteftate, omnibus, qui laborem illum in propriis perfonis fubjerint & expenfis, plenam fuorum peccatorum, de quibus veraciter fuerint corde contriti & ore confeffi, veniam indulgemus, & retributionem ipforum in falutis æternæ poffe mur angemem. Eis autem qui non in perfonis propriis illum laborem, fed in illo fuerint expenfis, juxta facultatem & qualitatem fuam, viros idoneos deftinaverint, & illis fimiliter, qui licet in alienis expenfis, in propriis tamen perfonis aliquam peregrinationis laborem impenderint, plenam fuorum veniam concedimus peccatorum. Hujus quoque remiffionis volumus & concedimus effe participes juxta quantitatem fubfidii, & devotionis affectum, omnes qui ad fuberentionem ipfius terræ de bonis fuis congruo miniftrabunt. Perfonas quoque ipforum, & bona, ex quo cuncta affumpferint, fub fancti Petri & noftra protectione fufcipimus: nec non & fub archiepifcoporum, & epifcoporum, & omnium prælatorum eccleſiæ Dei defenfione conſtant, ſtatuentes ut, donec de ipforum obitu vel reditu certiſſime cognoſcatur,

ANNO CHRISTI 1215.

tur, integra maneant, & quieta consistant. Quod A si quispiam contra præsumpserit, per ecclesiarum prælatos, appellatione postposita, censura ecclesiastica compescatur. Si qui vero præfici dictorum illuc, ad præstandas vsuras juramento tenentur adstricti: creditores eorum per ecclesiarum prælatos, ut remittant eis præstatum juramentum, & ab vsurarum exactione desistant, eadem præcipimus districtione compelli. Quod si quibus creditorum eos ad solutionem coegerint vsurarum, eum ad restitutionem earum simili cogi mandamvs forma mandamus: sudores autem remittendas ipsis vsuras per seculares compelli præcipimus potestatem: & donec illas remiserint, ab universis Christi fidelibus, tam in mercatibus, quam in aliis, per excommunicationis sententiam eis omnino communio denegetur. Ut autem terræ fas- B sio subsidium diviſum in plurimos facilius impendatur, obtestamvr omnes & singulos, per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum solum verum, unum æternum Deum posſvltantes vice Christi pro Christo, ab archiepiscopis, & episcopis, abbatibus, & prioribus, & cæteris clericalibus quam conventualium ecclesiarum capitulis, & clericis universis, nec non civitatibus, villis, & oppidis, comparentem nunciorum beltrorum cum propriis facultates. Et ſi ad hoc, unum quodlibet non ſufficeret, plura conjungantur in unum: quia pro certo speramus, quod pecuniæ non deerunt, & expensæ non deſint: poſtulantes hoc ipſum a regibus, & principibus, comitibus, & baronibus, aliisque magnatibus, qui fortitan per ſeipſos personaliter non accedirent ad obſequium Christi. A civitatibus vero maritimis naves fubdidium poſtulamus. Et ne aliis onera gravia & importabilia imponere videamur, quæ digito noſtro movere nolimus: præterimus veterem Dei decimam, quia quod ab aliis exigimus facilendum, hoc ipſi prompto animo facite nobis. Clericis autem ad hoc negotium neceſſarijs providentibus indulgentiam, ut, omni contradictione ceſſante, beneficiorum ſuorum proventus propter hoc valeant uſque ad triennium poſſint obligare. Quia vero ſubſidium terræ ſanctæ multum impedirivel tardat, ſi contingerit, ſi ante ſuſceptionem crucis examinari quemlibet D oporteret, an eſſet idoneus, & ſufficiens ad hujusmodi votum perſonaliter profequendum: concedimus, ut, regularibus perſonis exceptis, ſuſcipiant quicumque voluerint ſignum crucis, ita quod, cum urgens neceſſitas aut evidens utilitas poſtulaverit, votum ipſum de mandato apoſtolico poſſit commutari, aut redimi, vel differri. Et propter eandem cautam, remiſſiones & indulgentias hactenus a nobis conceſſis procedentibus in Hiſpaniam contra Mauros, vel contra hæreticos in Provinciam, revocamus: maxime cum illis conceſſis fuerint ad tempus, quod jam ex toto præterijt; & illis, ob cauſam quæ jam ex majori parte ceſſavit a utroque negotio per Dei gratiam adeo provecto, ut vehementem inſtantiam non requirat; & ſi forte requireret, nos ingruenti neceſſitati reſpicere curaremus: Concedimus etiam, ut hujusmodi remiſſiones & indulgentiæ apud Provinciales remaneant & Hiſpanos.

Ceterum quia curſarii & piratæ nimis impediunt tranſeuntes ad illam, & reverentes ab illa: nos eos, & principales adjutores & fautores eorum, excommunicationis vinculo innodamus: ſub inſtimatione anathematis inhibentes, ne quis cum eis ſciente decimam Sjrenſem, & prepoſitum Augustinenſem, tradatur & injungentes rectoribus civitatum, & locorum ſuorum, ut eos ab hac iniquitate revocent & compeſcant. Aliquin, quia nolle perturbare perverſos nihil eſt aliud quam fovere, nec cæteri ſcrupulo ſocietatis occulte qui manifeſto facinore debinit obviare, nec in perſonas & terras eorum ſeveritatem eccleſiaſticam curabimus exercere, cum tales, non minus quam Sarraceni, adverſentur nomini Chriſtiano. Innovamus præterea excommunicationis ſententiam in Lateranenſi concilio promulgatam adverſus eos qui Sarracenis armis, ferrum, & lignamina deferunt galearum, quæ in Chriſtianorum navibus reperiuntur eorum gubernationis exercent: eoſque rerum ſuarum privatione mulctari, & capientium ſervos, in capti fuerint, fore conſervos. Prohibemus, ut per omnes oras maritimas diœceſis Dominicis & feſtivis hujuſmodi ſententia publice innovetur.

Verum cum longe plus de Divina clementia, quam de humana potentia confidere debeamus: oportet nos in tali conflictu non tam corporalibus armis quam ſpiritualibus dimicare. Ideoque ſtatuimus, & mandamus, ut ſingulis menſibus ſemel fiat generalis proceſſio feorum vivorum, ac feorum, ubi fieri poterit, mulierum, in humilitate mentis & corporis cum devota oratione inſtantia poſtulantium, ut miſericors Deus ſuffragio hoc a bis conflictibus liberatos, & recuperando terram illam, in qua univerſa redemptionis noſtræ ſacramenta pereget, de manibus paganorum, reſtituere dignetur eis ſuam, & gloriæ nominis ſui laudi populo Chriſtiano, provido prudenter ubi pemer in ipſa proceſſione verbum ſalutiferæ crucis cum diligenti exhortatione populo proponatur. Orationi vero quæ in ſecunda conſtituta eſt, adjungatur hi quaſi alis facilius & celerius ipſa volet oratio ad pijſſimas aures Dei, qui nos clementer exaudiat in tempore opportuno. Singulis quoque diebus intra Miſſarum ſolemnia, poſt ſecretam, dicatur cum jam pro peccatis Mundi offerenda vel ſumenda eſt hoſtia ſalutaris, omnes tam viri quam mulieres humiliter proſternantur ad terram, & a clericis ſubjuncta hæc oratio: *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam*, alta voce cantetur: quo cum hoc verſu devote finito, *Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus*: & *fugiant qui oderunt eum*: & cæteris, quæ ad celebrat, orationem iſtam ſuper altare decantet alta voce:

Deus qui admirabili providentia conſtituis, ac ſuppliciter exoramus, ut terram, & omnia unigenitum Filium tuus proprio ſanguine conſecravit, de manibus inimicorum crucis eripiens, reſtituas cultui Chriſtiano, vota fidelium ad ejus liberationem inſtantium ſuſſragiis dirigendo, in viam ſalutis æternæ. Per eumdem Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui, &c.

Item excommunicamus secundo omnes illos, qui pacem & tranquillitatem domini regis & regni injuriosè perturbare præsumunt, & qui cunctis jura regis injuste detinere contendunt. Ex quo intelligimus, non solum excommunicari guerrarum fluctuantes horrorem, verum etiam latrones publicos, & omnes etiam pariter prædones, & quoscumque regnum justitiæ tenere impugnantes.

Item excommunicantur tertio universi qui scienter fallum perhibent testimonium, vel perhibere procurant, ad impedendum justum matrimonium, vel ad hæreditatem alicujus hominis procurandam. E

Item excommunicantur quarto advocati omnes, qui malitiosè, per quascumque exceptiones verum matrimonium impugnant, ne effectum debitum fortiatur; & in quibuscumque causis, ut contra justitiam processus ecclesiæ diutius suspendatur.

Item excommunicantur quinto omnes illi, qui gratia lucri vel odii, vel favoris, malitiosè cricmen imponunt alicui, cum apud bonas & graves personas non fuerit prius infamatus, nec sit ei purgatio indicta, vel alio modo graveatur.

Item excommunicantur omnes, qui malitiosè, vacante ecclesia, opponunt vel opponi procurant quarumlibet de jure prætensarum, ut verum patronum illius ecclesiæ impediant illi vice. CIRCA ANNUM CHRISTI 1217.

Item excommunicantur septimo omnes illi, qui malitiosè contemnunt exequi mandata domini regis & excommunicatis capiendis, vel qui eorum impediunt captionem; seu procurant quo eorum liberationem, contra districtionem ecclesiasticæ disciplinæ.

Item excommunicantur in concilio sanctæ memoriæ Octobonis omnes illi, qui pro impedimento pacis, seu compensatione . . . . recipiunt donec ipsum sunt recepturi, restituerunt donatorem.

Item excommunicantur per eumdem quicumque de dominibus, maneriis, vel grangiis, vel locis illis archiepiscoporum, episcoporum, vel aliarum ecclesiasticarum personarum, contra ipsorum voluntates, seu cullodiam rerum earumdem, aliquid auferunt, vel consumunt, vel injuriosè contrectant . . . fenutonia ligentur: nisi restituere voluerint, donec de injuria satisfecerint competenter.

Item excommunicantur ab eodem, quicumque abbiluerint violenter reum, ad ecclesiam vel cœmeterium, vel claustra illorum, vel eorundem necessariorum prohibent exhiberi; vel qui retinacus in locis prædictis capositas violenter abportant, vel abportari faciunt; vel qui abportationem talem fabam, nomine, vel familiarium fuis ratam habent; vel qui ad hoc publice vel occulte consilium vel auxilium præbuerint, seu consensum.

Item excommunicantur ab omnibus archiepiscopis & episcopis Angliæ, qui veniunt contra magnam chartam domini regis, aut faciunt, quæ per eodem apotholicam pluries confirmata . . . .

Item . . . . articuli, in quibus incertitur excommunicationis sententia ipso jure.

Primus, cum quis incidit in hæresim jam damnatam, vel novam contingit: & generaliter quemcumque vel quoscumque dicimus ecclesia, vel singulares episcopi in suis diœcesibus hæreticos judicaverint.

Secundus, cum quis receptat vel abscondit hæreticos.

Tertius, cum quis dixerit . . . . * in clericum, monachum, conversum, monialem, vel conversam, vel aliquam religiosam personam manus injecerit violentas. * fort. clericum religiosa personam.

Quintus, cum quis pollit defendere clericum, & non facit.

Sextus, cum potestates, consules, seu rectores civitatum & locorum, angarias & exactiones indebitas imponunt in redemptionem, & authoritatem prælatorum ita evacuando, ut vix postlatis eis in hac hominibus videatur consistile. Et cum nominati desistere noluerint, tam ipsi quam fautores eorum excommunicationi se noverint subjacere.

Septimus, incendiarii, & violatores ecclesiarum.

Octavus, cum quis a paucioribus quam a duobus partibus cardinalium in summum pontificem electus, pro papa se gesserit, nec humiliter voluerit abdicere.

Nonus, cum quis falsat litteras domini papæ, vel scienter utitur etiam ab alio falsatis. Decimus, cum quis differt arma, ligna, ferrum, Decretal. tit. de sagittas. Duodecimus est in sagittariis, & balistariis contra Christianos in bello injusto.

Decimus tertius est in iis, qui statuta contra ecclesiasticas conservationes, vel abolionem contra ecclesiasticam libertatem faciunt observari.

Item in statutariis.

Decimus quartus in scriptoribus statutorum illorum.

Decimus quintus in potestatibus, consulibus, rectoribus & consiliariis locorum, in quibus hujusmodi statuta, vel consuetudines editæ fuerint vel statuæ.

Decimus sextus in iis qui . . . . ea præsumpserint judicare.

Decimus septimus in iis qui in publica forma redegerint judicata.

Auctoritate domini episcopi in concilio Londinense, ultimo celebrato, ordinatum est.

Imprimis, qui pacem domini regis & regni sui injuriose perturbant, vel aliquid faciunt, per quod pax & tranquillitas valeant perturbari, vel ad perturbationem pervenitatur, publice & solemniter, accensis candelis, pulsatis campanis, cruce erecta in singulis ecclesiis suæ provinciæ denuncient excommunicati.

Item omnes illi sunt excommunicati eodem modo qui bona aliorum rapiunt, & occupant, contra pacem & voluntatem eorum, ad quos pertinent; & maxime clericorum.

Item quod complices & fautores eorum, eodem modo denuncientur excommunicati: contra quos omnes in concilio Oxoniensi, & ab aliis sacris patribus Divina sententia ab olim lata fuerit.

C. ANN. CHRISTI 1217.

Item ordinatum est, quod omnes vere pœnitentes, qui pacem, & tranquillitatem prædictas defendere nitentur, aut pro eis orationem Dominicam ter dicent, cum totidem salutationibus beatæ Virginis, CC. dies indulgentiæ per dominum archiepiscopum, & undecim suffraganeos suos in dicto concilio concessos. . . . . C. ANN. CHRISTI 1217.

Item, quod in singulis ecclesiis parochialibus, & quod in habbatiis & prioratibus, & archidiaconatibus fuerit multitudo, fiant processiones pro pace, & Missæ sequentes: & quod omnia præmissa fiant sub pœna majoris excommunicationis.

G. C. Anglicanæ ecclesiæ conditores ordinem in his edendis confirmationibus suis famose rejiciunt fide, Dionysii carnotini antiquissimi fulti præpotentia. Sed nunc tandem animadvertimus fuisse pallupondus: cum in earum exemplo, mentis & fuæ Ecclesiæ illis concilii, ejusque ipsa verbis refertur. In eadem collectione legitur: c. nobium Benedictinæ, seu conventuum Benedicti ejusdem. Quæ sunt ad verbum eædem atque constitutiones Ricardi episcopi Sarum supra edite. Hoc differunt uno, quod distincta ibi partitio capitulorum: & Dunelmenses pollhac capitulis carent a LXV. Eas igitur hic omittimus. Proferuntur ad vallenda merita plurima quæ in Saruensibus erant. Ceterum non errore librario dictus esse Dunelmenses, fed reipsa in Dunelmensi concilio promulgatas, ostendunt, quod fubdatur in iis esse simul & declarata ecclesiæ Saruni, quæ in harum capite LXX. legimus.

ANNO CHRISTI 1219. ANNO CHRISTI 1219.

CONCILIUM SALISBURGENSE

Ab Eberhardo Archiepiscopo coactum.

ER HANSELII GERMAN. Rer. tom. II. p. 194.

Concilium provinciale a domino Eberhardo Archiepiscopo Salzburch celebratum [scribit Honorius in Chronico ad an. 1219.] *cui interfuerunt Patriarchæ, Frisingensis, Gurcensis, Chymensis, Seccoviensis Episcopi. Quo synodum Author veteris Catalogi vocat secundum celebratum in majori Ecclesia S. Ruperti.* Neque tempus, neque negotium, quod in ea tractatum fit, prodidit. Scripserum alia celebratum effe die 7. Idus Octobris; fed intuitus deinde nuncius codicem Honorii Mi. incertus manfi, num dies affignata fententiæ præcedenti fit, an fubfequenti tribuenda, properera quod attinet ad tempus fit. Putat Spondanus Epifcopatum Seccoviensem in hac fynodo inftitutum: fed in Chronico Honorii hæc inftitutio ad hunc quidem annum, fed ante Concilii mentionem refertur. Nil tamen vetat eodem inftitutionem illam ab Apoftolico jam constitutam, in hac quoque fynodo promulgatam & probatam fuiffe. Sed exiftimare malim hanc fynodum eorum tantum fuiffe ad expediendam Ecclefiafticorum provenfuum vicefimum in fubfidium bello facri, de qua jam alias deliberatum fuerat.

ANNO CHRISTI 12... ANNO CHRISTI 12...

SYNODUS POLONICA

Ab Henrico Archiepiscopo Gnefnenfi celebrata.

DE qua ex Dugloffo in Hift. Polonica, Cromerus lib. 7. & Miscovita l. 3. c. 13. meminit Spondanus ad an. 1221. n. 7. narratque in ea, Sacerdotes omnes ex decreto Synodi uxores, & concubinas, quas retinebant, ejecisse, indicaque cogitisse, jurejurando ab eis exacto.

ANNO CHRISTI 1222. ANNO CHRISTI 1222.

CONCILIUM OXONIENSE

PER STEPHANUM CANTUARIENSEM

Archiepiscopum pro reformanda ecclesia Anglicana celebratum anno Domini MCCXXII. tempore Honorii pape III.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Excommunicantur ecclesiasticorum jurium & regni perturbatores, perjuri, calumniatores, &c.*
2. *De debito episcoporum.*
3. *Ne episcopi in collationc beneficiorum aliquid sibi reservent.*
4. *Ut præsentati, si dignitati fint, recipiantur in beneficiis.*
5. *De duobus ad eamdem ecclesiam præsentatis.*
6. *De Missa devote celebranda, & quando presbyteris plures una die Missas celebrare liceat.*
7. *Ut clerici fanctimonia negotiis se non immisceant.*
8. *De festis & vigiliis.*
9. *Quod presbyteri parochiales frequenter prædicent, & infirmos visitent.*
10. *De ornamentis ecclesiæ.*
11. *Ne quis beneficium sunm resignans, aliquid sibi de eodem retineat.*

ANNO CHRISTI 1222.

21. *Nemo ecclesia dividatur in plures.*
13. *De vicariorum residentia.*
14. *Quod ecclesia beneficia non conferantur, nisi volentibus residere in eisdem.*
15. *Quæ portio debeat vicario reddecimali assignari.*
16. *In quibus ecclesiis requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.*
17. *Quod episcopi recipiant juramentum a præsentatis, ut eviteter simoniam.*
18. *Ut in singulis archidiaconatibus specialis confessores deputentur.*
19. *Quod decani rurales de causis matrimonialibus se non intromittant.*
20. *Ne quis laicus in domibus vel in servitio teneat clericum.*
21. *Ne archidiaconi gravent ecclesias vel rectores in visitatione, & qualiter se habebunt.*
22. *Ne beneficia spiritalia tradantur ad firmam.*
23. *Quod archidiaconi in visitatione sua examinent sacerdotes de eunone Missæ, & de sacramento altaris.*
24. *Quod oleum & Eucharistia custodiantur sub sera, & familiter clausa.*
25. *Quod archidiaconi habeant penes se in scriptis omnia ornamenta ecclesiæ.*
26. *Quod archidiaconi videant in visitationibus, ne possessiones vel jura ecclesiæ defraudentur.*
27. *Quod archidiaconi vel decani minus exactiones ecclesiis non imponant.*
28. *Quod ordinarii non ferant sententias excommunicationis in aliquem, nisi præmissa monitione, nisi in certis casibus.*
29. *Ne quid exigatur pro sepultura vel aliqua sacramento conferendo.*
30. *Quod judices non impediant bonum pacis inter partes, ubi causa recipiat compositionem ad suggestionem prædicti.*
31. *Quod judex non judicet aliquem ad purgationem, ad suggestionem prædicti tantum, ut sit judex et actor.*
32. *De habitu clericorum.*
33. *Ne clerici comam nutriant.*
34. *Quod clerici non teneant publice concubinas.*
35. *Quali pœna sit infligenda concubinis clericum.*
36. *Quod clerici vel prælati non vendant vel impignorent ecclesiam suam consanguineis eorum.*
37. *Quod fructus ecclesiæ in usus proprios non reponantur, nec de eis ædificia fiant.*
38. *Quod religiosi professionati, qualibet anno admittantur, ut reddant computum.*
39. *Quod religiosi vel recipiant pro ingressu alicujus interitus, vel pro professione dum taxat.*
40. *Quando et qualiter ecclesiæ possunt dimitti ad firmâ.*
41. *Quod nullus aliquid in ecclesia ratione beneficii assumat.*
42. *Pœna advocatorum qui matrimonium protrahunt malitiosè.*
43. *De ordinatione religiosorum, & qui possunt recipi in monachos.*
44. *De familiaribus monialium, & de silentio religiosorum, & de licentia exeundi.*
45. *Ne monachi vel monniales per fœmedant.*
46. *Quod monniales simul in monasterio habitent, & de confessione earum.*
47. *Quod religiosi non condant testamenta, nec liceat monachos monasteria bona habere ad firmam.*
48. *Quod religiosi non bibant ultra horas debitas.*
49. *Quod monachi & regulares in monasterio habeant sanitores, & de sententiis publicandis.*

CAPITULA.

I. Excommunicantur ecclesiasticorum jurium & regni perturbatores, quique salvamentatores, &c.

Rubricatio: quos Innocentius excommunicavit.

AUthoritate Dei patris, & beatæ Virginis, & omnium Sanctorum, & præsentis concilii, excommunicamus omnes illos qui malitiosè ecclesias suo jure private præsumunt, aut per malitiam & contra justitiam libertates earumdem infringere vel perturbare contendunt.

Item omnes illos excommunicationis sententia innodamus, qui pacem & tranquillitatem domini regis peregni injuriosè perturbare præsumunt, & qui jura domini regis detinere contendunt.

Adhæc nos autem, omnes illos simili sententia involutos, qui scienter & prudenter falsum perhibent testimonium, vel perhiberi procurant, vel etiam tales testes scienter producunt, vel subornant in causa matrimoniali, ubi fellicet agitur contra matrimoniorum, vel etiamsubi agitur ad aliquius exhæreditationem.

Advocatos quoque excommunicamus omnes qui in causis matrimonialibus malitiosè oppositiones opponunt, vel opponi procurant, ne matrimonia vera debitum sortiantur effectum, vel ut contra justitiam processus causæ diutius suspendatur.

Item excommunicamus omnes illos qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alias, malitiosè crimen imponunt, vel opponunt alicui, cum infamatus non sit apud bonos & graves, ut sic faltem ei purgatio indicatur, vel alio modo graventur.

Præterea omnes illos sententia excommunicationis innodamus, qui vacante ecclesia malitiosè opponunt vel procurant opponi patronarus quæstionem, ut sic unde patronum illius ecclesiæ collatione falem illa vice defraudent.

Excommunicamus etiam omnes illos qui gratia lucri, odii, vel favoris, vel alias, malitiosè contemnunt exequi domini regis mandatum contra excommunicatos, qui claves ecclesiæ contemnunt.

II. De debito episcoporum.

Statuimus etiam authoritate præsentis concilii, ut prælati singuli eleemosynarios honestos habeant, & ut ipsi prælati sint, juxta Apostolum, hospitales, & ut horis competentibus ad pauperes audiendos & justitiam exhibendam, in publico præsentiam fuam exhibere procurent, & in personis propriis confessionibus audiendis interdum intersint, & pœnitentiis injungendis. Ipsi etiam per confessores discretos civitates proprias obeant, & in ecclesiis suis cathedralibus reddere procurentin aliquibus majoribus festis, & alicui in aliqua parte quadragesimæ, prout animæ fuæ saluti magis viderint expedire. Et quia juxta scripturæ testimonium, vora nostra tenemur reddere Domino Deo nostro: faluberiter decernimus advertendum, ut episcopi formam fuæ professionis in fua consecratione prolatam bis in anno coram fe legi faciant diligenter, ut tanto melius professionis fuæ recordentur

ANNO CHRISTI 1222.

dentur, quanto sæpius eorum fuerit autibus inculcata.

III. Ne episcopi in collatione beneficiorum aliquid sibi reservent.

Collatores ecclesiarum qui, contra ea non debeant.

Ad hæc statuimus, ne prælatus aliquis, cum ecclesiam conferet aut præbendam, fructus ejusdem ecclesiæ sive præbendæ nondum collectos fibi præsumat aliquatenus usurpare: vel pro inftitutione, vel in missione in possessionem, vel charta fuper hoc facienda, aliquid audeat extorquere, nec ab officiariis fuis, archidiaconis, vel decanis, fuftinear extorqueri.

IV. Ut professi, & idonei sint, recipiantur in beneficiis.

Cum, fecundum Apoſtolum, avaritiæ, quæ eſt idolorum ſervitus, epiſcopos aut alios Dei miniſtros ſervire non conveniat: ad tantam peſtem radicitus evellendam ſtatuimus, ut ſi quis ad eccleſiam aliquam nullo contradicente preſentetur, epiſcopus preſentatum ipſum, dum tamen idoneus ſit, nequaquam admittere differat ultra duos menſes: alioquin quidquid ex eadem eccleſia poſt factam præſentationem fuerit forte perceptum, illi, cum inſtitutus fuerit, reſtituatur: quatenus fructus illi ad epiſcopum perveniat. Idem in archidiaconia, ſi per eos ſtetur, obſervetur: cui cauſam rationabilem eorum fuo ſuperiore duxerit aſſignandam, cum ſuper hoc fuerit requiſitus ab eo, quare eum non admiſerit infra tempus in hoc concilio diffinitum.

V. De duobus ad eandem eccleſiam præſentatis.

Hoc autem non immerito duximus adjungendum, ut ſi duo ad unam eandemque eccleſiam fuerint præſentati, neutri eorum, pendente lite, cuſtodia committatur. Si autem ad epiſcopum jus conferendi talem eccleſiam authoritate concilii devolvatur, cum contentio fuerit inter duos patronos, quorum uterq; ſuum clericum præſentaverit, cum ex collatione epiſcopi, nulli patronorum qui poſtea evicerit jus patronatus, præjudicium debeat generari: ſtatuimus ut epiſcopus neutri eorum qui præſentati fuerint eccleſiam illam conferat illa vice, niſi de utriuſque patroni conſenſu: ne ſaltem qualecumque præjudicium alteri patronorum videatur generari, ſi forte poſtmodum jus patronatus evicerit.

VI. De Miſſa devote celebranda, & quando presbyteri plures una die Miſſas celebrare licet.

Ad excitandum affectus laborantium in vinea Domini ſabaoth, ut vere retribuionis recipere mereamur" denarium poſt laborem: decrevimus ne opus Dei fiat ab aliquibus negligenter, præſertim cum in generali concilio fit præceptum, ut Divinum officium nocturnum patiter & diurnum, fecundum quod Deus dederit, ſtudioſe celebretur & devote univerſa quoque eccleſiaſtica ſacramenta, & precipue baptiſmalis & altaris, devotiſſime, protut Deus inſpiraverit, celebrentur. Verba

ANNO CHRISTI 1222.

Festa Anglis ob victoriam quæ?

Festa vulgaria in Anglia quæ?

Quæ quæ canonis, præſertim in conſecratione corporis Chriſti, plene & integre proferantur. Presbyter autem poſtquam Dominicum corpus ſumpſerit in altari, ſi in eodem die Miſſarum ſolennia ipſum celebrare oporteat iterato, vinum calici infuſum vel digitis ſuſperfuſum ſumendo non ponat.

Ad hæc duximus ſtatuendum diſtrictius inhibentes, ne facerdos quiſpiam Miſſarum ſolennia celebret bis in die, excepto die nativitatis & reſurrectionis Dominicæ, vel in exequiis defunctorum, videlicet cum corpus aliquius in eccleſia eodem die fuerit tumulandum: & tunc prior Miſſa de die, poſteriore vero pro defuncto celebretur.

VII. Ut clerici ſeculares negotiis ſe non immiſceat.

Ceterum præſenti decreto ſancimus, ne videlicet beneficiati, aut in ſacris ordinibus conſtituti, villarum procurationes admittant: videlicet ut non ſint de feculli aut ballivi tallium adminiſtrationum, occaſione quarum laicis in reddendis * reciniis obligentur, ſi & jurifdictiones exercean ſeculares, præſertim illas, quibus judicium ſanguinis eſt annexum. Et his duximus adjungendum, ne judicium ſanguinis in locis ſacris tractetur, ſcilicet in eccleſia vel cymiterio. Authoritate generalis concilii diſtrictius inhibemus, ne quis clericius beneficiatus, vel in ſacris ordinibus conſtitutus, literas pro pœna ſanguinis infligenda ſcribere vel dictare preſumat, vel ubi judicium ſanguinis tractatur, aut exerceatur, interſit. Noverint enim prorectione eccleſiaſtica ſe indignos, cum per eos in eccleſia Dei per talia præſumpta ſcandalum generetur.

VIII. " Hæc ſunt feſta, in quibus, prohibitis aliis operibus, mercedarios agros agricultura & carucarum

Statuimus quod feſta ſubſcripta ſub omni veneratione ſerventur, videlicet omnes dies Dominici, quinque dies Natalitii, Circumciſio, Epiphania Domini, omnia feſta beatæ Mariæ, præter feſtum Conceptionis, cujus celebrationi non imponitur neceſſitas, Converſio S. Pauli, Cathedra S. Petri, feſta omnium Apoſtolorum, feſtum S. Gregorii, dies paraſceves, feria 2. 3. & 4. in hebdomada Paſchali, dies Aſcenſionis Domini, feria 2. & 3. & 4. in hebdomada Penteceſtes, feſtum S. Auguſtini in Maio, duo feſta S. Crucis, tranſlatio S. Thomæ martyris, utrumque feſtum S. Joannis Baptiſtæ, feſtum S. Margaretæ, feſtum S. Mariæ Magdalenæ, feſtum S. Petri ad vincula, feſtum S. Laurentii, feſtum S. Michaelis, feſtum S. Edmundi confeſſoris, & S. Edmundi regis & martyris, feſtum S. Catharinæ, feſtum S. Clementis, feſtum S. Nicolai, feſtum dedicationis cujuslibet eccleſiæ in ſua parochia, quodlibet feſtum illius ſancti in cujus honore fundata eſt eccleſia.

Volumus etiam ut alia feſta a rectoribus ec-

ANNO CHRISTI 1222.

ecclesiarum & capellantis in obsequio Divino & loco reliquiarum reponantur, vel in praesentia archidiaconi conburantur. Providetur etiam archidiaconi ut linteamina & alia ornamenta altaris sint, ficut decet, honesta. Libros habeat etiam ecclesia idoneos ad legendum & psallendum: ad minus duplicia ornamenta sacerdotalia: & ut nunor debitus Divinis officiis impendatur, praecipimus, ut qui altari ministrant, superpelliciis induantur.

XI. Ne quis beneficium suum resignans, aliquid sibi de eodem retineat.

Ne lepra Giezitica, quod absit, per avaritie cultum latenter irrumpens, ministros ecclesie colloceat extra caſtra regni aeterni: districtius inhibemus, ne quis ecclesiae fuae renuncians, recipiat ab eo qui sibi ſubſtituitur vicarium: cum vehementer poſſet praefumi quod talia fiant per pactionem etiam turpem. Quod ſi ab aliquo fuerit acceptatum: & ille vicaria, & alius perſonatu priventur. Illud autem absurdum reputamus omnino, ut aliqua exiſtente perſona unius ecclesiae, alius de conſenſu ipſius perſonae aliquid conferat in eadem ecclesia nomine perſonarus, niſi perſona prior ecclesiam totam prius duxerit relinquandam.

XII. Ne una ecclesia dividatur in plures.

Quia jura canonicas ſanctiones inter carnale & ſpirituale matrimonium optima eſt comparatio, & cum unam ſponſam inter duos ſponſos dividi naturalis ratio minime patitur: inhoneſtum eſt plurimum, quod eccleſia Dei, quae unius debet eſſe una, multorum amplexibus frequenter anciletur. Sacro etiam approbante concilio, districtius inhibemus ne de novo aliqua eccleſia pluribus ſeoribus, quorum uterque ſit perſona, committatur regenda: In eccleſiis autem, ubi nunc plures perſonae exiſtunt, ſtatuimus ut ſingulis decedentibus, accreſcat viventibus portio decedentium, donec ad unum ſolum illius eccleſiae perveniat perſonatus: nec de cetero plures vicarii in eadem inſtituantur, illis eccleſiis ab hoc ſtatuto duntaxat exceptis, quae ex antiquis diviſae fuerunt.

XIII. De vicariorum reſidentia.

Cum hoſtis antiquus, (ſcilicet leo rugiens, faciat & quaerat praedam animarum: ſollicitius eſt cavendum, ne talibus cura gregis Dominici committatur, qui negligunt aut ignorant cuſtodire ſibi commiſſa, ut deceret intendere vigilanter. Statuimus igitur, ut nullus epiſcoporum ad vicariam quemquam admittat, niſi velit in eccleſia, in qua vicaria ei conceditur, perſonaliter miniſtrare: aut talis exiſtat, qui infra breve tempus ſuper hoc limitatum, valeat & velit in presbyterum ordinari. Quod ſi admiſſus fuerit forte quis, & noluerit in presbyterum ordinari, vicariae beneficio priveatur.

ANNO CHRISTI 1222.

XIV. Quod exilia beneficia non conferantur, nisi valentibus reſidere in eiſdem.

Ad hoc, quia inhoneſtum eſt nimis, ut eccleſiae propter minores reditus paſtoribus maneant deſolatae: praeſenti decreto ſtatuimus, ut eccleſiae, quae in redditibus ultra quinque marcas non habent, non niſi perſonis talibus conferantur, qui reſideant in eiſdem, & in propria perſona miniſtrent. Quod ſi tales admiſſi, reſidere nolluerint a nunc & adminiſtrare cum non niſi laborantibus pauis Dominicus ſit largiendus, eccleſiis ipſis, praemiſſa monitione debita, per diœcesanum epiſcopum ſpoliantur.

XV. Qua portio debeat vicario reſidenti aſſignari.

Quoniam aetrem multoties, ſicut temporalium rerum luxus quoſdam in non modicum ſcandalum populi ab officio ſibi commiſſo ſegregat & abducit, ſic & earumdem inopia, in vituperium ordinis noſtri, quoſdam compellit inficiter mendicare: providendum eſt nobis, ut in utroque talium habita moderatione, ipſarum eccleſiarum regimini conſulatur. Statuimus igitur, ut vicario perpetuo ad minus reditus quinque marcarum aſſignetur, qui ſalrem pro quinque marcis dari poſſit ad firmam: niſi forte in illis partibus Vallia ſit, in quibus, propter tenuitatem eccleſiarum, minori ſtipendio vicaria funt contenti. Provideat quoque diœcesanus epiſcopus, penſata eccleſiae facultate, uturum vicaria unica eccleſiae ſubire debeat, an perſona, an ad ea uterque debeat conferre. Proviſo tamen quod archidiaconus loci, ſive ab illis, ſive ab altero illorum, debeat procurari, una tanum procuratione ſit contentus.

XVI. In quibus eccleſiis requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.

Ad inſtar patris evangelici, plures operarios in vineam ſuam mittentis, ut quod unius non valet expleire ſollicitudo ſeu adimplere, perficiat plurimorum: praeſentialiter diffinimus ut in ſingulis parochialibus eccleſiis, quarum parochia eſt diffuſa, duo ſint vel tres presbyteri, perſona pariter magnitudine parochiae & eccleſiae facultate: ne forte, quod abſit, aegrotante uno presbytero, aut alio debilitato, parochianis infirmantibus, aut Divinis volentibus intereſſe officiis, officia debita ſubtrahantur, vel negeatur ſacramenta eccleſiaſtica.

XVII. Quod epiſcopus recipiat juramentum a praſentato, ut evitetur ſimonia.

Preſenti quoque ſtatuto diffinimus, ut epiſcopus ab eo qui ſibi praſentatus fuerit, recipiat juramentum, quod propter praſentationem illam nec promiſerit nec dederit aliquid praſentanti, nec aliquod propter hoc pactum interit, ſi ei ſaper hoc meroris videatur eſſe ſuſpectus, cum talia manifeſte canonicis obviene inſtitutis.

XVIII. Ut in ſingulis archidiaconatibus ſpeciales confeſſores deputentur.

Quoniam nonnunquam, ob defectum confeſſorum, vel quia decani rurales & perſonae erubeſcunt forte confiteri ſuo prelato, certi imminet periculum animarum: volentes huic morbo mederi, ſalubriter duximus decernendum, ut confeſſiones prudentes & diſcreti per ſingulos archidiaconatus ab epiſcopo loci conſtituantur, qui confeſſiones audiat decanorum ruralis, presbyterorum & perſonarum. In cathedralibus autem eccleſiis, ubi ſunt canonici ſaculares, confiteantur ipſi canonici epiſcopo, vel decano, vel certis perſonis ad hoc per epiſcopum, decanum & capitulum conſtituatis.

XIX. Quod decani rurales de cauſis matrimonialibus ſe non intromittant.

Quoniam in cauſis matrimonialibus eſt magna diſcretio neceſſaria, unde periculoſum eſt eas a ſimplicioribus tractari perſonis: ſtatuimus, ut decani rurales nullam cauſam matrimonialem de cetero audire praſumant, ſed earum examinatio non niſi viris diſcretis committatur: quibus aſſidentibus, ſi commode fieri poteſt, poſtmodum pronuncietur.

XX. Ne quis laicrones in dominos vel in ſervitio teneat.

Prohibemus ſub interminatione anathematis, ne quis latrones ad latrocinium faciendum in ſervitio retineat, nec eos in terris ſuis ſcienter habitare permittat.

XXI. Ne archidiaconi graventecclesias vel rectores in viſitatione, & qualiter ſe habeant.

Ut ſingula eccleſiaſtica officia in eccleſia rite procedant ſecundum canonicas ſanctiones, ſtatuimus ne archidiaconi nimium gravesexiſtant eccleſiis ſuis ſubditis, diſtrictius inhibentes, ne ſtatutum in concilio generali in" numero convectorum excedant, cum viſitationis nomine debitam ſibi recipiunt procurationem: nec ad talem procurationem venientes, extraneos, ut ſecum veniant, invitare praeſumant. Sed ſi pro honore archidiaconi, eccleſiarum rectores aliquos velint invitare, hoc nullatenus prohibemus. Sed ſi archidiaconi nullum invitent, ne forte qui per ſuum adventum eccleſias non gravarent, gravent ſaltem per invitatos. Unde, ut ſubtrahatur eis neceſſitas invitandi, prohibemus ne archidiaconi tempore viſitationis ſuae, apud eccleſiam quam viſitant, capitulum teneant vel celebrent, niſi forte in burgo vel in civitate ſit eccleſia conſtituta. Ad hoc archidiaconis diſtrictius inhibemus, ne aliquo modo procurationem recipiant: ſine cauſa rationabili, niſi illo die quo perſonaliter viſitant eccleſiam procurantem. Nec redemptionem pro viſitatione extorquere praſumant.

Miſcet. ep. Matthiae in Jacobi mense non Sat.

Matth. 13.

Later. III. c. 28. &c. in parte quae concernit ſecularium.

ANNO CHRISTI 1222.

XXII. De beneficia spiritalia vendantur ad firmam.

Ut omnis cupiditas & avaritiæ cultus expelletur ab ecclesiæ Dei ministris, præsentia præteritis duximus annectenda': statuentes ut archidiaconatus, vel decanatus, vel aliud officium, quæ in spiritualibus mere consistunt, nulli dentur ad firmam. Si vero reditus huic officio sit annexus, ille de superioris licentia dari poterit ad firmam, sicut inferius de aliis officiis statuemus. Si quis autem contra statutum venire præsumpserit, archidiaconus vel decanus, si super hoc canonice fuerit convictus, per episcopum suum a tali officio suspendatur per annum, & alius interim constituatur, qui dicrete gerat vices illius.

XXIII. Quod archidiaconi in visitatione sua examinent sacerdotes de canone Missæ, & de sacramento altaris.

Philip. 14. Ut autem archidiaconi, secundum Apostolum, non quæ sua sunt quærant, sed quæ Jesu Christi, in sua visitatione providenter, ut canon Missæ emendetur, si sint in eo defectus: & quod sacerdotes rite proferre noverint saltem verba canonis & baptismatis, & quod in hac parte famam habeant intellectum: & etiam laici, si forte debeant baptizare in casu necessitatis, ut saltem sciant hoc facere in aliquo idoneare congruo seu vulgari.

XXIV. Quod oleum & Eucharistia custodiantur sub sera, & similiter chrisma.

Providenter utique archidiaconi, quod diligenter, juxta formam concilii " generalis, Eucharistia, chrisma, & oleum sanctum, salva sub clavibus recondantur, fideli custodiæ deputata.

XXV. Quod archidiaconi habeant penes se in scriptis omnia ornamenta ecclesiæ.

Habeant & archidiaconi redacta in scriptis omnia ornamenta & utensilia ecclesiarum: vestes quoque & libros singulis annis suo conspectui faciant præsentari, ut sic videant quæ fuerint addita per diligentiam personarum, vel quo tempore interemtio per malitiam & negligentiam deperierint.

XXVI. Quod archidiaconi videant in visitationibus, ne possessionibus vel jure suo ecclesiæ defraudentur.

Item providenter archidiaconi de possessionibus ecclesiarum, ut eas singulis annis possint propiscere, ne ecclesiæ suo jure defraudentur.

XXVIII. Quod archidiaconi vel decani novas exactiones ecclesiis non imponant.

Præterea archidiaconis, decanis, & eorum officialibus districtius inhibemus, ne in subditos suos exactiones vel tallias per se vel per suos exercere præsumant.

XXVIII. Quod ordinarii non ferant sententias excommunicationis in aliquem, nisi præmissa monitione, nisi in certis casibus.

Ad hæc ecclesiastici ordinis utilitate pensata, pariter & honore, decrevimus ut archidiaconi vel eorum officiales, sententias excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, in aliquem audaces promulgare, ubi excessus non est manifestus, nisi admonitione canonica præcedente. Si quis autem contra promissa excommunicationis sententiam tulerit in quemcunque, pœnæ subjaceat in Lateranensi concilio promulgatæ. Pro suspensione vero vel interdicto, superioris arbitrio puniatur quod & superiores prælati observent.

XXIX. Ne quid exigatur pro sepultura vel aliquo sacramento conferendo.

Firmiter inhibemus, ne pro aliqua pecunia denegetur sepultura, vel baptismus, vel aliquod ecclesiasticum sacramentum, vel etiam matrimonium contrahendum impeditur. Quoniam si quid pia devotione fidelium consueverit erogari, super hac posthmodum voluntas per ordinarium loci ecclesiæ justitiam exhiberi, sicut in generali concilio expressius & diffusius est statutum: absurdum esse judicantes, quod de cetero pro chrismate vel oleo aliquid exigatur, cum toties hoc prohibitum esse reperiatur.

XXX. Quod judices non impediant bonum pacis inter partes, nisi causa recipiat compositionem ad suggestionem præcuntis.

Ceterum districtius duximus inhibendum, ne archidiaconi vel decani bonum pacis impediri faciant: & si aliquando discordantes ad invicem voluerint concordare, licentia petita, liceat partibus aliter per compositionem discedere quandocumque voluerint, si tamen causa compositionem admittat: nec propter hoc aliquam pœnam eis infligant, nisi eis constiterit de injustitia actoris vel rei.

XXXI. Quod judex non judicet aliquem ad pagationem, ad suggestionem præcuntis tantum, ne judex & actor.

Sed nec aliquem ad suggestionem præcouti suorum ad purgationem compellant, nisi apud bonos & graves fuerit primo infamatus. Nec in causa sua præsumant pariter esse judices & actores, videlicet cum dubium venerit, utrum quid ab eis exigere debeatur.

XXXII. De habitu clericorum.

Ut clericalis ordinis honor debitus servetur, authoritate præfentis concilii decernimus, ut tam archidiaconi quam decani, & omnes alii in personatibus & dignitatibus constituti, & omnes decani rurales & presbyteri, decenter incedant in habitu clericali, & cappis clausis utantur. Idemque observent officiales episcoporum & archidiaconorum, dum fuerint in consistorio.

XXXIII. Ne clerici comam nutriant.

Et nec ipsi nec alii clerici comam nutriant, sed honeste tonsi & coronati incedant, nisi forte justa causa exegerit habitum transformare. A crapula quoque & ebrietate & aliis, quibus honestas eorum deformatur, omnino A damnationem sibi cumulantes, non solum filiis & nepotibus, verum etiam concubinis suis turpiter invadant patrimonium Jesu Christi, ad quorum usus, quod dicto servitio reputatur, in feudo laicali de bonis ecclesiæ domos construunt, in quibus ecclesiasticos proventus & bona ecclesiæ usibus pauperum deputata congregare præsumunt: salubri provisione decernimus, ne clerici beneficiati fructus ecclesiæ in laico feudo reponant. Et ut melius abusibus hujusmodi remissis, de cetero domos aut pensiones laicales ad opus concubinarum vel filiorum suorum non emant, nec etiam domos ad opus earum construant in fundo laicali: sed nec etiam pecuniam ministrent ad hujusmodi emenda ad opus eorum, ut sic eos subtrahatur occasio malignandi. Si quis autem super hoc habebitur suspectus injusta ratione, nisi ad arbitrium superioris se purgaverit, ipsius arbitrio puniatur.

XXXIV. Quod clerici non teneant publice concubinas.

Addentes, ne clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in hospitiis suis teneant publice concubinas præsumant, nec alibi cum scandalo accessum habeant ad eosdem.

XXXV. Qualis pœna est infligenda concubinis clericorum.

Et si forte concubinæ eorum, monitione postea proposita, ab eis non recesserint, ab ecclesiis Dei, quas infamare præsumunt, expellantur, nec admittantur ad ecclesiastica sacramenta: & si nec sic discesserint abstinendum, excommunicationis mucrone percellantur, & cunc demum contra eas invocetur brachium seculare. Ipsos autem clericos per subtractionem officii & beneficii, canonica admonitione præmissa, volumus coerceri. Item licet legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter observari: nolumus tamen quod concubinis suis aliquid relinquant in testamento suo: quod si fecerint, illud arbitrio episcopi conversatur in usum ecclesiæ, in qua rexit' defunctus.

XXXVI. Quod clerici vel prælati non vendant vel impignorent ecclesiam suam confanguinis eorum.

Ecclesiarum autem indemnitatibus consulere cupientes, præsentis concilii authoritate duximus statuendum, ut nullus abbas, nullus prior, nullus decanus vel archidiaconus, vel alias habens personatum vel dignitatem, sed nec clericus inferior, pensiones D vel reditus dignitatis, vel confanguinitis, vel amicis quibuscunque vendere præsumat, vel impignorare seu infeudare de novo, vel quolibet modo alienare præsumat, nisi forma canonis observata. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, quod in hac parte præsumptum fuerit, viribus careat, & præsumptor personatu vel ecclesia, quam sic læsit, per suum superiorem spolietur: nisi quod abalienaverit, infra tempus a suo superiore sibi præfixum, fine damno ecclesiæ suis fumptibus duxerit revocandum. Is quoque qui sic ecclesiastica bona de cetero receperit, & admonitus præfumpserit ea retinere, excommunicationis sententia percellatur: donec ei restituerit nullatenus absolvendus. Idem autem majores prælati observent omnino.

XXXVII. Quod fructus ecclesiæ in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.

Quia sunt plerique, quod non sine lacrymis dicimus & singultu, qui omnipotentis indignationem & iram in die iræ ad perpetuam quibus honestas eorum deformatur, omnino clerici se abstineant vigilanter: ad quæ omnia studiosæ observanda, secundum formam concilii generalis, a superioribus suis compellantur.

XXXIV. Quod clerici non teneant publice concubinas.

Addentes, ne clerici beneficiati, vel in sacris ordinibus constituti, in hospitiis suis teneant publice concubinas præsumant, nec alibi cum scandalo accessum habeant ad eosdem.

XXXV. Qualis pœna est infligenda concubinis clericorum.

Et si forte concubinæ eorum, monitione postea proposita, ab eis non recesserint, ab ecclesiis Dei, quas infamare præsumunt, expellantur, nec admittantur ad ecclesiastica sacramenta: & si nec sic discesserint abstinendum, excommunicationis mucrone percellantur, & cunc demum contra eas invocetur brachium seculare. Ipsos autem clericos per subtractionem officii & beneficii, canonica admonitione præmissa, volumus coerceri. Item licet legitima testamenta clericorum beneficiatorum decedentium volumus firmiter observari: nolumus tamen quod concubinis suis aliquid relinquant in testamento suo: quod si fecerint, illud arbitrio episcopi conversatur in usum ecclesiæ, in qua rexit' defunctus.

XXXVI. Quod clerici vel prælati non vendant vel impignorent ecclesiam suam confanguinis eorum.

Ecclesiarum autem indemnitatibus consulere cupientes, præsentis concilii authoritate duximus statuendum, ut nullus abbas, nullus prior, nullus decanus vel archidiaconus, vel alias habens personatum vel dignitatem, sed nec clericus inferior, pensiones D vel reditus dignitatis, vel confanguinitis, vel amicis quibuscunque vendere præsumat, vel impignorare seu infeudare de novo, vel quolibet modo alienare præsumat, nisi forma canonis observata. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, quod in hac parte præsumptum fuerit, viribus careat, & præsumptor personatu vel ecclesia, quam sic læsit, per suum superiorem spolietur: nisi quod abalienaverit, infra tempus a suo superiore sibi præfixum, fine damno ecclesiæ suis fumptibus duxerit revocandum. Is quoque qui sic ecclesiastica bona de cetero receperit, & admonitus præfumpserit ea retinere, excommunicationis sententia percellatur: donec ei restituerit nullatenus absolvendus. Idem autem majores prælati observent omnino.

XXXVII. Quod fructus ecclesiæ in laico feudo non reponantur, nec de eis ædificia fiant.

Quia sunt plerique, quod non sine lacrymis dicimus & singultu, qui omnipotentis indignationem & iram in die iræ ad perpetuam

ANNO CHRISTI 1222. Lauc. IV. c. 18. 19. 20.

ANNO CHRISTI 1222.

Lateran. IV. c. 43.

Lateran. IV. c. 62.

ANNO CHRISTI 1222.

" Lateran. IV. c. 20.

" Vide Decret. Greg. lib. III. tit. XXXIII. post. Clement. lib. III. tit. XI. cap. unic.

" Vide Decret. Greg. lib. III. tit. XXXIII. cap. 1. & 2.

" Vide Decret. Greg. lib. III. tit. XXXIII. cap. 3.

" Vide Decret. Greg. lib. III. tit. XXXIII. cap. 4.

" Vide Decret. Greg. lib. III. tit. XXXIII. cap. 5.

" Vide Decret. Greg. lib. III. tit. XXXIII. cap.

ANNO CHRISTI 1220.

beat vestire seipsum, prætextu vestium, ultra justum pretium earum, ab eo nihil penitus recipiatur.

XL. *Quando & qualiter ecclesia possunt dimittere ad firmam.*

Nunc ergo videamus evangelicæ legis factores: cum non nisi in vineâ laboranti retributionis denarius sit portigendus, nec nisi qui altari deservit, de altari vivere debeat: statuimus ut ecclesiæ certis personis depuratæ nulli dentur ad firmam, nisi forte justa causa fuerit, & a suo episcopo approbata, & ita ut de ejus consensu alicui personæ honestæ & ordinatæ dentur ad firmam, de qua evidenter liquet præfatum debeat, quod fructus ecclesiæ in bonos usus convertat.

XLI. *Quod nulli aliquid in ecclesia ratione beneficii assignetur.*

Item ut verfutiis & callidicatibus aliquorum obviemus, qui in fraudem constitutionis generalis concilii novas quasdam adinventiones fingere moliuntur: statuimus, ut non liceat alicui aliquid assignare in ecclesia quidquam nomine beneficii, quasi hoc ei liceat obtinere cum alio beneficio, cui animarum cura fuerit annexa.

XLII. *Pœna advocatorum qui matrimonium protrahunt malitiosè.*

Quoniam per advocatos multoties legitima matrimonia protrahuntur: statuimus, ut sententia lata pro matrimonio, advocatus qui contra id defecerit, hoc ipso per annum advocatione privatus existat: nisi judex eum in ipsa sententia propter errorem vel probabilem ignorantiam expresse habeat excusatum.

XLIII. *De ordinatione religiosorum, & qui possumus recipi in monachos.*

Quia nonnunquam serpens antiquus, qui jugiter fedet in insidiis ut interficiat innocentes & sanctos viros, quando eos invenit solitarios, & absque conversatione vel consolatione mutua conversantes, tanto facilius interdum eos suis insultibus obruit & confundit; provida deliberatione decernimus, ut tam monachi, quam canonici regulares, & moniales, in uno dormitorio pariter dormiant & quiescant, singulis personis, singulis lectis assignatis. Ex in uno refectorio simul edant, nec per se cuilibet, sed communiter omnibus victualia præparentur. Nec singulis eorum denarii pro vestibus tribuantur: sed talia per certas personas ad hæc deputatas, puta camerarios vel camerarias, diligenter expediantur: qui, ut quilibet indiguerit, & facultas domus sustinuerit, eis indumenta ministrent. Et cum eis nova tradita sunt, vetera ab eis recipiantur, quæ in usus pauperum vel alias necessitates, de consilio abbatis vel abbatissæ, prioris vel prioritiæ, convertantur. Camerario autem vel camerariæ non liceat aliquid recipere. Alioquin camerarius ab officio deponatur, & monachus, seu canonicus, vel monialis, anno illo novis careat indumentis. Monachus non recipiatur minor octodecim annis, nisi evidens utilitas seu necessitas aliud inducat.

XLIV. *De familiaribus monialium, & de silentio religiosorum, & de licentia exeundi.*

Inhibemus etiam ne moniales infra septa domorum suarum, præter necessarias servientes, nec ad cohabitandum mulieres seculares recipiant, nisi episcopi diœcesani accedat assensus. Item tam a monachis, quam canonicis regularibus, & monialibus, silentium præcipimus observari in temporibus & locis constitutis. Nec viris aut mulieribus religiosis absque superioris licentia egredi liceat septa domus: nec fine certa & honesta causa, egredienti cis licentia concedatur. Ita tamen, quod nulli claustralium causa orationis aut visitandi parentes pateat aditus exeundi: nisi talis forte fuerit, de quo nihilominus possit quis aut debeat merito suspicari, qui semper habeat collegam. Et quoties alicui licentia exeundi indulgetur, certus dies eidem præfigatur, in quo redeat.

Hoc quoque volumus observari, ut ubicumque propter excessum alicujus videtur episcopus, vel abbas, vel prior conventualis non habens abbatem, expedire ut quis ad tempus sibi moretur, ad aliam domum religionis ejusdem in eodem episcopatu transferatur: vel, si necesse fuerit, etiam ad aliam episcoporum dirigatur, & per diœcesanum compellatur admitti. Qui ibi in omnibus regulari subjaceat disciplinæ: ita ut si ex mora ipsius ecclesia, in qua moratur, gravata videatur, vice versa mittat aliquem de suis, qui interim moram faciet in monasterio delinquentis. Nec prius rediens ipse quietus quit, in domo sui recipiatur, quam pleve poenituerit de commisso, & per suum superiorem revocatur.

XLV. *Ne monachi vel moniales per se comedant.*

Omnem singularitatem interdicimus in refectorio, ut cibus aliter uni quam alteri præparetur. Sed qui præest, videat ut scilicet interdum talia præparentur, de quibus aliorum debilitas vel infirmitas, prout videbitur expedire, valeat relevari. Omnia etiam victualia religiosis apponenda, sine subtractione eis apponantur, tam a conversis quam abbi, ubi reficiuntur de omnibus appositis. Totum residuum sine diminutione aliqua cedat in eleemosynam indigentibus fideliter erogandam: ita quod nec abbas, nec prior, nec eleemosynarius, possit hoc dispensare. Et quicumque istud statutum vel istud de inundantiis implere vel observare noluerit, si facerdos fuerit, a celebratione divinorum: si minoris ordinis, vel monialis, a communione corporis Christi, usque ad plenam satisfactionem suspendatur. Item prohibemus, ne moniales aliquæ singulariter in refectorio comedant carnes, in quibus non solent communiter carnes comedere.

XLVI. *Quod moniales sumul in monasterio habitent, & de confessione earum.*

Ad hæc per nullam societatem vel confœderationem admittatur monachi in alterius monasterio ad moram faciendam, nisi cum litteris episcopi sui, vel abbatis, vel prioris conventualis non habentis abbatem. Idem inter canonicos regulares & moniales volumus observari.

Providemus præterea episcopi quod moniales in omnibus necessariis competenter sustentari possint de bonis monasterii, nec sustineant ultra numerum aliquam admitti: nec etiam suscipiatur aliqua, quousque redactæ fuerint ad numerum illum. Etiam hoc firmiter statuimus auctoritate concilii generalis: Si autem contigerit aliquam de cetero contra hanc formam admitti, tam abbatissa quam priorissa deponatur.

Idem de magistris & prioribus moniales custodientibus, si contra hanc formam contingat aliquam admitti, duximus statuendū. Confœderatur etiam moniales sacerdotibus ab episcopo sibi deputatis. Clerici autem vel laici frequentem non habeant accessum ad claustra monialium sine causa rationabili.

XLVII. *Quod religiosi non condant testamenta, nec liceat monachos monasteria habere ad firmam.*

Quoniam non licet viris religiosis aliquid proprium possidere, qui fe & sua pariter in religionis ingressu Domino dedicarunt: præsenti authoritate diffinimus, ut nulla persona in regulari ordine constituta condere testamentum præsumat, cum nihil habeat suum temporale, quod transferre valeat in dominium alienum.

Item nec monachus, nec canonicus ecclesiam, vel monasterium, vel quodlibet præsidi ecclesiæ fuæ, audeat retinere ad firmam. Districte etiam inhibemus, ne aliciti monacho, vel canonico regulari, qui non sit obedientialis, custodia monasterii committatur. ita quod e longa ipsius moræ vel conversatione scandalum oriatur: quod si præsumptum fuerit, per superiorem emendetur.

Item viri religiosi non recipiant ecclesiam ad firmam, in qua sibi quid juris vendicant, salvem post mortem perfonæ. Quod si fecerint, arbitrio superioris puniantur.

XLVIII. *Quod religiosi non bibant ultra horas debitas.*

Quoniam inter alia vitia impetus gulæ viros religiosos præcipue non mediocriter infestat: decernimus ut nec monachi, nec canonici regulares, nisi statutis locis & horis, potationi aut confessioni vacare præsumant. Si quis vero striverit, impetrata licentia, refectorium regulariter intret, ut sic necessitati subveniat, non ut confulat voluptati. Ab hac generalitate eximimus infirmos, & eos qui fuerint in obsequio præfatorum.

XLIX. *Quod monachi & regulares in monasterio habeant seniores, & de seniorum publicatione.*

Ad hæc statuimus, ut cum ratione debilitatis vel alia justa ratione, monachi seorsum in miserorum domo morantur, semper habeant secum ad minus alios seniores, qui aliorum levitatem debita correctione compescant, & qui postmodum in capitulo cestificentur, qualiter in misericordia fuerint conversati. Idem volumus inter canonicos regulares & moniales observari. Ut autem omnia hæc bono concludantur, Lateranense concilium sub fanctæ recordationis papa Innocencio celebratum, in præstatione decimarum & aliis capitulis præcipimus observari, & in synodis episcopalibus constitutiones illius concilii una cum illis, prout eis videbitur expedire, volumus observari.

Excommunicationes etiam in hoc concilio promulgatæ, singulis annis in episcopalibus synodis, & quater in anno in parochialibus ecclesiis, solemniter iterentur.

NOTÆ SEVERINI BENII.

Concilium Oxoniense.] *De hac synodo Matthæus Paris scripsit tantum congregatis in Oxoniam Anglicanis.* Eodem anno 1222. *ingruit*, Magister Stephanus de Langetuna gerebat concilium celebratum apud Oxoniam, in quo multa fuerunt statuta ad reformationem statuum ecclesiæ Anglicanæ, & monachilium religionis, sicut in dicto concilio alias plenius continetur.

Matthæus 1ª affirmat plerique is in seriem historiæ. Hoc anno, *inquit*, Stephanus archiepiscopus Cantuariensis celebravit apud Oxoniam provinciale concilium, in quo multa fuerunt statuta ad reformationem Statuum Anglicanæ ecclesiæ, atque monachilium religionis. Pacem autē deboni comprehendunt fuis quidam impostor, habens in corpore de mendacii, fcilicet in latere, manibus, & pedibus, quinque vulnera crucifixionis: & in eodem concilio fimul cum eo aliis rebulo utriusque sexus, ejusdem erroris fuisse, reprehensum, usaque cum eo convictus & confessus, judicio ecclesiæ punitus est.

In eadem ex monachi Wigorniensis Rogerius Annal. 1222. num. 10. *sin* fynodo Oxoniensi hoc anno in Anglia celebrata pseudochristus quidam, qui se Christum esse, verissime ut creditur, qui in cruce & populo gratificerat, emendare, audebat affirmare & figna quædam quafi Christi crucifixi manibus, pedibus, lateriique impressa, ad magiorum popoli circumventionem ostendebat, ut vanas & perfidas rebulo in cruce quam exercit cos bernatho proditionem quodammodo redimeret: in qua & discipuas quidam delectatus, Bamnisique crudus, quod ad Judaicam perfidiam reflexio profugiebat.

De eodem ita typographus quondam professus fuit: Concilium hoc fequens Anglicanum ex libello Turgaminico, non ille ita illis quorum fupra mentionem fecimus, tertium, tantisque eum eft, fed alio a superioribus abbreviatim adco & allegibilibus capitulorum, ut superabilem Lateranenfe concilii fub Alexandro tertio habiti archetypon per ille pontemodum jocus fuerit. Idcoque nobis transcribendum obtinuit, felicis memoriæ dominus Petrus Crab, non obtrusum, qui fuit ejus adversum versutis ejusmodi archetypa affectus, fi commode & absque fingulari difficultate legi potuifset.

ANNO CHRISTI 1222.

ANNO CHRISTI 1222.

ANNO CHRISTI 1222. ANNO CONC. III.

CONCILIUM SLEVICENSE,

ANNO CHRISTI MCCXXII. CELEBRATUM.

At magnum chronicon Belgicum, ait in Leodienſi concilio, contra Fridericis fratres fuiſſe probatum, quod fratrem jam ubique excommunicatum de ſubſtantia ſua & de militibus juriſſent contra eccleſiam, & contra imperium, & quod alter eorum fratri Friderico verbum dixerit, unde magis eum in necem archiepiſcopi animaverit. Quid multa? ſuſpenſi ſunt ab officiis, epiſcopus etiam a beneficiis: & Romam ire compulſi, depoſitiſſunt, & alii in locum eorum inſtituti.

*** CONCILIUM FUXENSE

IN QUO FUXENSIS COMES PONITENTIAM

Mentitus, abſolvitur ab hæreſi, anno Domini MCCXXVI.

Ughellus ſpondet, *cujus alia deſunt, hanc ex Spondano ad hunc annum notitiam accipe.* Habetur, *inquit*, annales Fuxenſes & Francorum, dum Ludovicus VIII. ellet in expeditione Narbonenſi adverſus Albigenſes, miſſum ad Rogerium Bernardum comitem Fuxenſem, jam regis hortatu reſipiſcentem, *(melius dixiſſet Spondanus reſipiſcere ſimulantem, ut ex Narbonenſi, cujus nos conjecimus)* Romanum legatum, conventum præſatorum ac

ANNO CHRISTI 1226.

* Sacrilegium

Apud Surium ad hunc annum.

Conciliis Binii t. 3. p. 1.

Vita S. Engelb. l. 4. c. 13.

Cap. 17.

ANNO CHRISTI 1226.

* Sacrilegium

*** CONCILIA PARISIENSIA DUO.

Adverſus Albigenſes anno MCCXXVI. celebrata.

Turonenſe chronicon ad annum MCCXXV. refert hæc concilia, quia tum receptum in Gallis annorum ratiocinum ſervat: annus autem Romanus, cujus a Kalend. Januar. incitur, exordium, jam labebatur MCCXXVI. Tertia, *inquit*, die poſt conversionem ſancti Pauli apoſtoli, ſcilicet feria IV. Ludovicus rex Francie & legatus generale concilium Pariſius celebraturut. In quo idem legatus, auctoritate domini Papæ Raimundum comitem Tolofanum, ſuoſque complices, excommunicavit: & terram illius, tanquam damnati hæretici, Ludovico regi Francie & hæredibus ejus in perpetuum confirmavit. Amorricus* etiam comes de Montefort, & Guido patruus ejus, quibuſdi aris habebant in prædicta terra, regi Francie & illius hæredibus quitaverunt: & literas inde confectas eidem

*** CON-

ANNO CHRISTI 1226. CONCILIUM VVESTMONASTERIENSE, CELESTINI 1226.

In causa Romani pontificis duarum

Prædecessorum obsequentes percentis, celebratum in Anglia, anno Domini MCCXXVI. tempore Honorii papæ II.

Bigot. ACta Synodalia Matthæi Parisiensis summatim ita narrat. Stephanus Cantuariensis archiepiscopus vocatis ad concilium suffragiis apud Westmonasterium post paschæ quos negotium tangebat, recitari fecit litteras supradictas de beneficiis Romanæ ecclesiæ conferendis coram rege & prælatis Angliæ, qui ad ejus vocationem plene convenerant. Sed illis auditis ac diligenter intellectis, singuli singulos ad visum monebant super concupiscentia Romanorum. Tunc rex convocatis fidelium prælatis & quibusdam magnatibus, hoc archiepiscopo dedit responsum: Ista, quæ super nobis dominus papa, universam Christianitatis latitudinem respiciunt; & quia non quali in extremis orbis constituti fumus angulis; cum videamus quaslibet certera regna erga tales se habuerint exactiones, dominus papa, cum ab aliis regnis habuerit non exemplum, in obsequiis nos invenire promptiores. Et his dictis concessa est omnibus licentia recedendi.

Fuisse autem apud Matthæum ipsam sic eadem exponantur.

ANno Domini millesimo ducentesimo vigesimo sexto, rex Henricus ad Natale Domini, celebravit festum suum apud Wigorniam, præcipuis quibusdam episcopis & magnatibus multis. Solennitate itaque peracta, profectus est rex apud Merlebergiam, ubi gravi infirmitate correptus, per multos dies detinebatur lectus. Venit interea terminus concilii ad festum S. Hilarii apud Westmonasterium præfixus: ubi Rex cum clero & magnatibus regni comparere debuerat, ut domini Papæ mandatum audiret. Missis igitur in loco præfato congregatis episcopis, cum aliis prælatis, & laicorum turbis, magister Otto, domini papæ nuncius, de quo habita est mentio superius, litteras aperte coram omnibus recitavit: in quibus idem Papa allegavit scandalum sanctæ Romanæ ecclesiæ, & opprobrium vetustissimum; notam scilicet concupiscentiæ, quæ rudit dicitur omnium malorum, & in hoc præcipue, quod nullus poterit aliquod negotium in Romana curia expedire, nisi cum magna effusione pecuniæ, & donorum exhibitione. Sed quoniam scandali hujus & infamiæ Romana pauperitas causa est, debent matris inopiam subleVare, ut illi naturales: quin nihil a vobis & aliis bonis & honestis dona reciperemus, deficerent nobis ecclesiæ vitæ, quod effet omnino Romanæ incongruum dignitati. Ad illud itaque scandalum

A peritus erudicandum, per confilium fratrum nostrorum, sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium, ipsendum providimus fuisse: cui si voluerimus consentire, a scandalo matrem vestram potenter liberare, & in curia Romana fine donorum obsequio exhibitionem justitiæ obtinere. Forma autem servanda hæc est: Petimus in primis ab omnibus ecclesiis cathedralibus, duas nobis prebendas exhiberi; unam de portione episcopi, & alteram de capitulo. Et insuper de canonibus, ubi diverse sunt portiones ubaria & conventus: a conventibus, quantum pertinet, ad unum monachum, æquali facta distributione bonorum fuorum; & ab abbate tantumdem.

His in hunc modum propositis, perfuasit ex parte domini Papæ magister Otto, ut consentirent prælati, allegans supradicta commoda, quæ in litteris continentur. Hiis autem omnia nolentes episcopi, & ecclesiarum prælati, qui personaliter interfuerunt, divertentes vestrum ad colloquendum, cum super rebus propositis distrius deliberassent, responsum fuum in ore magistri Johannis Bedefordensis archidiaconi cantuariensis posuerunt. Qui veniens in presentia magistri Ottonis, per hæc verba respondit: Domine, ista, quæ nobis proponitis, regnum Angliæ specialiter tangunt, generaliter vero omnes ecclesiarum patronos regni tangunt archiepiscopos, & coram suffragineos, nec non intumeros Angliæ prælatos. Cum igitur Rex propter infirmitatem & archiepiscopus Cantuariensis & episcopi, & alii ecclesiarum prælati sint absentes, in eorum absentia vobis respondere non possumus & debemus: quia si id fieret præjudicium, in præjudicium omnium absentium fieret prælatorum. Et his dictis, venit Joannes Marticallus, & alii nuncii regis, ad omnes prælatos, qui de regis baronias tenebant in capite dehuari, dilatis inhibentes, ne laicum feudum fuum, Romanæ ecclesiæ obligarent; unde a servitio sibi debito privaretur. Hoc autem cum magister Otto intellexisset, flatuit his qui aderant, diem ibi in media Quadragesima, dum ipse processuri regis adventum, & absentium prælatorum, ut tunc negotium fortiter effectum. Sed illi absque regis, & aliorum, qui absentes erant, assensu, præfatum diem admittere noluerunt. Unde singuli ad propria sunt reversi. *Hæc ille; apud quem, in eorum narratione qua id Rom. ecclesiam spectant, extant semper aliqua malignæ animi suspicia: ut recte Card. Baronius, & Agamicus episcopus Spandanus, aliique multi observarunt.*

ANNO CHRISTI 1227. CONCILIUM PROVINCIALE NARBONENSE, ANNO CELESTINI 1227.

Celebratum quadragesimæ tempore ann. Dom. MCCXXVII.

Editum a Catello in historia comit. Tolos. nunc emendatius ex apographo Jac. Simondi S. J.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De excommunicatis.*
2. *De correndis Judæi.*
3. *De iisdem.*
4. *Ut iidem fex denarios ecclesia offerant in pascha.*
5. *De cundendis testamentis.*

E 6. *De perjuris.*
7. *Ut habeatur diligens ratio confessionum.*
8. *Ut singulis Dominicis excommunicentur usurarii, incestuosi, &c.*
9. *Ut presbyteris parcio sufficiens assignetur ab iis qui tenent ecclesias.*
10. *Ut.*

ANNO CHRISTI 1227. 10. *Ut sacerdotes non sint pauciores quam tres monachi vel canonici regulares.* ANNO CELESTINI 1227.
11. *Ut monachi, canonici regulares, sacerdotes, non sine advocati insons.*
12. *Ut clerici nullatenus tallientur.*
13. *Ut nemo pedagia & quadagia prohibeatur.*
14. *Ut sint in omnibus parochiis, qui de hæresi & maleficiis cremationes inquirant.*
15. *Ut qui sint in parochiis, cognent hæreticos, & eorum fautores.*
16. *Ut hæretici, vel suspecti, ab officiis publicis amoveantur.*
17. *Ut Raimundus comes Tolosanus, comes Fuxensis, & alii, denuntientur excommunicati.*
18. *Ut qui curam animarum habent, ad sacerdotium promoveantur.*
19. *Ut quidam irreligiosi non prædicent.*
20. *De festo S. Matthiæ, & quatuor temporibus.*

CAPITULA.

I. De excommunicatis.

FElicis recordationis dominus Ludovicus rex Francorum, attendens quanta pertinacia laici provinciæ Narbonenſis, & quarumdam partium adjacentium, in præjudicium animarum, fuarum, & sententiam excommunicationis contemnerent: contra hujusmodi pertinaciam olim apud Apamiam conſilio tutus, & conſilio domini Romani fanti Angeli diaconi cardinalis, tunc apoſtolicæ ſedis legati, omnium etiam prælatorum & baronum de Francia, qui præſentes fuerant, pro eccleſiaſtica libertate, ſtatuit: ut quicunq; poſt trinam admonitionem ſe excommunicari permiſerit, in novem libris & uno denario turonenſi * puniatur. Si vero per annum contumax in excommunicationis ſententia permanſerit, bona ejus omnia cadant in commiſſum. Quam conſtitutionem, nos Petrus archiepiſcopus Narbonenſis, de conſilio fratrum & ſuffraganeorum noſtrorum, & approbatione totius provincialis concilii, mandamus & ſtatuimus, atque præcipimus, de cetero in provincia Narbonenſi ab omnibus inviolabiliter obſervari. Ita videlicet, quod ſi forte excommunicatus in prædicta ſumma puniri nequiverit, minori, vel alias fecundum providentiam ſui dieceſani epiſcopi puniatur, ſicut a prælatis Franciæ obſervatur. Si autem univerſitas culpa fuerit contumacia *, poena puniatur eadem. Si vero pro culpa domini, ipſe dominus poena ſimili puniatur.

* al. Marcuenſ.

* al. incontumacia.

II. De correndis Judæis.

Item quia Judæi uſurariis exactionibus plurimum opprimunt Chriſtianos, cum a Domino generaliter prohibeantur uſuræ: ſynodali conſilio duximus providendum, ne Judæi aliquatenus a Chriſtianis immoderatas aliquatenus uſuras accipiant. Quod ſi fecerint, eas reſtituere ab eccleſia compellantur: videlicet per excommunicationem in Chriſtianos, qui cum eis in commercio vel aliis participationem habebunt. Nec in do-

Concil. General. Tom. XIII.

mibus ſuis habeant Chriſtiana mancipia, vel nutrices: nec carnibus publice veſcantur, vel vendant eas in dieibus, quibus abſtinent Chriſtiani. Nec in bajulis, vel aliquibus officiis, præſſe Chriſtianis permittantur. Carnes etiam, quas ipſi faciunt, privatim tantum in domibus ſuis vendere, & non in Chriſtianorum macellis.

III. De iſtens.

Ad hoc ut Judæi poſſint ab aliis diſcerni: ſtatuimus, & diſtricte præcipimus, ut in medio pectoris deferant ſignum rotæ, cujus circulus ſit latitudinis unius digiti, altitudo vero unius dimidii palmi de canna. Nihilominus inhibemus, iiſdem diebus Dominicis & feſtivis publice operari. Et ne Chriſtianos ſcandalizent, vel ſcandalizentur ab iis volumus & mandamus, ut in ſeptimana ſancta nullatenus, niſi cauſa neceſſitatis, exeant domos ſuas: & prælati faciant eos a Chriſtianorum vexationibus cuſtodiri, maxime in ſeptimana prædicta.

IV. Ut iidem fex denarios eccleſiæ offerant in Paſcha.

Statuimus inſuper, ut Judæi ſingulis annis in feſto Dominicæ reſurrectionis, ſex * denarios Melgorenſis monetæ per ſingulas familias, pro oblatione eccleſiæ parochiali perſolvant. * al. quique

V. De cundendis teſtamentis.

Item, quia ultima voluntas defuncti debet inviolabiliter obſervari: volumus & præcipimus, ut teſtamentum, vel ultima voluntas cujuſque, in præſentia ſemper catholicorum virorum, & parochialis ſacerdotis, vel alterius eccleſiaſticæ perſonæ loco ipſius, condatur. Præterea ut idem teſtamentum, vel alia eccleſiaſtica perſona, valeat de ipſo teſtatore laudabile teſtimonium perhibere, ne de ipſo aliqua infidelitatis ſuſpicio poſſit haberi: & maxime, ut ea, quæ in pias cauſas reliquerit, fideliter & citius fine fraude ſolvantur. Quod ſi teſtator vocare, ut deximus, ſacerdotem & viros catholicos contemperit: careat eccleſiaſtica ſepultura, donec de hujus mandati contemptu, eccleſiæ ſatisfactum fuerit coram teſtatore. Notariis vero, qui abſque ſolemnitate ſuperius expreſſa notare vel ſcribere præſumpſerint teſtamenta vel ultimas voluntates, eccleſiæ interdixit inter dicatur ulque ad ſatisfactionem condignam.

VI. De perjuris, & de falſis teſtibus.

Item, cum religio juramenti peccatis exigentibus fere ab omnibus in iis patribus contemnatur: contra hujuſmodi contemptores aliquid ſocuritatis pro ſalute animarum ipſorum, duxit præfens concilium ſtatuendum. Videlicet ut quicumque in tranſgreſſione juramenti de cetero manifeſte deprehenſus fuerit, in eccleſia publice de-

ANNO CHRISTI 1220.

nuncietur esse perjurus. Quod si admonitus A
satisfacere noluerit, tunc excommunicetur
accensis candelis, & pulsatis campanis, sin-
gulis diebus Dominicis & festivis: & denun-
cietur ineffabilis & infamis, & nec ad testi-
monium vel ad alios actus legitimos admit-
tatur. Et idem de falsis testibus observetur.

VII. Ut habeatur diligens vario consolidanum.

Item statuit præsens synodus, quod omni-
um illorum omnium, qui peccata sua confes-
si fuerint, scribantur a capellanis, qui con-
fessiones audiverunt eorumdem: ut laudabi-
le testimonium de confessionibus eorum va-
leant perhibere. Illis vero qui confiteri con-
tempserint saltem semel in anno a decimo
quarto anno supra, vivis, introitus eccle-
siæ usque ad satisfactionem condignam, mor-
tuis vero, interdicatur ecclesiastica sepultu-
ra. Illi vero qui confessiones illorum audi-
verint, in loco parenti audiant, non occulto.

VIII. Ut singulis Dominicis excommunicentur usurarii, incestuosi, &c.

Item, de publicis usurariis, incestuosis,
concubinariis, adulteris & raptoribus, fuit
in præsenti concilio constitutum, ut singu- C
lis diebus Dominicis & festivis publice in ec-
clesia excommunicentur. Similiter & illi qui
testamenta defunctorum publicare & comple-
re post competentes admonitiones renuc-
tint, excommunicationi subdantur.

Later. IV. c. 52. *IX. Ut presbyteris portio sufficiens assignetur ab iis qui tenent ecclesias.*

Item cum in concilio Lateranensi & aliis
sit frequenter per Romanum pontificem con-
stitutum, quod presbyteris in ecclesiis mo-
nachorum & aliarum personarum, ad sum-
, & ad suorum sustentationem, portio suf-
ficiens assignetur: ne a domino Papa possimus D
merito reprehendi, vobis abbatibus, prio-
ribus, & aliis regularibus & saecularibus,
qui habetis vel tenetis ecclesias hujusmodi,
præcipimus, ut in vestris ecclesiis, episco-
pis personas præsentetis idoneas, quibus per
episcopos animarum cura commissa ulque
ad festum Pentecostes proxime venturum,
secundum facultates ecclesiarum, arbitrio
bonorum virorum, portionem idoneam af-
signetis: videlicet, qua tam ipsi, quam sui,
valeant sustentari honeste, & alia facere,
quæ continentur in pluribus constitutioni-
bus, quæ jamdudum super hoc a sede apo- E
stolica emanarunt.

X. Ut in ecclesiis non sint pauciores quam tres monachi vel canonici regulares.

Illud præterea duximus exponendum, ut
in ecclesiis vestris, non pauciores faciant
morum quam tres monachi, vel canonici
regulares: sicut alia vice per dominum Pe-
trum Beneventanum, tunc apostolicæ sedis
legatum, fuit in provinciali concilio constitu-
tum, & postmodum observatum.

Concil. Monspel. an. 1214. c. 3.

ANNO CHRISTI 1220.

XI. Ut monachi, regulares, sacerdotes, non sint advocati in foro.

Adjicimus insuper, ut monachi vel ca-
nonici regulares, vel etiam sacerdotes, nisi
pro ecclesiis suis & miserabilibus personis,
& de præfati sui licentia speciali, in foro sa-
culari vel ecclesiastico advocare nullatenus
præsumant. Quod si forte pars adversa re-
pellere rales neglexerit vel noluerit, a judi-
ce repellantur omnino.

XII. Ut clerici nullatenus tallientur.

Item statuimus, ut clerici, occasione
patrimonii sui, vel personæ, nullatenus
tallientur, & tam consules, quam alii lai-
ci, ab his tallis & exactionibus per censu-
ram ecclesiasticam, si necesse fuerit, com-
pescantur.

XIII. Ut nemo pedagia & quidagia prohibeantur.

De novis pedagiis & quidagiis statuit con-
cilium, ut per ecclesiasticum judicem, si ne-
cesse fuerit, prohibeantur omnino.

XIV. Ut simi in omnibus parochiis, qui de hæresi, & manifestis criminibus suspirantur.

Volumus insuper, & districte mandamus,
ut ab episcopis tertio synodales in singulis
institiuantur parochiis, qui de hæresi, et
de aliis criminibus manifestis diligenter in-
quirant, postmodum episcopis quod inve-
nerint relaturi.

XV. Ut qui sunt in potestate, objiciant hæreticos, & eorum fautores.

Consules nihilominus, castellani, po-
testates, et barones, abjurare hæreticos
et fautores, nec non et receptatores eo-
rum, per censuram ecclesiasticam compel-
lantur.

XVI. Ut hæretici vel suspecti, ab officiis publicis amoveantur.

Qui vero quondam hæretici vestiti vel
notati fuerint, aut merito suspecti sunt, a
bajulis vel officiis publicis, si qua habent,
præcipimus ut amoveantur ex toto, nec de
cetero ad hujusmodi assumantur.

XVII. Ut Raimundus comes Tolosanus, comes Fuxensis, & alii, denuntientur excommunicati.

Item, statuimus et præcipimus observa-
ri districte, ut Raimundus filius Raimun-
di quondam comitis Tolosani, comes Fu-
xensis, et Trincavellus, qui dicitur vice-
comes Biterrensis, Tolosani hæretici, cre-
dentes, fautores, defensores, et receptato-
res eorum, et præterim illi de Limoso,
et alii qui felicis recordationis domno Lu-
dovico regi Francie juraverant, et post-
modum averti sunt ab ecclesia: omnes etiam
illi, qui arma, equos, victualia, vel alia
subsidia vendunt, donant, mittunt, vel
præstant eis scienter, candelis accen-
sis et pulsatis campanis denuncientur ex-
communicati et expositi cuilibet occupanti
tam in rebus, quam in personis, per sin-
gulas

ANNO CHRISTI 1227.

gulas parochias singulis diebus Dominicis A
et festivis.

XVIII. Ut qui curam animarum habent, ad sacerdotium promoveantur.

Item, quia in multis canonibus et frequen-
ter ordinatum est & statutum, ut archipre-
bytreri, præpositi, abbates, et ali qui curam
animarum habent, debeant ad sacerdotium
promoveri: mandamus et præcipimus, ut
rales, et illi qui ecclesias parochiales ha-
bent, ad sacerdotii gradum promoveantur,
et ibi serviant ut tenentur.

XIX. Ut quæstores in ecclesiis non prædicent.

Præcipimus similiter capellanis et aliis ec-
clesiarum rectoribus, ut quæstores prædica-
re in ecclesiis non permittant: sed legantur
dumtaxat litteræ, si quas habent, prout or-
dinatum fuit in concilio generali.

Later. IV. c. 62.

XX. De festo S. Matthiæ, & quatuor temporibus.

Item, ad tollendam quorumdam dubie-
tatem de celebrando festo S. Matthiæ. et je-

ANNO CHRISTI 1227.

junis quatuor temporum in Septembri: no- A
tum fieri universis volumus, et præcipimus
observari, ut semper in anno bissextili po-
steriore die celebretur festum prædictum, et
in quarta feria, quæ tertia prior in Septembri
occurrit, jejunia quatuor temporum cele-
brentur. Adjicientes, ut singulis annis in
Dominica, qua cantatur Lætare Hierusa-
lem, provinciale concilium celebretur.

G. C. Celebratum esse hanc synodum anno MCCXXVII. certissimum habemus argumentum ex chronico Guillelmi de Podio Laurentii: cujus hæc verba cap. 26. *Cum autem esset Aquensis vesi* (Lodovicus VIII.) *ibi multis consilio Cardinalis, ad honorem Dei, & profectum fidei Catholicæ, audito maxime contra excommunicatos olim ecclesiæ animadvertit Senior Romanæ ecclesiæ, de quo fit mentio in concilio Narbonensi, in sequenti anno quadragesima celebrato, quod incipit,* Felicis recordationis. Hæc Guillelmus ad ann. MCCXXVI. extenditur. Cum autem Narbonense hoc concilium frequens quadragesima celebratum esse dicat: dubitare non possumus quin sit anno MCCXXVII. tribuendum, We vero dubitemus, an fit hoc ipsum Narbonense, primas ejus voces indicat: item & statutum adcreditis componere clavium ecclesiæ, quod palmam est hujus synodi caput.

VITA ET EPISTOLÆ GREGORII PAPÆ IX.

Gregorius IX. qui auctore Urspergensi prius C
fuit Ugolinus Ostiensis episcopus dictus, na-
tione de Anagnia, ex comitibus Signiæ oriundus,
defuncto Honorio subrogatus est in Romanæ eccle-
siæ pontificatum decimoquinto Kalendas Aprilis,
anno Christi Redemptoris 1227. Friderici imper-
atoris ejus nomini secundum, tanquam fœdi-
fragum, Saracenorum fautorem, regis Hierosoly-
mitani, atque adeo Christianorum omnium in A-
sia bellatorum, deceptorem, voti de oppugnanda
Saracenis aliquoties juramento fœmati transgreſſo-
rem, jure meritoque excommunicavit. Quinque
commissionis ejus reliquæ, & de tertia in Asiam
thematis per eumdem absolutos, priſtinis & abju-
catis crimisibus graviora addevet, civitates eccle-
ſiæ oppugnantes, ſubtinentes, interrimam, quæ D
jam tum Guelphi & Gibellini appellabatur, non
niſi poſt ducentos & plures annos compoſitam, ex-
citare, Saracenis magiſtratus mandares, ut ur-
bem, quæ Saracenorum dicta eſt, conſcenderet, ecclesias, & monaſteria ſpoliaret, Siculos
tyrannide gravillima oppreſſeret, fratrem regis
Tunidi, baptiſmum Panormi petentem, a tam ſan-
cto proposito verbis detineret, vias præcluderet
ne concilium, quod Gregorius Romæ indiveret,
convenire poſſet, cardinales aliosque denum præ-
latos in vinculis teneret: ſecundam ſenteutiam a-
nathematis in eumdem latam promulgavit. A po-
pulo urbe pulſus venit Perusiam, ibique biennio
permanſit: Francilcum, Dominicum, Antonium
de Padua, & Eliſabethæm regis Hungariæ filiam E
in numerum ſanctorum retulit.

Dum urbe abeſſet, & Brundusium contra ban-
nitos ſtruaret, Annibal incetus Romæ cum aliis
quibuſdam reipublicæ perturbatoribus populum
Romanum ad defectionem ſolicitavit. Verum Di-
vini numinis ulcrix dextera confecuta eſt: qua pe-
ne totus hominum multitudo peſte extincta perit.

Gregorius IX. quando pontifex factus fuerit.

Cur Gregorius Friderici nomen imperatoris omiſerit excommunicati.

carnes etiam in quadrageſima manducabant, ca- A pitvitatem etiam epiſcoporum, ad indictum Romæ concilium accedere volentium, pontifex optimus tam agre tulit, ut præ nimio animi dolore vix prope centenarius obierit undecimo Kalendas Septembris, anno Chriſti nati 1241. cum ſedi apoſtolicæ quatuordecim annis, quatuor menſibus, & viginti ſex diebus præfuiſſet.

EPISTOLA I.

GREGORII PAPÆ IX.

AD OMNES FIDELES.

De negotiis terræ ſanctæ. B

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei omnibus Chriſti fidelibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

NOverit univerſitas veſtra, nos de partibus transmarinis ſub hac forma literas ſuſcepiſſe:

G. miſericordiæ divina patriarcha Hieroſolymitanus, humiles & indignus apoſtolice ſedis legatus. P. Caſarienſis, N. Nazarenſis, P. Neapolitanus, archiepiſcopi, T. Virtuleonenſis, T. Exonienſis, epiſcopi, hoſpitalis ſancti Joannis, domus militiæ Templi, & hoſpitalis Teutonicorum magiſtri, omnibus has literas ſuſpecturis in Domino Jeſu ſalutem.

Univerſitati veſtræ neceſſitatem noſtram inſtantiſſimam, & Jeſu Chriſti, qui pro univerſis fidelibus ſanguinem ſuum fudit, negotium cognoſcimini intimate. Non enim abſque intimantis fervore, ac multiplici lacrymarum effuſione accidit, quod ſuos ſacrabamus communiter, in paſſagio Auguſti ſuper præteriti, ferentiſſimus vir dominus imperator, ut propoſierat, in Syriam non tranſivit. Quo audito, illi qui jam adventum ejus præveniebant peregrini in eildem partibus, prudenter quod diſtat inquirentes ut veniret in paſſagio meuoratio, pluſquam quadragiuta militia virorum fortium, in eiſdem navibus, in quibus tranſierant, redierunt, magis in hominem in Domino confidentes. Ibi tamen poſt eorum receſſum, octingenti fere milites remanſerunt, clamantes unanimiter, & dicentes: Vel recuſas rumpamus, vel committamur recedamus. Qui non ſine magna difficultate detenti hac occaſione furtum: quia vir nobilis dux de Lemburgo ex parte domini Imperatoris erat exercitui præheiendus. Habito igitur concilio virorum prudentium & præcipue domus hoſpitalis, & templi, ac hoſpitalis Alemannorum, de treuga rumpenda, præfatus dux faceret quod Chriſtianitati ac terræ ſanctæ videretur poſſe expedire. Sicque accitis quod duo requiſitis ſuper hac conſiliis, & receptis, die quadam ſpecialiter ad hoc allignata comparuit coram nobis & quibuſdam nobilibus terræ illius, ubi propoſuit C publice quod volebat treugam infringere: & quaſi liter utilius ac melius in hac parte valeret procedere, ipſorum auxilium & conſilium implorabat. Verum cum ipſi duci & quibuſdam conſiliariis ſuis diceretur, quod treugam periculoſum eſſet infringere, & cum ſuiſſet juramento firmata, penitus inhoneſtum: reſpondebant quod dominus papa excommunicaverat omnes Crucefignatos qui in iſto paſſagio non tranſirent, qui ſciebat adhuc treugam per biennium duraturam: ac per hoc intelligebant, quod volebat treugam non ſervari, nec D peregrini ibi remanere volebant. aliquatenus otioſi. Erant & multi qui dicebant, quod ſe contingeret recedere peregrinos, poſt receſſum eorum in eos inſurgerent Saraceni, treugæ non obſtante. Movit præterea quoddam, quod Coradinus cum dominis de Haman, & de Camele, & Halaph, graviſſimam haberet guerram: unde plus ſojiton. met, neipſa treuga a Chriſtianis frangetur. Quod ſi fieret, credebatur quod Coradinus, cum videtur guerris ſe undique coarctatum, deberet inde verisimiliter procedere verbum pacis. Habito igitur ſuper his longo deliberamine conſilio, attendens unus ſuit omnibus ſpiritus, & vox una, in ſanctam rendere civitatem, quam Dominus Jeſus Chriſtus propio ſanguine conſecravit. Et ſic factum eſt eum haberetur aceeſſus, fuit conſummatter ordinatum, ut primo Cæſarea, & inde Joppe manerentur: quod ante paſſagium Auguſti ſequentis proculdubio poſſe fieri ſperabatur: & tunc hiene ſequenti in dominum Domini cum ſpiritu ſuſtenio lætantes valeant proficiſci. Fuit autem hæc pubblata proviſio extra civitatem Acon, inſtante ſelo apoſtolorum Simonis & Judæ, aſſumptis peregrinis omnibus: ubi ſolemniter eſt imperatum, ut eſſent omnes parati in craſtino omnium ſanctorum, verſus Cæſaream proficiſcuri. Quod audientes peregrini, qui conſilium ignorabant, quod exercitus tradi tam habuerat, multis laboribus & expenſis quæ ad vitum perfectum perduxit, a regie dignitatis decorem, & tandem ad fatigiam culminis imperialis proveuit: credens illum habere defenſionis virgam, & baculum ſenectutis. Ipſe autem dum in Teutonicam ſe tranſtulit ad habenas imperii obtinendas, juvenda, ut credebatur, auſpicia, ſed veritas periculoſa matrix obtutibus inferebat. Nam ſpone, non monita, fede apoſtolica ignorante, crucem ſuis affixit humeris, novos ſolenniter ſe in terre ſanctæ ſubſidium profeiturum. Deinde ſe & alios Crucefignatos exercitui obtinuit, nili certo proficiſcerentur tempore. Sed incidenter abſolutionem petiit, & accepit: de parendo ſuper hac mandatum ſolito more, & fidelitate per juramento. Exuberantem autem gratiam ſuper ipſum apoſtolicas fedes infundentem, ut feſtinantius ad terræ ſanctæ tranſiret ſubſidium, ipſum contra morem ad coronam vocavit: & hoc non univerſitatis, ſed multiplicatis interceſſoribus invitati per magnificos nuntios conſevit. Sicque idem ſub crucis vexillo ufque ad hoc tempus progrii negotii plenior & perfectius conſummavit. Tandem cum manibus feliciis recordationis Honorii papæ prædeceſſoris noſtri in B. Petri baſilica recepiſſet diadema de manibus noſtris, unde in minori officio conſtituti, crucem reſumpſit, voto publice innovato. Plures fub ſpe fui ſubſidii ad crucem ſumendam induxit, & certum recipit terminum tranſferendi. Habito quoque poſtmodum apud Veruliam cum eccleſia Romana colloquio, juravit publice ſe in certo termino, a Romana ſibi eccleſia præfigendo, & tanquam imperatorem honorifice profecturum. Exinde apud Ferentinum in colloquio ſimili, duorum annorum transferendi elegit ſibi terminum, & profixit. Sicque tranſiturum, & nobilem mulierem, natam carifimi filii noſtri in Chriſto Joannis regis Hieroſolymarum, illuſtris ipſius regni heredem, in conjugem receturum, ſolemniter præſtito juramento ſpopondit. Adjungens quod per hoc ad obſequium terræ ſanctæ, non ut ceteri peregrini, ſed ut Templarii & Hoſpitalarii, ſe in perpetuum obligaret. Appropinquante itaque termino præfixo, copiit excuſationes multiplices prætendere, ſe ad tranſitum aſſectus non paratum: & ut dennio terminum ſibi daretur terminus annorum, grandia obtulit obſequia terræ ſanctæ, cum

mergitur, nec ſubmergitur: quia in ea Dominus A obligationibus ſatis magnis. Apoſtolicæ vero ſedes, ac tantis laboribus exhauſtæ, & interiores ſic exhauſtæ, totam diffolvere tetur negotium, quod huic principi poſt Romanam eccleſiam principaliusincumbebat: habito plurium epiſcoporum & aliorum virorum conſilio, de contingentibus nil omittens, venerabilem fratrem noſtrum P. Albanenſem epiſcopum, & bonæ memoriæ G. tituli ſancti Martini presbyterum cardinalem, ad confirmanda illa quæ imperator pro crucis obſequio ſpontaneus promiſerebat, tranſmiſit. Cumque ad ſanctum Germanum cum pluribus Alemanniæ principibus pariter convenilſent, imperator propriis manu juravit, quod inde ad biennium, id eſt, in paſſagio Auguſti nunc proximo tranſacto, omni excuſatione & dilatione ceſſante, tranſiturus cum mille milites ibidem per biennium tenebret ad ſuum ſtipendium, pro ſubſidio terræ ſanctæ, centum milia uncialum auri, in quinque paſſagiis tunc proximo futuris illuc deferendæ certis aſſignanda perſonis. Et tunc cardinales presbyteri de Imperatoris conſenſu, in conſpectu principum ac populi circumſtantis, excommunicationis ſententiam publice auctoritate apoſtolica proculgarunt: in quam incideret Imperator, ſi forte in aliquo defecerit præmiſſorum. Obligavit inſuper ſe imperator ad certum terminum chalandas, & quinquaginta paria ducendas & tenendas ultra mare: & quod infuper duobus militibus militum paſſagium crucis terminet largiretur, in annum ſuum jurati facient, ſe ibi que dictum imperatorem, ſponte conſentiens in ſe & regnum ſuum ferri ſententiam, ſi non fuerint obſervata. Qualiter autem hæc impleverit, adverſus Alamannos ad ejus frequentem inſtantiam multa Crucefignatorum militia per excommunicationis ſententiam coarctati in termino definito ad portum Brundufi properarſint: quia gravium loci ſuperveniente, ſe detraxerat veritatibus fere cunctis in portubus conſtitutis, & idem a prædeceſſore noſtro ac a nobis frequentius monitus, ut diligenter exercitum ipſius perſtitio juramento. Exuberantem autem gratiam ſuper ipſum apoſtolicas fedes infundentem, ut feſtinantius ad terræ ſanctæ tranſiret ſubſidium, ipſum contra morem ad coronam vocavit: & hoc non univerſitatis, ſed multiplicatis interceſſoribus invitati per magnificos D nuntios conſevit. Sicque idem ſub crucis vexillo uſque ad hoc tempus progrii negotii plenior & perfectius conſummavit. Tandem cum manibus feliciis recordationis Honorii papæ prædeceſſoris noſtri in B. Petri baſilica recepiſſet diadema de manibus noſtris, unde in minori officio conſtituti, crucem reſumpſit, voto publice innovato. Plures fub ſpe fui ſubſidii ad crucem ſumendam induxit, & certum recipit terminum tranſferendi. Habito quoque poſtmodum apud Veruliam cum eccleſia Romana colloquio, juravit publice ſe in certo termino, a Romana ſibi eccleſia præfigendo, & tanquam imperatorem honorifice profecturum. Exinde apud Ferentinum in colloquio ſimili, duorum annorum transferendi elegit ſibi terminum, & profixit. Sicque tranſiturum, & nobilem mulierem, natam carifimi filii noſtri in Chriſto Joannis regis Hieroſolymarum, illuſtris ipſius regni heredem, in conjugem receturum, ſolemniter præſtito juramento ſpopondit. Adjungens quod per hoc ad obſequium terræ ſanctæ, non ut ceteri peregrini, ſed ut Templarii & Hoſpitalarii, ſe in perpetuum obligaret. Appropinquante itaque termino præfixo, copiit excuſationes multiplices prætendere, ſe ad tranſitum aſſectus non paratum: & ut dennio terminum ſibi daretur terminus annorum, grandia obtulit obſequia terræ ſanctæ, cum

tiens pallíare. Attendite ergo, & videte, si est dolor sicut dolor eius apostolicæ matris vestræ, sic crudeliter & toties deceptæ in filio, quem fastaverat, in quem posuit in hoc facto spei suæ fiduciam, in quem tot beneficiorum abundantiam cumulavit. Dissimulans interim, ne occasione inventa se averteret a terræ sanctæ subsidio, exilia prosilium, spoliationes, captivitates, & injurias multiplices, quas ecclesiis, viris religiosis, clericis irrogavit; & obaudiens querelas multiplices pauperum populorum, & nobilium patrimonii ecclesiæ clamantium contra ipsum, quasi in anno Domini sabaoth credimus introsisse. Et quamvis ecclesia Romana tueri debeat filium tanta diligentia educatum, & magnificentia exaltatum: nunc ipsum gemit tot Matris viscera, & videmur hostis profligratum, & in eum confusionis opprobrium tam ignominiosæ dejectum. Non minus gemit exterminium exercitus Christiani, qui non inimicorum gladiis vel virtute defecit, sed calamitate tam miserabili est consumptus. Gemit etiam, quod pars residua bellatorum, exposita matris periculis & fluctibus tempestatum, ubique duce, præceptore, & principe ducitur quo ignoratis, quoticum profectura terræ sanctæ utilitatibus. Quibus debitæ consolationis solatium & opportunæ subjectionis auxilium, impedimentibus jam matris frequentis procellis, temporisque angustia, juxta vorum non posse nimus ministrare. Gemit insuper excidium terræ sanctæ: quam nunc cripit de manibus paganorum feralissimus: quam olim, ut asseritur, recuperasset Christianus exercitus per concambium Damiatæ, nisi semel eis & ægrum imperialibus fuisset literis interdictum. Qui quam non fuisset in machinibus paganorum inclusus, & gelatarum subsidium, ut ex parte sua promisserat fuerat, & fieri potuerat, subsecutum esset. Nam Damiata, quæ, ut asseritur, sine tradita nuncio, & aquitis imperialibus insignita: eodem die cruce signatorum spoliata, & per duos deteriorata, vilitet & ignominiosæ per ipsos fuit infidelibus restituta. Recurrit etiam ad redivivia suspiria, & amissionem perfectam percipiens, lens Damiatæ tot laborum & angustiæ, tot expensarum dispendia, tot mortes fidelium, & tot excursus temporum, quæ inutiliter effluxerunt, subortis lacrymis flere non cessat, & ore pio & qui consoletur Deus eos omnibus cum ejus, nec abstergat lacrymas a maxillis. Cum ergo vox ejus in Rama jam sonuerit, & Rachel non solum filios, sed hæc omnia irremediabili lamentatione deploret: quis fidelium a gemitibus & suspiriis continebit? quis filiorum cernens aquarum profluvia de matris oculis proprodeuntia, lacrymatum effundet? Quis matris non compatiatur angustiis, nec tempestis ejus doloribus condolebit? Quis fidelium propter hæc non ardentius inflammabitur ad lubidium terræ sanctæ, ne Christiana juventus ex inoperato cafu penitus posstrata videatur, & ignominiosæ animo conflernata? Nonne viri cordati, & filii fely Christi, debent ad lubidium terræ sanctæ tanto fortius animari, quanto ignominiam jam amplius reliqui non conspicuunt ex inoperata ruina in Patrem & Filium, in redemptorem atque redemptos, in Christum & populum Christianum? Nos igitur hoc negotium tanto ardentius resumere affectamus, & profundiori consilio alta intendimus remedia invenire, quanto magis necessitas, & ex multis inflata doloribus nostram grandis angustia pavit: & sic cum Dominus populo suo medicum offendit se fratrum, de illius manu hoc tempore sacrificium non acceptans, qui prudentiam non est imitatus illorum per quem salus Israel confuevit. Non tamen misericordia Dei sunt consumptæ, nec ejus

A miserationes penitus defecerunt. Sperantes quamque in misericordia Dei nostri, qui viam nobis offendit, per quam in hoc opere prospere gradiamur, & vires leuandum cor ipsum destinabit, qui præcedant in cordis puritate ac manuum mundita exercitum Christianum. Ideoque fraternitatem vestram obsecramus in Domino, per apostolica scripta præcipiendo mandantes, quatenus hac clero & populis vobis commissis fideliter exponentes, ac indocentes eosdem ad hæc exequenda, taos studeant animos præparare, & ipsos ad vindicandam injuriam Jesu Christi talibus exhortationibus instrutis: ut cum ipsos fedes apostolica habito super tractatu solicitandos providerit, promptos invenias & paratos. Porro ne tanquam canes muti, non valentes latrare, videamur deffere nimis contra Deum, non fumentes ultionem de illo qui tantam injuriam populo procurarit, imperatorem videlicet Friderícum, qui nec transferavit in termino constituto, nec illuc in tanatis passagiis præcipitam pecuniam destinavit, nec mille dantis malices per binionem tenendos ad sium ftipendium, pro subsidio terræ sanctæ ibidem; sed in tribus articulis manifeste deficiens, in decretique excommunicationis laqueum ultroneus se ingessit: excommunicatum, quamquam invitt, publice nuncianus, & mandantes ut ab omnibus ad hæreticis tari; contra ipsum, si contumacia ejus exegerit, gravius procedturi. Confidimus tamen adhuc in pii patris clementia qui neminem vult perire, quod oculis mentis caligantes, & hoc errore debitus cultoffyo, si non fuerit animo rebellis, lemine poterunt illustrari, ut fuam afpiciat nodi tatem, & ignominiam fuam, quam incurrit, avertat: fecque recurrat ad medicum, & ad mentem ecclesiam revertatur, per humilitatem debitam, & fatisfactionem congruam, falutis remedia recepturus. Non enim ejus falutem in Domino affectamus interire, quem ab ejus fuore dignissimus in minori etiam officio conflituit. Data Laterani, pontificatus nostri anno fecundo.

III. AD ROMANUM FRANCORUM LEGATUM.

De perfecutionibus ecclesiæ per Fridericum II. imperatorem.

Gregorius epiſcopus Romanus Franciæ Romanum legato ſalutem, &c.

ATrende queſumus, & vide, ſi eſt dolor ſicut dolor noſter, quia filium quem nutrivit ecclesia Romana & exaltavit, ſperans eum propugnatorem habere contra perfidas nationes, ecce nunc perſecutorem ſentit immanem, & hoſtem validum experitur. Et ne tacemus atrocis injuriæ & facturas enormes, quibus Fridericus dictus imperator ecclesiam & perſonas eccleſiaſticas damnabiliter hactenus flagellavit, patrimonium apoſtolice ſpei per Saracenos terre ſue alios occupavit: & quod deteſtabilius eſt, cum Soldano & aliis Saracenis nefandis contrahens pactiones, illis favorem, Chriſtianis odium exhibet manifeſtum, ad exterminandas domos hoſpitales & fratrum militiæ Templi; per quas reliquiæ terræ ſanctæ hactenus ſunt obſervatæ, impie annullando. De mandato enim illius inter Saracenos & Chriſtianos, fide fracta treuguram, cum Saracenis domorum prædictarum hoſtiliter inquietans; occiſis & captis quamplurimis cum prædas plures abſtuliſſent, Templarii ex hoc moti inſtirrexerunt contra

A tra ipſos, & cum prædas abſtuliſſent ad valorem ſex millium marcarum, Thomas comes Acterarum, Imperatoris bajulus, illis redentibus, furibundus & currens, eundem præbam, ipſis non audentibus, juxta ordinis ſui inſtitutta, manum armatam contra Chriſtianos erigere, abſtulit violenter, & reddidit Saracenis præter quadam, quæ idem Thomas ſibi dicitur retentaſſe. Quod ſi Saraceni prædam auferant Chriſtianis, dicitur Thomas non ſolum ad recuperationem ejus intendit, ſed nec patitur ut Chriſtiani prædam auferant aliquando Saracenis. Quæ factum eſt, ut illi in hoc violentiores effecti, noſtros audaſter impugnent: & noſtri proditionis formidantes minus audeant refragari. Et hic effuſo ſanguinis Chriſtiani B nonnunquam in Imperatoris damnabile lucrum cedit. Adhuc autem Thomas prædictus, vel potius Imperator per ipſum, prædictas domos immanitas perſequens, ipſas domibus & poſſeſſionibus quas habebant vi edictis per violentiam ipſoſuit: eoque privilegiis apoſtolice ſedis privare contendens, & imperiali ſubjicere juriſdictioni nititur, in manifeſtam ſubverſionem eccleſiaſtice libertatis. Contum Salvator etiam, quot domus hoſpitalis & Templi habebant in Sicilia & Apulia, colligi facitens, eos reddidit Saracenis: nulla eſtinde recompenſatione facta domibus ſupradictis. Et ſic ſervir Chriſti ſervos pefert Machometi: ut ex premiſſis offenditur C evidenter. Adhuc pro certo ſcias, quod licet dictus Imperator cum patens militibus mare dicitur intraſſe: contra patrimonium eccleſie magnum exercitum Chriſtianorum, & Saracenorum multitudinem deſtinavit; ut de obſervatione fidei & malignitate conflet, omnibusque manifeſtum exhibeat argumentum. Unde, inquam firmam ſpem habemus habeamus in illo, qui eccleſiam ſuam ſupra fidei petram ſtabilivit, quamtumcumque irruant venti, & inundent flumina, ipſam tamen non permittet everti, vel naufragari. Dum itaque videmus cum in ſubverſione fidei Chriſtianæ ita nequiter machinantem, ita imple ſevientem: poſſemus extremum periculum formidare. Sed quantumcumque impii prolongetur iniquitas, nunquam tamen in fua poterit pravitate pervalere, ſed in ea potius evaneſcet. Cum igitur ex officio, licet indignis nobis injuncto, providere cogimur, ne minifter Machometi in Chriſti miniſtros diutius valeat deſeviere, ſed ſeviens potius confundatur, & gloria Chriſtiani nominis exaltetur: diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta præcipiendo mandamus, quatenus per terram legationis tuę hęc ſolemniter prędices Chriſti fidelibus, ut pro ſtatu fidei, & religionis obſervantia, ſtent ex animo tanquam profequentes ſinguli proprium intereſſe, ac ſalutaribus monitis effectibus eos & exhortationibus inducere non poſſponas. Datum Laterani Nonis Auguſti pontificatus noſtri anno ſecundo.

IV. AD ELIENSEM ET LONDINENSEM EPISCOPOS.

De electione abbatis ſancti Albani.

Gregorius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Elienſi & Londinenſi epiſcopis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

MOnaſterio ſancti Albani Lincolnienſis dioceſis, quod ad Romanam eccleſiam nullo medio ſubjectum, abbatis ſolatio deſtituto, dilecti filii prior & conventus ipſius monaſterii, ſicut accepimus, requiſito prius, ſicut moris eſt, aſſenſu capituli & obtento, voluntis omnibus qui debuerunt, volserunt, & potuerunt commode intereſſe, de abbatis futuri ſubſtitutione tractantes, poſt diverſos tractatus, quibuſdam de collegio, eligendi ei abbatem poteſtatem plenariam unanimiter contulerunt. Idem vero electores, Deum habentes pre oculis, collatione ſuper hoc de liberatione habita diligenti, & Spiritus ſancti gratia invocata, dilectum filium fratrem Joannem de Hertford, ejuſdem monaſterii monachum, virum, ut afferunt, providum & diſcretum, ac in ſpiritualibus & temporalibus circumſpectum, & cum eis a puero laudabiliter converſatum, in abbatem corum & paſtorem concordi & canonice elegerunt. Quorum electionem ſolemniter publicatam nobis verſis & ſingulis approbantes, nobis per dilectos filios fratres Reginaldum & Nicolaum monachos & canonicos ipſos, ac literas ſuas miniſtrer ſuppliceraverunt: ut, cum per eumdem Joannem grata ipſi monaſterio in ſpiritualibus & temporalibus incrementa ſperantur, eumdem Deo proventura, & nobis diſpoſitionibus nihil debeat difficultatis afferri, electionem hujuſmodi confirmare de benignitate ſedis apoſtolicæ dignaremur. Licet igitur prædicti nuntii ſolicite ſuper hoc inſtiterint & prudenter, & nos pro eodem monaſterio libenter quod cum Deo poſſumus nere intendentes, electionem ipſam, examinatam prius coram nobis diligenter, canonicam inveneriмus quoad formam; quia tamen de perſone merita plenam notitiam non habemus, fraternitati vestre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus quæ circa electi perſonam inquirenda fuerint ſolicite inquirentes, ſi eam ſufficientem inveneritis ad ejuſdem monaſterii regimen aſſumendum, prædictam electionem authoritate apoſtolica confirmetis, & electo facitis eidem obedientiam & reverentiam debitam exhiberi, ac munus benedictionis impendi: recepturi ab eo poſtmodum pro nobis & Romana eccleſia fidelitatis ſolitæ juramentum, juxta formam quam vobis ſub bulla noſtra mittimus interclusam. Aliquatin, ea rite taſſata, faciatis dicto monaſterio de perſona idonea per electionem canonicam providere: contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Formam autem juramenti, quod ipſe præſtabit, nobis de verbo ad verbum per ejus patentes literas ſub ſigillo ſignatas quamcito poteritis per propriorum nuncium tranſmittatis. Quod ſi non ambo his exequendis potuerit is intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Perufii, &c.

EPISTOLA GERMANI ARCHIEPISCOPI A CONSTANTINOPOLITANI AD GREGORIUM PAPAM ROMANUM.

De unitate.

Sanctissimo & excellentissimo patre patrum veteris Romæ & apostolicæ sedis rectori Germanus miseratione Divina archiepiscopus Constantinopolitanæ nunc verò Romæ.

O Domine Jesu Christe, salvum me fac, o Domine, beate propterea te enim lapideum angularem, honorificatum, pretiosum, electum, in fundamentum pono hujus negotiationis toti Orbi salutifere. Didici enim per prophetam tuum Hiaiam, quod omnis qui credit in te, talem lapidem existentem, nullatenus confundetur, neque a tuæ spei bale poterit commoveri. Et ita te habet veritas, & nullus contrahere audet, nisi patris mendacii discipulus fuerit. Opus autem tuum est, qui jugis angularis existis, conjungere quæ procul sunt: vel quæ inter se differunt, & ea quæ divisa sunt, in unitate fidei congregare. Tu enim es qui de procul & prope existentibus pacem evangelizasti, & fines orbis terrarum per te tuarum super crucem exaltationem manuum ad cubebam convocasti, & paterno more super immeros elevasti. Tuæ igitur inexhibabili clementiæ supplico, qui Patris es Verbum omnipotens, consubbstantialis sapientia Dei, adifica in me domum hujus rei, & tu fis ejus & fundamentum & tectum, qui justa theologicam vocem Joannis, Alpha & Omega dicitur, tanquam omnium principium & finis incircumscriptus.

Ac in primis oculos elevantes ad montes celebres, unde veniet nobis auxilium oravimus, deinde ad te sanctissimum papam, qui apostolicæ sedis primatum fortitus es, ferimonis mutamus exordium. Et velis defendere aliquantulum ab altitudine gloriæ, & incumbere verbis meis, qui miser tum & vita & sermone: si tu, inquam, assimilaris ei qui in altis habitat, & humilia respicit Deus Jacipsum autem ipse: Investigabilis sapientia Dei, quæ ex non esse omnia simul producit ad esse, semper autem continet, & provide regit, confuerit nequis ex minima occasione, velut quodam fundamento diu ante posito, magna opera posimodum superædificare, ad commune profectum & salutem, Joseph in Ægyptum arguendi venumdatus, fervus deducitur in lacum, & in carcerem truditur; quæ autem secuta sunt postmodum, quam gloriosa, quam honorabilis fuerint, & qualiter Deus in medio ejus gloriosatus exiterit, sapientissimam mentem facte animæ tuæ, sanctissime pater, non lates. Ad quid autem sermo respiciat, & quid signifi-Ecare vult, fratres præstantes, quos quidem periculosus occursus & injustus carcer fecit notro vultui præsentari, vestræ sanctitati exponent; quorum numerus prudentum virginum numero æquipollet. Hinc enim lampas operum suorum, de quod ex ea lumen exit, coram hominibus lucet in gloriam coelestis Patris: ac prudenter oleum boni operis apponunt feu-

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΟΥ ΑΓΙΩΤΑΤΟΥΚΑΙ ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΠΑΠΑΝ ΡΩΜΗΣ.

Ω Κύριε σώτερ δὲ. ὦ σκέψε δὲ σώτερον δὲ σὲ ἐπὶ ἀκρογωνιαῖον λίθον τὸ πολυτελῆ, τὸ ἐντιμον, καὶ ἐκλεκτὸν, καὶ τὸ προθέτε ἀφορτικῶς ἐπὶ θεμέλιον ἀσάλευτον τοῦτης τῆς κοσμικοθέσεως ἀφεγματίας. δεδίδαγμα γὰρ ἀπὸ τοῦ σοῦ τέκνου, ὅτι πᾶς ὁ πιστεύων εἰς σὲ, ἀκατασχύντως ἔσται. ὧδέ τε ἔλκεθαι ἀυτὸ ἡ ἀληθεία, καὶ οὐδεὶς ἀντιτολμᾷ. ὀλίγοι δὲ ἐσμὲν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρχεψεύστῃ. ὅτι ἐκ τοῦ ἀρχῆς ἀνθρωποκτόνος ἦν. ἀλλ' ἐγὼ ἀμαρτωλὸς ἐγγίζω ἐρώτῃ ἀδελφικῇ ἀγάπῃ τῇ σῇ ἁγιωσύνῃ, ἵνα ἐπὶ τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον τὸν ἐκλεκτὸν, τὸν ἔντιμον, τὸν πολυτελῆ, τὸν ἀσάλευτον θεμέλιον τοῦτης τῆς κοσμικῆς ἀφεγματίας ἐπιθῇς τὸν ἐμὸν νοῦν, καὶ τὸν λογισμὸν, καὶ τὸν ἐνθυμήσεις μου, καὶ τὸν ἐπιτηδεύματα, καὶ τὸν ἐνεργείας μου, καὶ τὸν ἀναστροφὴν, καὶ τὸν ἀγάπην, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων πατέρων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἀσκητῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων μαρτύρων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ὁσίων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων δικαίων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἀποστόλων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἱερέων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων διακόνων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ὑποδιακόνων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἀναγνωστῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ψαλτῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἐξορκιστῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ὑποδιακόνων, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἀναγνωστῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ψαλτῶν, καὶ τὸν ἀκολουθίαν τῶν ἁγίων ἐξορκιστῶν,

SIgnificantibus M. muliere, & I. natò ejus, non noverititia accepisse, quod cum nobilis mulier Juliana vidua mentiens se pauperem, contra eos super terris & rebus aliis ad judices nostras litteras impetrasset: iidem coram eis excipiendo proponere curaverunt, quod cum dictas litteræ suggesto modo ab impetrante fuissent, cum prædicta Juliana, quæ nobilis est & dives, pauperem se dissimulat in eis coram ipsis, nisi requisito prius domino, sub cujus jurisdictione ipsi consistunt, & coram quo paratierant eidem exhibere justitiæ complementum, non debebant de jure per tales litteras convenirii. Unde dicti judices interloquendo pronunciarunt se per eadem litteras procedere non debere. *Et infra:* Demum licet a partibus in quodsam tanquam in arbitros talitèr compromissum, quod ii intra terminum in compromisso expressum causam non deciderent, partes ad eorumdem judicum redirent examen. Verum arbitris causam intra terminum negligentibus terminare, dicti judices jurisdictionem per formam compromissi hujusmodi resumpserunt: a quibus illam se sentientes gravari, quod super his, super quibus C ab eis fuerant absoluti, litigare compellebant coram eis, ad nostram audientiam appellarunt, ideoque mandamus, quatenus, si est ita, revocetis in irritum.

De offic. & pot. jud. deleg. c. 3.

VII. Ad patriarcham Antiochiæ apost. sedis legatum.

Ecclesiæ ministris destitutæ, absentes non obstantibus privilegiis per subrectionem provenientum redire cogat.

De cler. non resid. c. 4.

CUm ad hoc sint ecclesiasticæ beneficia deputata. *Et infra:* Sane vobis innotuit, quod ecclesia Antiochena, multis ex fervitoribus ejus D absentibus, eft fere destituta ministris. Unde mandamus, quatenus non obstantibus apostolicis indulgentiis & prædecessorum vuorum licentia, absentes canonicos & assilios revoces ad residendum in nofcitis suprædicta: & si non venerint, tu de ipsorum beneficiis, dum absentes fuerint, ipsi ecclesiæ facias congrue deserviri, in utilitatem ejusdem, quod ex prædatis beneficiis fuperfuerit, convertendo.

De rebus. Ecclesiæ de rebus patrimonialibus ostari potest: de rebus ecclesiæ, seu tempore episcopatus acquisitis, minime.

VIII. Ad Antonium subdiaconum.

QUorundam ad nos relatione pervenit, quod I. Atellanæ civitatis episcopus condito testamento in octo uncias substantiæ suæ rerum hæredem instituit, ecclesiam suam in residuis quatuor. Hortamur igitur ut solicite hoc diligentias, & quicquid ipsum habuisse patuerit, a qualibet persona detineri nullatenus patiaris: nisi hoc fortè sum, quod eum ante episcopatum ordinem proprium habuisse constiterit. Quicquid vero ecclesiæ ante ipsius consecrationem fuisse cognoveris, vel in episcopatus ordine præsidium episcopum

A acquisivisse", in ejusdem ecclesiæ dominio conservetur. * acquisisse in margine.

IX. Ad Arelaten. Capitulum:

De privil. c. 11.

De novalibus.

COnsultationi vestræ breviter respondemus, quod terra, de qua non extat memoria quod aliquando culta fuisset, redacta per religiosos vitos noviter ad culturam, perpetuo debet quoad immunitatem de non solvendis decimis novalium jure cenſeri. Cum alias nonnunquam contingeret indulgentiam de novalibus plur ris ecclesiis, quam utilitatis afferre.

X. Ad archipresbyterum S. Mariæ majoris de Ube.

Qui major est ordine, licet in ecclesia posteriùs receptus, in loco & portione præferatur.

De major. & obedic. 15.

STatuimus ut presbyteri primum locum, diacon i secundum, subdiaconi tertium, & sic de reliquis obtineant ordinatim, etiamsi posterius admittantur. Et qui major est ordine, etiamsi posteà sit receptus, in portione percipienda esse volumus potiorem: ac minores facere servitia consueta.

XI. Ad eumdem.

Confluvia, fluvia respuit, & non præterita: nisi de consuetudine cavetur.

De confluv. c. 1.

QUoniam consultatio apostolicæ sedis omnes astringit, & nihil debet obscurum vel ambiguum continere: declaramus constitutionem, quam super fonte præferendis in perceptione portionis majoribus, & consuetis servitiis a minoribus exhibendis, edidimus: non ad præterita, sed ad futura tantum extendi, cum leges & constitutiones futuris formam fit dare formam negotiis, non ad præterita facta trahi: nisi nominatim in eis de præteritis cavetur.

XII. Ad Argentinensem episcopum.

Si alter infidelium conjugum vovit ad fidem, altera remanente in infidelitatis errore, communis prolis assignatur conversio.

De converti in fid. c. 14.

EX litteris tuis accepimus, quod quidam de Judaicæ cæcitatis errore ad Christum verum lumen adductus, uxore sua in Judaismo relicta, in patrocinio posthabuit infantem, ut eorum filius quadriennis affignarentur eidem, ad fidem catholicam, quam ipse susceperat, perducendus. Ad quod illa respondit, quod cum puer adhuc infans existat, propter quod materno magis indigeat solatio, quam paterno, sibique ante partum onerosus, dolorosus in partu, post partum laboriosus fuisse noscatur, ac per hoc legitima conjunctio maris & fœminæ magis matrimonium quam patrimonium nuncupetur, dictum puer apud eam debet convenientius remanere. Et *infra:* Cum autem filium in partis potestate constat, cujus sequitur familiam, & non matris, & in ætate tali quis non debeat apud illas remanere personas, de quibus posset esse suspicio, quod faciat vel vitæ infantum vitare illicita, & ideo puer apud patrem non suspectum ad debeant de mandat.

materque puerii, ſi eum remane re contingeret apud ipſum, poſſet illum addicere ad infidelitatis errorem: in favorem maxime fidei Chriſtianæ reſpondemus, patri eumdem puerum aſſignandum.

XIII. Ad eumdem.

De prob. t. 13.

Pueri & alii ad beneficia inidonei.

SUper inordinata ordinatione. *Et infra*: Cum autem illi ſunt in eccleſiis idonei reputandi, qui ſervire poſſunt & voluntati ipſius: conſultationi tuæ taliter reſpondemus quod pueri & beneficiati qui non poſſunt in eadem eccleſia ſeſervire, in ea non debent idonei reputari.

XIV. Ad Aſtoricenſem epiſcopum.

De mun. eccles. 9.

Eccleſia non conſecrata, in qua Divina officia celebrantur, gaudet immunitate.

ECcleſiæ in qua Divina myſteriis celebrantur, licet adhuc non extiterit conſecrata, nullo jure privilegium immunitatis adimitur: quia obſequiis Divinis dicata, nullis eſt temeritatis auſibus profanandis.

XV. Ad eumdem.

De conſec. eccl. c. 9.

Eccleſia polluta, per quem reconcilianda.

A Qua per epiſcopum benedicta eccleſiam reconciliari poſſe per alium epiſcopum non negamus, per ſacerdotes ſimplices hoc fieri de certo prohibentes. Non obſtante conſuetudine provinciæ Bracarenſ. quæ dicenda eſt potius corruptela, quia licet epiſcopus committere valeat quæ juriſdictionis exiſtunt; quæ ordinis tamen epiſcopalis ſunt, non poteſt inferioris gradus clericis demandare. Quod autem mandantibus epiſcopis ſuper reconciliatione factum eſt hactenus per eoſdem, miſericorditer toleramus.

XVI. Ad eumdem.

Biden. t. 20.

Eccleſia etiam non conſecrata, ſi pollutur, reconcilianda eſt.

SI eccleſia non conſecrata cujuſcunque ſemine fuerit aut ſanguinis effuſione polluta, aqua prius non exorcizata lavetur, ne Divinæ laudis organa ſuſpendantur. Et tanen quam citius fieri poterit conſecranda.

XVII. Ad eumdem.

Defensor. concil. c. 35.

De iis qui communicant excommunicatis.

SI concubinæ publicæ clericorum, eccleſiaſticæ cenſuræ diſtrictione norantur, eoſdem concubinarios non eſt dubium ſententiam majoris excommunicationis involvi, qui poſt latam ſententiam communicant in eodem crimine criminoſis.

XVIII. Ad Aſtoricenſ. & Lucenſ. epiſc.

Judæi ſed pagani publicis officiis non præficiendi.

EX ſpecialis, quem ergo illuſtrem regem Portugalliæ geritimus, excitatis affecto. *Et infra*: Mandamus, quatenus regem ipſum ſolicite inducatis, ne in officiis publicis Judæos Chriſtianis præficiat, ſicut in generali concilio continetur: & ſi forte veditus fuos Judæis vendiderit vel pagenis, Chriſtianum tunc deputet de graviminibus inferendis, clericis & eccleſiis non ſuſpectum, per quem Judæi ſive Sarraceni ſine Chriſtianorum injuria, jura regalia conſequantur.

XIX. Ad decanum & magiſtrum P. canonicum S. Petri Atrebatenſis diœceſis.

Non valet compromiſſum factum in duos, hoc adjecto, ut in caſu diſcordiæ eligatur tertius per eoſdem.

De elect. t. 11.

INnotuit nobis Guillelmus laico conqueratæ, quod cum G. laicus ipſum ſuper quadam pena pecuniæ coram judicibus auctoritate apoſtolica convenuiſſet, tandem fuit a partibus in diorat. B iteros compromiſſum: ſic tamen quod ſi illi duo ad invicem diſcordarent, tertium adderent judices nominati, retenta penes ſe compellendi partes ad obſervandum arbitrium per dictos arbitros promulgandum nihilo minus poteſtate. Cumque tertium arbiter a judicibus prædictis electus, cum altero duorum, ipſum parti alteri condemnaſſet: idemque ex ſenteniæ a fœpe dictis judicibus gravari, quod ipſum ad obſervationem hujuſmodi arbitrii compellebant, noſtram appellavit audientiam. Sed ipſi appellatione contempta, excommunicationis tulerunt ſententiam in eumdem. Ideoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, cum legali ſuſpenſione ſtatuat, ut compromiſſum de incerta perſona in arbitrum aſſumenda non teneat, dictam excommunicationis ſententiam denunciet penitus nullam eſſe.

XX. Ad Baranenſem archiepiſcopum.

Ordinatus extra tempora ſtatuta, poſt pœnitentiam miniſtret.

COnſultationi tum taliter reſpondetur, quod de hos, qui extra tempora ſtatuta factæ ordinationes receperint, charactere non eſt dubium recepto: ſi quo pto transgreſſione hujuſmodi, primo eis pœnitentia impoſita competenti, ſuſtinere poterit in ſuſcepcit ordinibus miniſtrare.

XXI. Ad Baron. archiepiſc. Et fratrem Joſeph monachum Florenſ.

Abſolutio de criminibus per collusionem falſa, non De reſcr. cleng. 20. impedit facultatem ſtatum accipiendi.

IN tantum clamor, qui aſcendit contra Achruntinum, archiepiſcopum invaſitet, quod diffimulare ipſum ulterius ſine ſcandalo non valemus, nec ſine periculo tolerare. *Et infra*: Licet autem fedes apoſtolica frequentibus clamoribus excitata, inquiſitionem quorumdam exceſſuum ſuorum duxerit committendam: propter tergiverſationes tamen ipſius, ut dicitur, eodem comm inquiſitoribus & examinatoribus collocutore, nec non corruptis teſtibus & inquiſitoribus, ac examinatoribus ſuprædictis, non ſolum prædicti exceſſus remanſerunt hactenus incorrupti, verum etiam pejora prioribus committere non expavit. *Et infra*: Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus ſi de hujuſmodi colluſione ac corruptione conſtiterit: ex integro ſuper præmiſſis & aliis, aliisque ſuper novis duntaxat inquiratis, quæ videritis inquirenda.

XXII.

XXII. Ad Beton. & Fungio. abbates.

De reſcr. pont. c. 9.

Spirituale cum temporali permutari non poteſt.

EXhibita nobis abbatis & conventus S. Martini de Pannonia petitio, continebat quod cum ſuper cauſa, quæ inter ipſos ex una parte, & præpoſitum Albanen. ex altera, ſuper quibuſdam decimationibus vertebatur, ad C. capellanum noſtrum tunc in Hungaria commorantem, noſtras litteras impetraſſent: ipſe ac magiſter M. in quos utrinque tanquam in arbitros extitit compromiſſum, arbitrati fuerant, quod ſi dictus præpoſitus ebrianici decem miſſa ſolidorum regalium a rege Hungariæ concedi monaſterio memorato, ipſi ab B earumdem decimationum petitione ceſſarent. *Et infra*: Quocirca mandamus, quatenus ſi vobis conſtiterit de præmiſſis, cum permutatio de ſpiritualibus ad temporalia improbetur, præditum arbitrium, & quicquid ſecutum eſt ex eo, vel ob id, irritum decernatis.

XXIII. Ad decanum & capitulum S. Joannis & S. Stephani Bituntinenſ.

De elec. & de ætate præſ. eccl. c. 31.

De controverſia ſuper electione archiepiſc. Bituntini.

CUm in veteri lege. *Et infra*: Porro jamdudum vobis dedimus in mandatis ut intra quadragintæ dies poſt receptionem litterarum noſtrarum C cum conſilio S. Benigni & Moriſianenſi abbatum, & fratris S. de ordine Præmonſtraten. eligeretis pertonam idoneam canonice in paſtorem: alioquin dicti conſiliarii vobis de archiepiſcopo providerent. Verum die ad eligendum præfixa, ſex ex vobis poteſtatem eligendi dediſtis, uſque ad conſumptionem cujuſdam candelæ, quæ ibidem accenſa extitit, duraturam. Tandem cum electores hujuſmodi conveniſſent in præditum abbatem S. Benigni, & ſuper hoc fociorum ejus conſilium requiſiſſent: propponente eno ex illis quod deliberato conſilio reſponderent, & differentibus ex hoc ſe ſeſtinanter dare reſponſum, præfati electores, cum candela ipſa deficeret, non expectato ipſorum conſilio dictum abbatem in Bituntinenſem archiepiſcopum D eligerunt. *Et infra*: Relato ergo ad apoſtolicam ſedem negotio, archiepiſcopo Vicnnenſi & abbati de Firmitate injunximus, ut ſi conſtaret ab eiſdem electoribus de electione tractatum fuiſſe habitum, & in tractatu electionis præditorum conſilium requiſitum, electionem ipſius abbatis (ſi perſona eſſet idonea) confirmarent. Quod ſi in tractatu electionis non fuiſſet illorum conſilium requiſitum, licet poſtea requiſitum fuerit non competenti tempore, nec etiam expectatum reſponſum ipſorum, aut non eſſet idoneus idem abbas: quod de ipſo factum erat, tanquam invalidum irritarent. *Et infra*: Cum autem tempertum non fuerit, competenti tempore requiſitum conſilium de perſona idonea prædicti abbatis; & quando extitit requiſitum, non fuit expectatum reſponſum niſi modico tempore; nec debeat aliis imputari, quod in tantum illi ſibi tempus aſtrarunt: electionem abbatis ipſius, non perſonæ, ſed electionis vitio, duximus irritandam.

XXIV. Ad Bracarenſem Archiepiſc.

De reſcr. Bened. c. 15.

Epiſcopus non ſervans interdictum, ſuſpenſus eſt ab officio, beneficio, juriſdictione.

TAnta eſt clavis Petri. *Et infra*: Ad conſultationem P. epiſcopi quondam Colubricn. non *Concil. Generat.* Tom. XIII.

A poteſt in memorium non venire, quarum in nos & eccleſiam Romanam deliquerit, deſpexerit Petri claves, & eccleſiaſticum ſuſperit poteſtatem: cum non ſolum interdicti ſententiam, quam ſerva verat ab initio, tenere violarit, verum etiam induxit alios, immo compulit non ſervare: & quos inducere nonitis, & ſtactere minis ac terroribus ad violandum interdicti ſententiam nulla poB tuit ratione, poſt atroces injurias, amiſſionem bonorum, ſpoliationem parentum, dignitatibus, præbendis, & beneficiis ſpoliare, coegit miſeratiſſime eulare: ea fuit in hac parte fautoribus non abſque præſumptione temeraria conferendo, quæ omnia idem epiſcopus in noſtra & fratrum noſtrorum præſentia publice recognovit. Licet autem memoratus epiſcopus in manibus noſtris ſpontanea ceſſerit voluntate, nolentes tamen ut qui hujuſmodi ſententiam interdicti non fuit veriti temeritate propria violare, ac reſtiperæ dignitates, prebendas, ac beneficia alirum, qui abſque culpa & fine cauſa rationabili eis fuerant ſpoliati, ſeveritatem effugiat canonicæ ultionis, ne facti peverſitas tantales præſumptoribus in exemplum audaritate Dei omnipotentis omnem inſtitutionem, collationem præbendarum, beneficiorum ac dignitatum, præſumptas per eumdem epiſcopum, & excommunicationis ſeu interdicti ſententias, in quoſcumque hac occaſione profatas ab eo poſt interdicti violationem ejuſdem, decernimus irritas & inanes. Quia vero ab ea magis exceditur, ibi eſt ſeverius vindicandum: mandamus quatenus omnibus quos prædictus epiſcopus in ſupradicta beneficia, prebendas, & dignitates inveſtit, non ſolum a beneficiis ipſis, prebendis, & dignitatibus, verum etiam ab aliis beneficiis, ſi qua obtinent, & eccleſiis prorſus amotis, tam præſumptores eoſdem, quam omnes alios qui præfatum interdictum damnabiliter violarunt, ſuſpendas auctoritate apoſtolica ab officio & beneficio. Illos quoque quos perſonas & vel præſidentes canonicorum, prælatorum, & clericorum, manus temeratias conſtiterit extendiſſe, ad noſtram compellas venire præſentiam, pro meritis ſententiam receptores, iuvocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſeculari.

XXV. Ad archiepiſcopum Burdegalenſem.

De controverſia cum Bituricenſi archiepiſcopo ſuper jure primatus.

VEnerabilis frater noſter. *Et infra*: Volentes ſinem imponi litibus, ne immortales evilantinamdamnus quatenus ad initium proxime venturæ quadrageſimæ, quod ubi peremptoriam tertminum duximus aſſignandum, ſuper jure primatiæ, quod Bituricenſis archiepiſcopus in te ac in provincia tua ſe habere proponit, per te, vel per procuratores idoneos ſufficienter inſtructum, ad litem conteſtandam, & alia negotia peragenda quæ neceſſaria negotii decifioni videbuntur, noſtro te conſpectui repræſentes. Nos vero nihilominus archidiacono Truſiegenſ. & magiſtro M. canonico Turonenſi dedimus in mandatis, ut & ipſi ad eumdem terminum auctoritate noſtra juxta præmiſſam formam te peremptorie citare procurent: & ſi non poteris inveniri, faciant, ut citationis edictum, per ipſos vel alios, apud eccleſiam tuam publice proponant.

XXVI. Ad Cantuariensem archiepisc.

Potest appellare procurator generalis, cui denegantur inducia ad consulendum dominum legitime absentem.

Dilectus filius magister L. rector ecclesiæ de Anna transmissa nobis petitione monstravit, quod cum R. presbyter contra ipsum causa studii bonorum ecclesiæ non contendens super eadem ecclesia ad judices nostras litteras impetrasset: eatum auctoritate a judicibus ipsis eodem rectore citato, procurator generalis ipsius ad omnia ejus tractanda negotia, pro eo quod comperetem terminum, intra quem rectorem ipsum consulere[t] utrum debe[ret] contendere vel cedere quæstioni, sibi concedere denegabant, pro eodem nostram audientiam appellavit. Quocirca mandamus, quatenus si est ita, revocato in irritum, &c.

XXVII. Ad capitulum Catalaun.

Electio facta a majori parte capituli, non valet, nisi illa pars sit sanior.

Ecclesia vestra destituta pastore convenientes in unum, absente Guil. qui tunc noluit interesse, ad celebrandam electionem tempus numis[ma]tis venistis. Veniente vero termino, & Guil. dicto, cum abfens esset[ret], non vocato: præmissis juxta forum concilii " generalis tercitinio XIV. magistrum G. presbyterum cardinalem concanonicum vestrum, & XVII. R. Remensem canonicum elegerunt, præfato G. postmodum electioni ejusdem R. fuum præbente consensum. Tandem procuratoribus utriusque partis in nostra præsentia constitutis, allegabatur pro electione dicti R. quod cum in iv. excederet aliam computato Guil. prædicto majorem capituli partem habebat, & per hoc debebat pars ea sanior reputari: cum, ubi major numerus est, zelus melior præsumatur. Pars vero altera electionem eamdem multipliciter impugnabat, proponens præmonitarum R. in actate pari defectum, nec ete sufficienti scientia ad ecclesiam supradictam, cum ætatis maturæ & eminentis scientiæ præfatus capitularis exiftat. Et cum electores capitularis alios merita & auctoritate præcellerent: habito pariter respectu ad perfonam electam, meliorem zelum eos habuisse constitabat. Dicebatur præterea quod consensus dicti Guil. quem pars ejusdem R. confirebatur fuisse contemptum, asserente parte reliqua capitulum potius ab ipso contemptum fuisse, cum non fuerit consensus præfatus in scrutinio, sed post electionem accefferit, adjiciens quod valebat. *Et infra.* Denique flatutum gener. conc. quod electionem decernit invalidam, cum contra ejusdem concilii formam in electione peccatur, non debet ad contemptum & alia quæ non fint de forma referri. Unde quod ibi dicitur, quod aliter electio celebrata non valeat, ea refpicit tantum quæ attentantur contra formam concilii memorati: non autem alia quæ putantur ibidem, fecus eft ifud quod præfentibus omnibus, qui debent, volunt, & poffunt commode interefle, habeti debeat in electione proceffus, ne cetera quæ fuper hoc alibi flatuta noftrum fuit, una verbo videantur everti. Noque enim credendum eft Roman. pontif. qui jura tuetur, quod alias excogitatum eft multis vigiliis & inventum, uno verbo lubvertere voluiffe. Non ergo qua hinc inde fuere propteria plenius intellecta, cum ex Lateranenfi concilio in ordinationibus ecclefiarum

A major & fanior pars capituli exigatur, & ftatutum generalis concilii contineat inter cetera, ut ftatuatur, in quem omnes, vel major vel fanior pars conſentit: electionem dicti R. non perſonæ, fed potius electionis vitio, cum major & fanior pars non conſenſerit in eumdem, de fratrum noſtrorum conſilio dantes ſententialiter irritandam,

XXVIII. Ad Conoman. epiſcopum.

De muliere que juravit aliquem ejſe maritum, nec aliter probavit.

Mulieri, quæ in jure præſtito juramento aſſeruit virum talem in ipſum per verba de præſenti matrimonialiter conſenſiſſe, probationes alias non habenti, viro ab ejus impetitione per ſententiam abſoluto, nec debes licentiam dare cum alio matrimonium contrahendi, ne author perjurii videaris: nec hoc ei dicimus prohibendum, ne forte, ſi fallum juraverit, matrimonium contingat legitimum impediri: ſed fuę conſcientiæ eſt potius relinquenda.

XXIX. Ad Conoman. epiſcopum.

Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam.

Si qui fidem dedit Mr. mulieri ſuper matrimonio contrahendo, carnali copula ſubſecuta, eſt in facie eccleſiæ de cetero etiam & cognoſcat, ad primam redire tenetur: quia licet præſumptum primum matrimonium videatur, contra præſumptionem tamen hujuſmodi non eſt probatio admittenda. Ex quo ſequitur, quod ex verbis de præſenti conſetur matrimonium, quod de facto eſt poſtmodum ſubſecutum.

XXX. Ad epiſcopum " Ciſter. de Aldo. & de " Cibal. Salen. abbates.

Ut inquirant de epiſcopo Friſigenſi denunciato de diſſipatione bonorum epiſcopatus.

Prælatorum exceſſus. *Et infra:* Sane dilecti filii C. & quatuor alii canonici Friſigien. denunciando monſtrarunt, quod Friſigienſis epiſcopus bona fui epiſcopatus (quem, ut dicunt, fuit minus canonice affectus) adeo graviter diſſipabat & conſumit, quod nil ſcientes adhibetur remedium, epiſcopatus idem per eum ad irreparabile " diſſolutionis opprobrium deducetur: nec ſolum- modo rerum, verum etiam fumæ & ſpiritualis & ſalutis, vitam ducit enormiter diſſolutam. *Et infra:* Diſcretioni veſtræ mandamus, quatenus perſonaliter accedentes ad locum, inquiratis ſolicite veritatem: & eam fideliter conferibentes, ſub ſigillis veſtris nobis tranſmittatis inclufam. Idem epiſcopo terminum aſſignantes, quo noſtre ſe conſpectui repræſentet pro meritis recepturus. Poſtea vero vendendi, donandi, infeudandi, ſeu quolibet modo alienandi bona ipſius epiſcopi, interim eidem penitus interdicta.

XXXI. Ad archiepiſcop. " Colocenſem.

Eccleſia vacans in cathedrali exiſtente a juriſdictione archidiaconatus in quo eſt ſita.

Cum inferior ſuperiorem ſolvere nequeat vel ligare, fed ſuperior inferiorem liget regulariter & abſolvat, & ſatis abſonum videatur ut filius poteſtatem habeat in parentem: miramur, quod cum tu monaſterium de Cheur. conſtitutum in Firmienſi archidiaconatu, tuus diœceſis, eccleſiam ereveris cathedralem: archidiaconus Firmienſis, in tantum prorupit temeritatis audaciam, ut in epiſcopum ibi conſecratum, & eccleſiam ſuam, juriſdictionem exercere præſumat. *Et infra:* Mandamus, quatenus præfato archidiacono, a cujus juriſdictione dictum epiſcopum denuncians exemptum, id illicitum fuderas inhibere. Proviſo ut ſi ex hoc, archidiaconi Firmienſis jura laduntur: in diœceſi tua, ubi expedire viderit, abſque alieni juris prejudicio recompenſationem illi faciatis congruentem.

XXXII. Ad abbatem Cluniacenſem.

Per compoſitionem factam cum prælato & capitulo, non poteſt jus eligendi competere laico, etiam patrono, in eccleſia collegiata.

Sacrofancta Romana eccleſia. *Et infra:* Sane propoſuiſti in noſtra præſentia, quod ſuper ordinatione prioris monaſterii S. Pancratii ad Cluniac. eccleſiam pertinentis cum comite de Varenna " patrono ipſius, quidam prædeceſſor tuus de conſenſu capituli fui compoſitionem quandam inirit juri contrariam, & eccleſiæ ipſi damnoſam: videlicet ut in optione ſit ipſius comitis aſſumere ad priorarum dicti monaſterii (Cluniac. & de Caritate prioribus duntaxat exceptis) unum de duobus melioribus totius Cluniac. ordinis, quos abbas duxerit nominandos. *Et infra:* Attendentes itaque, quod jus eligendi in collegiata eccleſia non cadit in laicum, & ideo id effe[t] pernitioſum exemplo, & redundaret in diſpendium eccleſiaſtice libertatis: volumus ut dictum prioratum libere poſſis, non obſtante compoſitione ipſa, ſicut alios prioratus tibi ſubditos, ordinare, denunciando ordinationem factam patrono, ut ſium, ſi voluerit, honeſtum impartiatur aſſenſum.

XXXIII. Ad archipresbyterum civitatis novæ, & M. canonicum Culmen.

Non tenetur reus reſpondere libello in actione perſonali, ſi non exprimitur cauſa petendi.

Dilecti filii fratres eccleſiæ S. Mariæ de Hiſpida, fua nobis petitione monſtrarunt, quod cum prior & conventus S. Mariæ ad carceres, ipſos ſuper quadam pecuniæ ſummæ coram priore S. Trinitatis Veron. auctoritate apoſtolica conveniſſent: ex parte ipſorum fuit excipiendo propoſitum, quod cum dicti prior & conventus nollent exprimere in petendo libello conventionali, qua re ibi dicta pecunia deberetur, ſuper hoc animæ reſpondere tenebantur. Et quia dictus judex exceptionem hujuſmodi admittere denegabat, noſtram appellarverunt audientiam. Idcoque mandamus, quatenus ſi eſt ita, revocato in irritum, &c.

XXXIV. Ad capitulum Cumanum.

Electio facta a non majori parte capituli, & confirmata collationi, non valet.

Cumana eccleſia paſtoris ſolatio deſtituta, & congregacis die ad celebrandam electionem præfixa, qui præfentes erant de Cumanis canonici, ac tribus abbatibus, qui vocem in electione habere noſcuntur, capellani & clerici civitatis

electioni ſe debere intereſſe dicentes, ſub hujuſmodi proteſtatione admiſſi fuerunt, quod vox eorum, qui non debebant intereſſe de jure vel de conſuetudine, non valeret. Tandem præmiſſo juxta formam concilii " generalis tercitinio, VII. de ca- nonicis, unus abbatum, fex capellani, & novem clerici in ipſidem eccleſiæ archipresbyterum convenerunt: nonnulli canonicis, non de abbatibus, uno capellano, & XI. clericis in ipſius eccleſiæ archidiaconum dirigentibus vota ſua. *Et infra:* Cum dicere & odio fuerint canonici, tres abbates, XX. clerici & XIV. capellani, neutrum electionem comperimus ad majorem partem totius capituli pervenifle. Nec probatum fuerat quod clerici admitti debuerunt, nec quod capellani admiſſi fuerint de conſuetudine vel de jure. Nam etſi capellani duabus electionibus epiſcoporum interfuerint, & ſcrutatores dederint voluntatem: non tamen inquiſitio ea vera fuiſſe, vel ipſis aliquos eligiſſe probatur. Sed & ſi inquiſita fuiſſent vota, vel ipſi aliquos eligiſſent, per hoc tamen non conſtitit de eis de jure competere, vel ex conſuetudine jam præfcripta. Unde non electiones ipſas præſumptas etiam coatta forma concilii generalis, cum collatio omiſſa fuerit, quæ poſt publicationem ſervanda fuerit deſuper: de fratrum noſtrorum conſilio ſententialiter duximus irritandas, electores hac vice eligendi poteſtate privantes.

XXXV. Ad Danelmeſem epiſcopum.

Privilegiatus, qui non tenetur reſpondere niſi in certo loco: ſi in alio loco petatur vel ſolvere promittit, ibi poterit convenire, & etiam ubi habet domicilium.

Dilecti filii I. & A. cives Romani ſua nobis petitione monſtrarunt, quod cum abbati S. Genovefæ Parifiorum ſuper quadam pecuniæ ſumma coram illo præfecto Urbem tunc litteras impetraſſent, tu proponeri feciſti quod omnibus Anglicis eſt a fede apoſtolica indultum, ut ſuper cauſis pecuniariis citra mare conventi non poſſint: propter quod idem abbas in tua negotia non procefſit. Verum quia ea cauſa fuiſſet privilegium tale conceſſum, non tamen prodeſſet illis, qui ſe certo loco reſpondere, vel ſolvere adverſariis promiſerunt: ſicut ille, de ubi domicilium habebat, valeant conveniri: mandamus, quatenus eiſdem de pecunia ipſa cum juſtis & moderatis expenſis & congrua ſatisfactione demnorum, ufuris omnino ceſſantibus, ſatisfacias ut teneris. Alioquin eidem abbati noſtris damus litteris in mandatis, ut eo tenore ſibi negotio, propoſita ex parte tua indigentia non differat, quin tibi plena prioris mandati noſtri tenorem fine diſpendio more procedat.

XXXVI. Ad Eboracenſem archiepiſcopum.

De patrono & præſentato.

Tranſmiſſæ ad nos tuæ litteræ continebant, quod cum capitulum Eboracen. eccleſiam de Gamelforde vacantem, in qua jus obtinent patronatus, R. clerico conſtituiſſent, ipſi poſtmodum L. clericum tibi ad eandem eccleſiam præſentarunt, poſt appellationem ab eodem R. ad ſedem apoſtolicam interpoſitam. *Et infra:* Conſultationi tuæ taliter reſpondemus: quod cum ex vi juris patronatus, non conceſſo, ſed præſentatio pertineat ad patronum, præſentatum, ſi ei aliquid non obſtat canonicum, inſtituere in ipſa eccleſia poteris, utpote patiorem.

XXXVII. Ad Decanum & Sacristam Engolism.

Prabendarum numerus diminutus, cum non sufficiant ecclesiæ facultates: non augendus, cum augentur eadem.

De verb. Bg. c. 31.

TRansmisse nobis litteræ continebant, quod significantibus episcopo & capitulo Xanton. quod quadraginarius canonicorum numerus infirmitatis in eorum ecclesia non poterat observari, pro eo, quia non sufficiebant ecclesiæ facultates: vobis dedimus in mandatis, ut canonicorum & præbendarum numerum juxta facultates ecclesiæ moderantes, flatuoretis eumdem firmiter observari. Vos vero invenistis prædictæ ecclesiæ facultates a B statuto flatuti numerum adeo excrevisse, quod absque mutilatione præbendarum major ad hiberi poslet numerus in eadem. Quare quæsistis, an per moderationis verbum litteris nostris appositum, eumdem numerum augmentare, vel minuere deberetis. Quocirca mandamus, quatenus si veteres non sint minutæ prædendæ, cum moderatio locum non habeat, ipsarum & canonicorum numerum diminuatis in eodem flatu, in quo habemus dignoscitur extitisse: in utilitatem ejusdem ecclesiæ convertentes augmentum fuorum reditu-um, donec duxerimus aliter disponendum.

XXXVIII. Ad Priorem S. Thomæ Eccelanen.

Canonico debetur prabenda reditus, etsi non fervaverit conſuetudinem de aliquo temporali dando canonicis.

De ſtatu. l. 3. tit.

JAcobus canonicus Ecclesianus expoſuit, quod cum ipſe in ecclesia Aprutin. ſit receptus in canonicum & in fratrem: canonici ejuſdem ecclesiæ partem proventuum ut partem ſibi aſſignare recuſant, quandam conſuetudinem prætendentes, quod prandium habere debeant a canonico recepto de novo. Quocirca mandamus, quatenus ſi eſt ita, dictos canonicos, tali conſuetudine non obſtante, ſibi ſicut unicx aliis in proventibus & prebendis provideat, appellatione remota, com- D pellat.

XXXIX. Ad Exonenſ. epiſcopum.

Vota quomodo elemoſynis redimenda, vel in aliud commutanda.

De voto. l. 3. tit.

DE peregrinationis votis, an eleemoſynis redimi poſſint, vel pro neceſſitate in aliud commutari. Reſpondemus, quod ab ipſis qui præſident, pendet arbitrio, ut conſideret diligentius qualitatem perſonæ, & cauſam commutationis, ſcilicet an ex infirmitate, ſeu affluentia divitiarum, an alia cauſa probabili, peregrinatio, an recompenſatio melior fuerit, & Deo magis acceptа: & ſecundum hoc debet exinde diſpenſare.

XL. Ad Fratrem R.

De eo qui viventæ uxore promiſit aliam ſe duſturum.

De eo qui duxit. c. 2.

SI quis uxore vivente, fide data promiſit aliam ſe duſturum, vel cum ipſa de facto contraxit, & nec ante, nec poſt, legitima ejus ſuperſtite, cognovit eamdem: quamvis utrique ipſorum pro eo quod in hoc graviter deliquerint, ſit penitentia A injungenda: non eſt tamen matrimonium quod cum ea contraxit, poſt mortem obitum dirimendum. Ceterum tolerari non debet ſi prius, vel poſtea, dum vixerit uxor ipſius, illam adulterio polluiſſet,

XLI. Ad fratres Prædicatores & Minores.

Exhorteatur populum ut eccleſiis jura debita perſolvat.

De decim. c. 1.

DIlectioni veſtræ mandamus diſtrictius inhibentes, ne talia, quæ audientes a deeimarum, ſeu aliarum rerum eccleſiis debitarum ſolutione retrahant, vel alias animas corrumpant audientium, in ſermonibus veſtris vel alibi propoſitis, de cetero præſumatis: immo verbo & opere informetis eoſdem, ut de ſolutionem prædictorum prompte voluntatis animo ſint intenti.

XLII. Ad patriarcham Gradenſem.

Si metropolitanus à ſuffraganeo juramentum exigit ultra formam ſtatutam a canone: ſuffraganeus non tenetur.

De jurej. lib. 2. c. 17.

DIlecti filii archidiaconus & capitulum Caſtellanum ſuum ad nos querimoniam deferentes, quod cum a Caſtellano epiſcopo cogerent juramentum præter formam canonicam, quam B ceteri ſuffraganei metropolitanis ſuis conſuevere præſtare, iidem conſpicientes ex hoc eccleſiæ ſuæ præjudicium generari, ad ſedem apoſtolicam appellarunt. Et infra: Cum igitur non deceat illi te ſeciſſe quod ab alio tibi fieri noſtes: mandamus, quatenus contentum forma canonici, cum nos a coepiſcopis noſtris, nobis immediate ſubjectis, recipimus, nil amplius a Caſtellano epiſcopo obtentu alicujus conſuetudinis exigas, præterea juramenti juramenti: ſciens nos eumdem epiſcopum ab hujuſmodi juramento, quod aliorſum-tiuclus abſolviſſe, vel denunciaſſe potius non teneri.

XLIII. Ad H. judicem.

De juramento delato a Judice.

De jurejur. c. 15.

JUramentum a te parti delatum, niſi juſta de cauſa, non potuit recuſari. Quamvis, quod in judicio a parte parti defertur, recuſari poſſit licite ac referri. Nec licet convento famoſa actione referre hujuſmodi juramentum.

XLIV. Ad patriarcham Hieroſolymitanum.

Præſente legato de latere, minor legatus executionem officii dimittat.

De cl. non reſid. c. 8.

VOlentes. Et infra: Fraternitati tuæ legationis officium in provincia tua duximus committendum: ita tamen, quod ſi legatum ad partes illas de latere noſtro contigerit deſtinari, executionem ipſius officii, quamdiu legatus ipſe ibi fuerit, pro ſedis apoſtolicæ reverentia omnino dimittas.

XLV. Ad J. tabellion.

De tabellionibus mortui notis a notario in publicam formam redigendis.

De fide in inſtrum. c. 10.

CUm P. tabellio morte præventus quædam non perfecerit inſtrumenta, quæ in nota redacta

A redacta fuerant ab eodem: ad petitionem eorum, ad quos pertinent, authoritate ordinarii judicis poteris ea fideliter in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem.

XLVI. Ad I. & I. canonicos Pragenſes.

Suſpenſus ignorauter celebrando non indiget diſpenſatione.

De cler. excom. c. 3.

APoſtolicæ ſedis. Et infra: Verum quia tempore ſuſpenſionis ignari celebraſtis Divina, vos reddit ignorantia probabilis excuſatos. Cetera ſi forte ignorantia craſſa & ſupina, aut erronea fuerit, propter quod diſpenſationis gratia egeatis, eam vobis de benignitate apoſtolica indulgemus.

XLVII. Ad I. & M. Pragenſes canon.

Sententia ſuſpenſionis relaxata ad cautelam.

De excep. c. 3.

APoſtolicæ ſedis. Et infra: Sane vobis apoſtolica ſedem apoſtolicam conſtituit, quædam ſuſpenſionis & amotionis a beneficiis ſententiæ ſunt in modum exceptionis objectæ. Quas licet propoſuerit vos poſſe nullius eſſe per effectus idoneæ & infirmenta probare: ne tamen ordinationem Pagan. eccleſiæ propter quam veneratis, hujuſmodi objectionis obſtaculo contingeret retardari: ſententia ipſas relaxamus ad cautelam.

XLVIII. Ad Lemovicenſem archidiaconum & B C priorem S. Radegundis Pictavienſis.

De cauſa primarum inter Bituricenſem & Burdegalenſem archiepiſcopos.

De priviſ. lib. 6. tit. 17.

HUmilis doctrinas magiſteri. Et infra: Mandamus, quatenus præfatum Burdegalenſis provincie in ea præſentium, & cathedralium capitulorum ejuſdem, necnon & Bituricenſis capituli, ſuper proviſione quam inter Bituricenſem & Burdigalenſem archiepiſcopum in cauſa primatiæ duximus faciendam, requiratis aſſenſum: quo habito proviſionem noſtram ſolemniter publicetis. Si quis vero conſenſum præſtare noluerint, vos ſuperſedentes publicationi prædictæ diſtricte præcipiatis eiſdem, ut perſonaliter, ſi prælati fuerint, vel ſi alii, per procuratores idoneos, noſtro ſe conſpectui repræſentent, proviſionem ipſi coram nobis jus, ſi quod habere contendunt, & factisfacturi parti alteri, ſi ſuccubuerint, in expenſis.

XLIX. Ad epiſcopum Lexovienſ.

De tres qui recipit a judicio, dimiſſa procuratore ſolummodo ad agendum.

De procur. c. 11.

COnſtitutis in præſentia noſtra H. priore Sangienſi, & T. laico, dilectum filium O. ſubdiaconum noſtrum ſuper causa, quæ inter ipſos ſuper quadam ſumma pecuniæ vertitur, conceſſimus auditorem. Et infra: Quia prior ſuper ipſa pecunia in qua dictus T. eum ibi ſine uxoris nomine teneri dicebat, recepto libello illicentiatus receſſit, quemdam procuratorem dimittens ſolummodo ad agendum. Quem cum auditor ipſe per mandatum procuratorium ſibi datum ad defendendum priorem ſufficientem non videret, eum ex hoc reputans contumacem, ipſo præfato T. in eumdem marcham ſterlingorum condemnavit, taxatione prætabsita in expenſis. Et infra: Nos autem finem litibus imponere cupientes, & quod ab auditore præfato factum eſt dignoſcitur approbantes, mandamus quatenus partibus convocatis, &c.

L. Ad decanum Lincolnienſem.

Excommunicationis exceptione non obſtante volet reſcriptum imperatum in cauſa appellationis.

De reſcript. c. 10.

DIlecte in Chriſto filie prioriſſe & conventus de Campeſſia nobis ſuggeſtione curarunt, quod cum inter ipſas ex una parte, & priorem & conventum de Buscileya ex altera, ſuper quibuſdam decimis & redditibus lis, pro cuibus conveniebantur ab illis coram abbate S. Benedicti & ejus collegis authoritate apoſtolica, quæſtio verteretur, & ipſæ ad nos ex ſufficienti gravamine appellaſſent, ac nuncium ſuum ad appellationem miniſtrit profequendam: præfati judices poſtmodum tuleruut excommunicationis ſententiam in eaſdem. Noſtris ergo litteris ſuper appellatione præfata, non facta mentione de excommunicatione, per eumdem nuncium ad priorem de Angles & ſuos conjudices imperatis: pars adverſa ex eo ſe appellaſſe proponens, quod ipſi judices exceptionem excommunicationis prædictæ contra ipſas, ab eadem parte propoſitam, admittere dongarunt, ad priorem de Gernemoe & ſuos conjudices, noſtras ſuper hoc litteras impetravit: Cum igitur ex parte ipſarum fuit excipiendo propoſitum, quod cum poſt appellationem legitimam dicta ſententia lata fuerit, & nullius excommunicatio defenſionis auxilium competere dignoſcatur, memorati judices exceptionem partis contrariæ, ſicut nec debebant, admittere noluerunt: ſed cum dictus prior de Gernemoe & conjudices ſui talem exceptionem non reciperent earumdem, ipſæ ad noſtram audientiam appellarunt. Quocirca mandamus, quatenus, ſi eſt ita, revocato in ſtatum debitum quicquid poſt hujuſmodi appell. inveneris attentatum, in eodem negotio juxta priora mandati noſtri ad præfatum priorem de Gernemoe & conjudices ſuos directi tenorem, præviis ratione procedas.

LI. Ad majoris eccleſiæ & Chriſtianitatis decanum & archidiaconum Lincon.

De decimis novalium.

De priviſ. c. 3.

UNde inter priorem & conventum de Buscile ex parte una, & prioriſſam & moniales de Campeſſe ex alia, ſuper decimis lite mota. Et infra: De conſilio fratrum noſtrorum non decernimus, juri prædictorum priorisſe & conventus ſuper decimis novalium, in quarum erant poſſeſſione tempore illo, quo indulgentiæ apoſtolicæ impetratæ fuerunt, a parte altera de decimis novalium non ſolvendis, non debere per eas non facientes de hoc aliquam mentionem, præjudicium generari.

LII. Ad Londonien. archiepiſcopum.

Manus impoſitio in ordinatione presbyteri, vel diaconi præterm iſſa, deinde ſuppletur.

De ſenect. cum litt. c. 3.

PResbyter & diaconus cum ordinantur, manus impoſitionem tactu corporali, ritu ab apoſtolis introducto, recipiunt. Quod ſi omiſſum fuerit, non eſt aliquatenus iterandum: ſed ſtatuto tempore ad hujuſmodi ordines conferendos, caute ſuppletndum, quod per erroem extitit præterm iſſum. Suſpenſio autem manuum debet fieri, cum oratio ſuper caput effunditur ordinandi.

LIII. Ad Lucan. episcopum.

De testib. fpoli. c. 14.

De controversiis inter Pisanos & Lucanos.

PIsanis ac Lucanis civibus per gravem discordiam, quam diu inter se habuerant, afflictis graviter & attritis. *Et infra:* P. subdiacono nostro dedimus in mandatis, ut posseſſionem, quam in quibuſdam caſtris conſtat Lucanam eccleſiam habuiſſe, ſibi prius plene ac libere, ſicut tempore mortæ diſcordiæ habuerat, reſtituat, & ſuper ea, de qua dubietas oritur, ſufficienti cautione recepta, quod juri coram nobis præditi Piſani parerent, prolatas pro occupatione caſtrorum ipſorum in eos ſententias relaxaret. *Et infra:* Piſanis igitur aſſertionibus quod per te ſtabat, quo minus ibi juxta mandatum noſtrum fieret reſtitutio, & inſtanter petentibus ut dictas ſententias prælatas ſubdiaconus relaxaret: ipſe recepta cautionibus de parendo juſtitiæ coram nobis, ſententias relaxavit eaſdem. Propter quod tu reputans te gravatum, ad noſtram præſentiam acceſſiſti, impugnaturus proceſſum ſubdiaconi ſuper dicti. *Et infra:* Porro duo in noſtro continebantur mandato: ut videlicet poſſeſſio, quam conſtabat Lucanam eccleſiam habuiſſe, tempore motæ diſcordiæ, prius reſtitueretur eidem: & ex ejuſdem poſſeſſionis reſtitutio fieret plene ac libere, ſicut eam habuerat tempore ſupradicto. Quorum primum ad factum, a forum vero referebatur ad modum. Unde licet, prout pars Piſanorum dicebat, in facto, C mandati formam ſubdiaconus ipſe adimplere aequiverit, quia non potuerat facere ibi reſtitui poſſeſſionem caſtrorum, de qua non conſtabat eidem, nec etiam, ſecundum quod tu ipſe, dicebat, affictuum & penſionum poſſeſſio poterat tibi reſtitui, quia ea non fuerat ſpoliatus: ſtatr tamen in modo peccatum, quia debuit facere, ut Piſani poſſeſſionem poſſionum & affictuum, quam per eorum conſenſionem conſtabat te in caſtris prædictis habere, tibi dimitterent plene ac libere, ſicut eccleſia tua illam habuerat tempore motæ diſcordiæ. Quod quidem eſſe non poterat, niſi Piſani caſtra ipſa omnino dimiſiſſent: quia illis detinentibus caſtra & munitiones caſtrorum, in quibus dictas penſiones recipis & affictus, ea plene ac libere habere non poſſes, ſicut habebas quando ipſi caſtra eadem minime detinebant: eo quod quamdiu ea detinent, in eorum poteſtate relinquitur te non admittere vel repellere quando velint. His ergo diligenter auditis, proceſſum hujuſmodi de fratrum noſtrorum conſilio irritum judicamus.

LIV. Ad prepoſitum S. M. Magdeburg. & decanum Miſnen.

De prob. c. 15.

Acta quæ coram judicibus ſacta ſunt, fidem faciunt coram ſecundis.

CUm bonę memoriæ *Et infra:* Cum acta originalia dicantur apud priores judices remanſiſſe: mandamus quatenus ea cum omni diligentia requirentes, ipſa ſi potuerint invenire: & ſi qua partes duxerint legitime proponenda, in ſcriptis redacta ad noſtram perfectionem remittatis. Alioquin cum non revocetur in dubium de contestatione litis ſuper ſtatu Pigam. monaſterii, & quibuſdam ſpoliationibus contra abbatem ejus factis a Masburgenſi epiſcopo: recipiatis partium probationes de novo, & audientes, ſi partes audire voluerint, & compoſitione tractatum, tam quod ſuper hoc invenieritis, quam cauſam ſufficienter inſtructam, ad nos remittere procuretis.

LV. Ad magiſtrum A. de S. Adelarde.

Propoſitum imprudenti religioſorum, non obligat.

De rer. c. 6.

LIteraturam tuam. *Et infra:* Cum ex quadam minutione, nimio fuiſſes mortis paene perterritus, hęc verba protuliſti: non dis hic morabor: proponens in animo, quod religionis habitum eſſes aliquando ſuſcepturus. *Et infra:* Tibi igitur reſpondemus, quod ſi plus nonniſi in voto propoſitum, tranſgreſſor judicari non poteris, ſi non impleas quod dixiſti.

LVI. Ad capitulum Maſſun.

Electio pontificis non fiat per laicos cum canonicis.

De his c. 15. 16. 17.

B

MAſſanæ eccleſia paſtore vacante. *Et infra:* Edicto perempto prohibemus, ne per laicos cum canonicis, pontificis electio præſumatur. Quę ſi forte præſumpta fuerit, nullam obtineat firmitatem. Non obſtante contraria conſuetudine, quę dici debet potius corrupcela.

LVII. Ad Mediolanenſem archiepiſcopum.

Laici ne prædicent.

De hæret. c. 13.

SIcut in uno corpore. *Et infra:* Cum igitur nonnulli laici prædicare preſumant, & vehementius nimis exiſtat ne vitia lub ſpecie virtutum ſubintrent: nos attendentes quod doctorum ordo eſt in eccleſia Dei quaſi præcipuus, mandamus quatenus, cum alios Dominus apoſtolos dederit, alios prophetas, alios vero doctores, interdictos laicis univerſis, cujuſcumque ordinis cenſeantur, uſurpare officium prædicandi.

LVIII. Ad magiſtrum ſcholarium H. & G. de Rupe canonicos S. Audomari Morinenſis dioceſis.

Si is, qui deſtit eſſe tutor, nomine pupilli convenitur invitus, poterit appellare.

ad. Clod. Bud.

ad. Clod. Bud.

EX parte M. dominæ de Colb. nobis fuit obita querela, quod cum nobilis mulier domina de Bellebron. ſuper quibuſdam terris ipſam nomine filiorum ſuorum coram judicibus authoritate noſtra traxiſſet in cauſam, eadem in judicium ipſorum excipi fecit præſentia: quod cum res, de quibus in judicio agebatur, & prædicti filii ejus ſub poteſtate & tutela ipſius minime permanerent, cum jam ad ſecunda vota tranſiiſſet, ſuper his ſi non tenebantur, ipſorum nomine, quorum tutrix eſſe deſierat, reſpondere. Sed quia dicti judices hoc exceptione neglecta, nihilo minus ad hoc compellebant eandem, ipſa ſentiens ſe gravari, noſtram audientiam appellavit. Idcoque mandamus, quatenus, ſi ita eſt, revocato in irritum quicquid poſt appellationem hujuſmodi proceſſum eſt attentatum, audiatis hinc inde propoſita, &c.

LIX. Ad magiſt. & fratres domus Morien.

Judex qui ſe relaturum pollicetur, conſultationis ſolemnitate exemplum edat partibus.

INtimaſti. *Et infra:* Præterea hoſpitalitatis ignoranti bus, & non ſacta ex copia de inquiſitionis proceſſu, ad nos relationem tranſmiſiſſe noſcentur: cum juxta legitimas ſanctiones, quoties relaturum ſe judex quilibet pollicetur, illico litigatoribus apud acta conſultationis exemplum edere teneatur.

LX. Ad

LX. Ad epiſcopum N.

De ſepult. c. 14.

Excommunicatus, aut qui ſibi violentas in morte, in cœmeteriis ſepelitur, & hæredes ſatisfaciant.

PArochiano tuo, qui excommunicatus pro manifeſtis exceſſibus, videlicet homicidio, incendio, violenta manuum injectione in perſonas eccleſiaſticas, eccleſiarum violatione, vel inceſta fuit, dum ageret in extremis per presbyterum ſuum juxta formam eccleſiæ abſolutus, non debent cœmeterium & alia eccleſiæ ſuffragia denegari. Sed ejus hæredes & propinqui, ad quos bona pervenerunt ipſius, ut pro eodem ſatisfaciant, cenſura ſunt eccleſiaſtica compellendi,

LXI. Ad Neapolitanum archiepiſcopum.

De fer. non ſanct. c. 3.

Natus ex ſervo & libera liber eſt, & licite promeretur.

DIlectus filius G. diaconus propoſuit: quod L. miles ex occaſione quod patrem ipſius hominem ſuum eſſe proponit, licet mater ſua, cujus debet imitari conditionem, libera eſſe noſcatur, ne promovatur in presbyterum impedire præſumit. Quocirca mandamus, quatenus, ſi hiſ conſtiterit de præmiſſis, eumdem militem ab hujuſmodi impedimento ceſſare compeſcas,

LXII. Ad Norviencn. epiſcopum.

De reſtitut. c. 17.

Executores teſtamenti ad exequendas pias ultimatas compellantur.

TUa nobis fraternitas intimavit, quod nonnulli tam religioſi, quam clerici ſæculares, & laici, pecuniam de illa bona, quæ per manus eorum ex teſtamentis decedentium debent in uſus pios expendi, non dubitant aliis uſibus applicare. Cum igitur in omnibus pius voluntatibus ſit per locorum epiſcopos providendum, ut ſecundum defuncti voluntatem univerſa procedant, licet etiam a teſtatoribus id contingeret interdici: mandamus, quatenus executores teſtamentorum hujuſmodi, ut bona ipſa fideliter & plenarie in uſus prædictos expedant, monitione præmiſſa compellas.

LXIII. Ad Norvicenſem epiſcopum.

De voto c. 2.

De eo, qui in puerili ætate vovit.

VEnientis ad nos R. narratione accepimus, quod ipſe in puerili ætate conſtitutus, Hieroſolymam diſpoſuit proficiſci: cuidam quoque, qui ſepulcrum Dominicum propoſuerat viſitare, ſidem dedit, & ſuam recepit ab eo, quod ſibi invicem in via ſocii fideles exiſterent. *Et infra:* Nos autem ipſum a voto quod in ætate tenera, facilitate potius, quam ex arbitrio diſcretionis, promiſit, abſolvimus ita tamen, quod idem votum eleemoſynis redimat, & juxta conſilium noſtrum votum vitæ ſuæ tempore uni pauperum Chriſti, dummodo ad hoc facultates ſuæ ſufficiant, debeat providere.

ad. Mediol.

ad. Mediol.

ad. Mediol.

ad. Mediol.

ad. Mediol.

ad. Mediol.

LXIV. Ad fratrem Palmerium canonicum ſanctæ Trinitatis.

De fœro comp. c. 16.

De laicis uſurpantibus jura eccleſiaſtica.

COnqueſtus eſt nobis Bononienſis epiſcopus, quod porcellus & commune Bononienſis cem-

A poralem jurisdictionem, quæ in quibuſdam caſtris & villis, quæ Bononienſis epiſcopus habet, ſibi ſpecialiter pertinere dignoſcitur, per violentiam uſurpare præſumunt. *Et infra:* Cum autem valde ſit iniquum, ea, quæ collata ſunt pro remedio peccatorum venerabilibus eccleſiis, vel relictæ, aut eis juſtis modis aliis acquiſita, aliis uſibus applicari, propter quod metito invaſores ipſarum rerum, tanquam ſacrilegi, ſunt anathematiſi uſque ad ſatisfactionem congruam ſuppoſendi. *Et infra:* Mandamus, quatenus, ſi tibi conſtiterit de præmiſſis, monitione præmiſſa, per cenſuram eccleſiaſticam ceſſare ipſos ab hujuſmodi, & ſatisfacere de præteritis damnis & injuriis, appellatione remota compellas.

B

LXV. Ad epiſcopum Piſtavienſem.

Affinitas ſuperveniens non diſſolvit matrimonium.

De eo, qui cog. c. 11.

JOrdanæ mulieris petitio continebat, quod I. laicus cum ipſa, quæ nondum decimum annum ſuæ ætatis compleverat, per verba de futuro contraxit, & ea intra anni ſpatium carnaliter cognita, matrem ipſius ſibi matrimonialiter copulavit, & ad ſolemnia matrimonii ampliora procedere, non expavit. *Et infra:* Quare præfata I. ſuppliciavit, ut cum carnis ſtimulis reſiſtere nequeat, ſibi (ne jure ſuo ſine propria culpa frudetur) providere dignaremur. *Et infra:* Exceptore mandamus, quatenus, ſi res ita ſe habet, utrumque ipſorum ad vovendam perpetuam continentiam eatenus per ſubtractionem inducas: & ſi eam inducere nequiverint, memoratum I. injuncta ei primitus pro commiſſo inceſtu pœnitentia competenti, ut eidem cohabitet, & conjugale debitum reddat præcipiatis, coercitione cenſura compellas.

LXVI. Ad I. Montiſelm monaſterii de Plauda. " *Planca.*" *ad. Floren.*

Conjux qua confitentem viro contitentiam promittit, & religionem profitetur, reperi ab eo non patet.

De converſ. conjug. c. 10.

De hæret. c. 13.

CL. *Hæretici punicndi.*

Excommunicatus & anathematizatus universos hæreticos, Catharos, Patarenos, Paupercs de Lugduno, Pafagienos, Tolliginos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscumque nominibus cenfentur, facies quibem habeptes diversas, fed cauſas ad invicem colligatas, quia divanitate convenjunt in id ipsum. Damnati vero per ecclesiam, laicali judicio relinquantur animadversione debita puniendi, clerici prius a suis ordinibus degradati.

B

Si qui autem de prædictis, poftquam fuerint deprehensi, rediere noluerint ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detendantur: credentes autem eorum errotibus, hæreticos similiter judicamus.

C

Ibidem ci tat.

CLI. *Librantur ab omni obligatione, qui hæretici adstricti erant.*

Absolutos se noverint a debito fidelitatis, hominii, & totius obsequii, quicumque lapsi manifeste in hæresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato tenebantur adstricti.

D

De Judæis c. 19.

CLII. *Judæus baptizatum vel baptizari volentem non retineat in servitio.*

Nulli Judæo baptizatum, vel baptizari volentem, emere liceat, vel in suo fervitio retinere. Quod fi quem nondum ad fidem converfum cura mercimoni emerit, & poftmodum fidem fit, vel fieri defiderer: Chriftianus: datis pro eo XII. solidis, ab illius fervitio protinus fubtrahatur. Si autem intra tres menfes ipsum veniam non expoluerit, vel ad fidei fervientem emerit eundem: nec ipse vendere, nec alius audeat comparare: fed nullo dato pretio perducatur ad præmia libertatis.

E

De ordin. ab epifc. qui renunc. &c. lib. 2. c. 1.

CLIII. *Qui ab excommunicato ignoranter ordinati sunt.*

Cum clerici, qui ab excommunicato episcopo ignoranter ordines receperunt, per suos poteris episcopos dispensari.

F

De servi ordinatis &c. lib. 1. tit. 17. c. 13.

CLIV. *De eo qui opus novum nuntiat.*

Si cui opus novum te nunciasse proponis, non obstante cautione, qua offertur ab ipso de opere deftruendo, si non jure ædificatum exiftat, tenetur se per tritum membrum ſpatium expectare, juris tui præjudicium probare voluerum.

CLV. *Pœna blasphemantis Deum, vel sanctos.* Tit. maledic. &c. c. 2.

Statuimus, ut si quis contra Deum, vel aliquem sanctorum eorum, & maxime beatam Virginem, linguam in blasphemiam publice relaxare præsumpserit: per episcopum fuum pœnæ subjacere inferius adnotatæ: videlicet quod in feptem diebus Dominicis præ foribus ecclesiæ in manifesto, dum aguntur Miſſarum ſolemnia, blaſphemus exiftens, nudus illorum die Dominico pallium & calceamenta non habeat, fuſtigatus corrigia circa collum, ſupplicio ſimilis precedentibus textis ſertis in pace & aqua jejunet, ecclesiam nullatenus ingrediatur. Quolibet quoque prædictorum dierum, si poterit, alhoquin duos reficiat pauperes, five panum. Et ſi nec ad hoc ejus ſuppetant facultates: ad in panem & aquam commutetur. Cui etiam, ſi renuerit recipere ac peragere pœnitentiam ſupradictam, ecclesiæ interdicatur ingreſſus, & in abitu ecclesiaſtico careat ſepultura. Per temporalem poteſtatem poteſtatem quoque (ſi neceſſe fuerit) epiſcopi diœceſani adhibita contra eum blaſphemus, ſi dives fuerit, quadraginta ſolidorum, alioquin triginta five viginti, & ſi ad id non ſufficiat, quinque ſaltem marcarum nſualis monetæ pœna mulctetur, nullam in hoc miſericordiam habiturus. Quod etiam inter alia communitatum ſtatuta poterunt.

A

B

C

CLVI. *Quando dicere compromissum.* Tit. de arbitris c. 14.

Compromiſſum non extenditur in compromittentis hæredes, ſi de ipſis non caveatur ibidem.

CLVII. *Socius simonie admittitur in testem, ſi agatur civiliter.* De teſt. & atteſt. c. 13.

Mediatores, per quos ſeclus ſimoniæ plerumque committitur, ad teſtimonium contra ſceleris ejuſdem auctores, in detellationem criminis, admittuntur: ſi non agatur criminaliter, ſed civiliter, & caſolumentum exinde non furiat affecuti.

D

CLVIII. *Qui poſſint fibi eligere confeſſorem.* De poenit. & remiſſ.

Ne pro dilatione penitentiæ periculum imminet animarum, permittimus epiſcopis & aliis inferioribus, necnon minoribus prælatis exempetis, ut, etiam præter fal ſuperioris licentiam, proprium & diſcretum ſibi poſſint eligere confeſſorem.

E

CLIX. *De appellatione.* De appell. c. 59.

Interpoſita appellatione ex cauſa probabili, non ſufficit appellanti probare, quod ex cauſa hujſmodi provocavit, ſi eam non docuit eſſe veram: nili hoc ex offenſa probaturus, non fuiſſet adauſſus. Eidem quoque permittimus, ſi non recipiatur appellatio ejus a judice, nec ab adverſario approbetur, fuper proteſtatione appellationis, per procuratorem ad imperandum & contradicendum conſtitutum, litteras impetrare: licet pars adverſa, per ſe vel per procuratorem idoneum, judicium ſuper hoc quod judex appellationem reprehenſe ſit parata. Ille denique quo vocem appellationis emiſit, cujus nondum eſt alii cognitio delegata ad petitionem ejuſdem, ad eum a quo provocavit de jure remittitur: contradictione partis alterius non obſtante. Eſt tamen in legitimis expenſis, adverſario, quas eum propter hoc ſeciſſe conſtiterit, condemnandus. Sane parato aliquo probare gravamen, propter quod duxerat appellandum, & parte adverſa ſe contumaciter abſentante, poteſt ſuper hoc lite

F

lite non constet ita procedi: licet nondum constitutio litis facta fuerit in ipso appellationis articulo vel negotio principali: quia cum in hoc casu iniquitas prioris judicis principaliter arguatur, non est rigor juris, ex quo sequi posset causa perplexitas, requirendus.

Habetur 67. CLX. *De clausula, appellatione remota.*

INquisitioni tuæ taliter respondemus, quod quoties clausula, per quam tollitur appellationis remedium, in medio litteratum ponitur: si sunt plura negotia se minime contingentia, præmissa tantum complectitur: nisi forte in fine litteratum præmissa clausula iteretur.

Habetur 67. CLXI. *Appellatio unius prodest alteri.*

UNa sententia pluribus condemnatis, si unus solus ad appellationis beneficium convolaverit, illius victoria sure communi ceteris suffragatur: si communi jure juvantur, idemque negotium & eadem causa defensionis existat.

Habetur 67. CLXII. *Quando non appellans habeatur pro appellante.*

SI justus metus quo minus appellaveris te excusavit ad appellationis reparationis beneficium convolasse: dummodo intra tempus, quo licite provocatur, coram judice a quo appellasse voluerias; vel si habere ipsius copiam requisiveris, in præfentia bonorum virorum protestatione fuper hoc propofita, causas appellationis duxeris exprimendas.

De fent. &res jud. c. 25. CLXIII. *Resistere alios judicata, quando alibi necesse.*

QUamvis regulariter aliis non noceat res inter alios judicata: ei tamen qui, cum fibi primum de re ea actio vel defenfio competebat, fuit intentis fequentem agere, ac illi etiam, qui paffus eft eum, a quo caufam habuit, experiri, eft præjudicium generatum.

Ibid. c. 26. CLXIV. *Si duo ordinarii pronuncient contraria, tenet Sententia pro reo: nisi in aliquot casibus.*

DUobus judicibus, ut accepimus, diverfas fententias proferentibus: fi ex jurifdictione ordinaria proceflerunt, tenet pro reo, non pro actore, fententia: nifi in caufa fit verbalis, puta matrimonio, libertate, dote, feu teftamento, pro ipfo fuerit promulgata. Si vero ex delegata potestate, utraque pendet fententia ex arbitrio delegantis. Quod fi ex compromiffo, neutra debet habere vigorem.

De jud. c. 8. CLXV. *Qui jurat de non repetendis damnis, potest tamen expensas repetere.*

INnostra & fratrum noftrorum præfentia propofitus fuftis, quod olim cives Brixienfes pro reftaurationibus damnorum ad invicem, quæ propter multas civiles difcordias incurrerant, plurimum aggravati, ftatutum edidere, de non petendo vel recipiendo in poftterum reftaurationes hujufmodi a communi, generaliter approbatum, & firmatum etiam juramento. *Et infra:* Cum igitur aliud fit damnorum reftauratio, quam fatisfactio expenfarum; & ideo in juramento exhibito fuper damnorum aliquibus inter illos non debeat, quod factum expenfarum fuerit comprehenfum: manuteneatis ergo juramento non obftante prædicto, auctoritate noftra providens, quod dictum commune pro bono concordiæ ad expenfarum fatisfactionem aliquid contribuat, juxta tuæ diferetionis arbitrium, a te, cui expedierit, moderandum.

CLXVI. *De ea qui alteri damnum dat vel infert injuriam.*

SI culpa tua datum eft damnum, vel injuria irrogata, feu aliis irrogantibus opem forte tuliftis; aut hæc, imperitia tua, five negligentia evenerunt: jure fuper his fatisfacere te oportet, nec ignorantia te excufat, fi fcire debuiftis factu tuo injuriam veriffimiliter poffe contingere vel jacturam. Quod fi animalia tua nocuiffe proprio, nihilo minus ad fatisfaciendum teneris, nifi ea damnificata damnum, vel ea liberare te ipfum: quod tamen ad liberationem non proficit, fi fera animalia, vel quæ confueverunt nocere, fuiffent, & quam debueras non curaffe diligentiam adhibere. Sane licet, qui occafionem damni dat, damnum reducat deditio: fecus eft tamen in illo dicendum, qui ut non accideret, de contingentibus nil omifit.

CLXVII. *Donatio potest per donatorem, non per heredem, revocari*

PRopter ejus ingratitudinem, in qua liberalitas eft collata, donatoris perfona de rigore juris eam potuit revocare, fi forte in ipfum impias manus injecit, aut fibi atroces injurias, feu graves rerum fuarum damnum, vel vitæ periculum, inferre præfumpferit. Quod tamen ad donatoris, qui hoc tacuit, non extenditur fucceffores.

CLXVIII. *Juramenta servare statuta edita, & promissiones per ipsos juramentum servare edendi, mutuetur ex juramento ad servitet edita.*

CLericus, qui juravit fe ftatuta in ecclefia fua edita fervaturum, promittens per idem juramentum, ftatutum, quod poftmodum fuiffet editum, fe, fidelitter obfervare: fi contrafgredi non debuerat quod promifit, non teneturad illius obfervantiam ex debito præftiti juramenti.

CLXIX. *Diffamatus a capite quarto gradu, cum distante quinto contrahere potest.*

VIr, qui a ftipite quarto gradu, & mulier regulam approbatam, qua dicitur quoto gradu remotior differt a ftipite, & a qualibet per alium lineam defcendentium ex eodem: licite poffunt matrimonialiter copulari.

CLXX. *De scripturis contrariis ab eodem prodeuntibus.*

IMputati ei poteft, qui contrarias inter fe fcripturas in judicio protulit fidem fibi ad inficiendum derogantes: cum in ipfius fuerit poteftate quam voluerat non proferre.

CLXXI. *De cautione, in qua debitor se primittur fore sub certa pœna se; & ea in qua non exprimitur.*

SI cautio, quam a te indebite proponis expoftulatam, indeterminate loquatur: adverfarius tuus tenetur offendere debitum, quod contineatur in ea. Sed fi caufam, propter quam hujufmodi fcriptura proceflerit, exprefferis in eadem: confeffionem tuæ ftatur, nifi probaveris te indebite promiffe.

CLXXII.

Ibid. c. 16. CLXXII. *Instrumentum exemplatum per tabellionem auctoritate ordinarii, vim habet.*

SI inftrumenta propter retuftatem, vel propter aliam juftam caufam, exemplari petantur coram ordinario judice, vel delegato ab eo, fpecialiter præfentem: Qui fi ea diligenter infpecta in nulla fui parte virtute reperit: per publicum perfonam illa præcipiat exemplari, eamdem auctoritatem per hoc cum originalibus habitura.

Duo sunt quæ vis, constituta tradi debent. CLXXIII. *Probata violentia per testes, res amissa probantur per juramentum.*

SUper eo, quod adverfarius veftet fe conquerebatur a vobis per violentiam fpoliatum, arbitramini contra vos fuiffe injuftæ proceffum: cum non nifi propter juramentum probaveris fingula quæ amifit. Verum poftquam de violentia per teftes, & de amiffis rebus per ipfius confititi facramentum: potuit judex, taxatione ab ipfo facta, pro perfonarum ac negotii qualitate, vos, in eftimatione rerum amiffarum juramento adverfarii declarata, rationabiliter condemnare.

De loc. & pond. c. 1. CLXXIV. *Quando colono faciendæ remissio pensionis? item quando inquilinum licet amovere.*

PRopter fterilitatem afficientem magno incommodo conductores, vitio rei fine culpa colentis, feu cafu fortuito contingentem: coloni excle- C fas tua pro certa penfionis remiffione facienda: nifi cum ubertate præcedentis vel fubfequentis anni valeat ftcrilitas compenfari. Verum invita inquilino domum inhabitare vel reficere poteris: fi neceffitas, quæ tamen non imminebat locationis tempore, id exfpofcat: remiffa fibi pro reliduo temporis penfione. Qui etiam inde rationabiliter amoveatur, fi perverfe fibi fuerit converfatus: vel, cum canonem per biennium non fobviffet, fibi fatisfactione coleni non provifit.

Ibid. c. 4. CLXXV. *Emphyteuta quando meliorationes suas vendere potest. Item quando potest expelli.*

POtuit emphyteuta (ecclefia primitus requifita, eique nunciata, quanum tibi ab alio oftenderet, fi nolle fe emere diceret, vel a denunciationis tempore duorum menfium fpatium fit elapfum) meliorationes & res alias competent aliis vendere, qui ab emptione hujufmodi minime prohibentur. Emphyteuta quoque fecus præmiffo, vel cenfando in folutione canonis per biennium, nifi cleri fuerit poftmodum illis confulere ftudiuiffet, juftis poteft expelli. Non obftante, quod ei, ut canonem folveret, non extiti nuncius: cum in hoc cafu dies ftatuta pro domino interpellet.

De iudic. & testib. cap. vel. c. 6. CLXXVI. *Iudex expellens a pace, parcia pacificate liberatur. Eadem ratio servus liberat; libertus ingenuitas datur. Idem juris in præditis languidis sic expellitis, vel sis alimenta denegantur.*

SI a parte, five ab alio, fcienter ipfo aut eatum habente, relegato patriata officio, infans expofitus extitit: hoc ipfo a poteftate fuit parta liberatus. Nam & hoc cafu in tegumentatem libertus, & fervus in libertatem eripitur: quod & de præditis cujufcumque ætatis languidis, fi expofitis fuerint, vel fi alicui illorum alimenta impie negari cognofcitur, eft dicendum. Sane qui hoc fic ejusum, non poffunt propter hoc in eorum perfonis jus aliquod vindicare.

CLXXVII. *Homicidium casuale non imputatur professoris qui res iuris adhuc operam.* De homic. cas. c. 25.

QUidam, ut aferit, ad ædificationem eccleſiæ in adjutorium a presbytero evocatus, ruens cum faqueati, quod iden presbyter folvere nitebatur, hac occafione rebus eft humanis exemptus. *Et infra:* Attendentes igitur, quod facerdos ipfe dabat operam licitæ rei, ftudiit etiam quam debuit diligentiam adhibere, circumftantibus quibus periculum imminebat, ita tempeftive & alta voce premonitis, quod & intelligere & fugere potuerunt. Inquifitioni tuæ taliter refpondemus, quod ob hanc cauſam, vel quia omnes cafus fortuitos, qui prævideri non poffunt, fortium non præcidit: non debet, quoad officium vel beneficium impediri.

CLXXVIII. *De usufructuariis.* De usufruct. c. 8.

CUm conftet I. mulierem uxorem Ogerii quod ufumfructum filio fuo fucceffifle in bonis, quorum propietatem ad M. mulierem uxorem C. dingnofcitur pertinere: mandamus, quatenus eam ad cautionem idoneam exhibendam, quod utatur & fruatur falva rerum fubftantia rebus immobilibus, quæ ufui ipfius competuntur, ad arbitrium boni viri; peconiam vero, fi quam habuit, vel habebit, ac eftimationem bonorum, quæ conſumuntur ufu, & in hæreditate ipfius inventa fuerint, in mortue fua dictæ mulieri, vel hæredibus ejus reftituat, per cenſuram eccleſiaſticam compellatis.

De testib. cap. 18. CLXXIX. *Filius negatus restituere hæreditatem, detrahit tertiam jure naturæ & quartam Trebellianicam.*

RAinaldus Peponis filius, hæres ab ipfo inſtitutus hoc modo, ut patruis fuis hæreditatem reſtituerer, fi abſque filiis maſculis moreretur eum ejus (mortuo Pepone) fuper quibuſdam bonis hæreditatis ejuſdem in tres arbitros compromiſit: quorum duo, mortuo reliquo (prout ex forma compromiſſi poterant) procedentes, taliter abitrati fuerunt, quod dicta bona patruis haberet literam transferendi quocumque modo in alium ex præ- D dictis, niſi in eorum filios maſculos ex ipſis legitime deſcendentes. Et quod contra hoc ferre, non valeret. Porro dictus R. prolem non habens, condidit teſtamentum, in quo medietatem partis ſuæ de rebus præditis, quibuſdam avunculis ſuis, aliam vero medietatem & reliqua bona patruis, unà ex patruis ſuis & ejus filiis legavit: adjiciens ut bona, in quibus ex teſtamento vel ab inteſtato dicti patruis ſui poſſent ſuccedere, ſi veniret contra legatum dictis avunculis fuis debitum, ad ipſos pro determinatis portionibus deveniret. Demum eodem R. nacente debitum perſolvente, ac uno ex patruis hæredi etiam adeunte præditum, cum dicti avunculi adverſus eumdem patruum ac filios ejus coram judice communitatis Urbenaten. moverunt queſtionem, petendo pro rata, quæ ipſos contingit, legatum præditum, & reſtitui eis ſi contra ipſum illi venirent, quacumque occaſione teſtamenti ejuſdem. R. ad ipſos pervenerant, vel potuerant perveniſſe. Præfatus judex ab illorum impetitione ſuper legato ipſos abſolvens, ad reſtitutionem aliorum bonorum ſententialiter condemnavit eoſdem. A cujus ſententia cum amba partes ad noſtram audientiam appellaſſent, petente utraque parte dicti judicis ſententiam infirmari, quatenus contra ſe fuerat promulgata. Nos quatenus pro ſe fuerat, executioni mandari; Dilectus filius noſter O. S. Nicolai in carcere Tul- liano

liano dic. cardin. lite coram se legitime contesta-
ta, quoniam idem R. habebat in bonis quondam
Petronis patris sui tertiam partem debitam jure na-
turæ, in qua gravari nequivit, necnon quartam
Trebellianicam, quam quilibet extraneus restitu-
tione gravatus deducere potuisset, propter quod
in rebus prædictis avunculis legatis portiones eas-
dem habuit R. præfatus, eaſque potuit in ultima
voluntate legare, ne per hoc legatum tenuit usque
ad tertiam & quartam præfatas, licet ipſas non
expreſſerit in legando: pronunciavit (non obſtan-
te præmiſſo arbitrio, quod, ne legatum teneret,
non poterat impedire) judicem ipſum in eo quod
ſuper hoc, dictum patruum in totum abſolvit, qui
confeſſus eſt ſe pro medietate poſſidere prædicta,
perperam judicaſſe; condemnavitque ipſum ad re-
ſtitutionem medietatis tertiæ & quartæ partis ipſius
legati pro rata, quæ dictos avunculos de ipſo con-
tingit, & in ſolidum, præfati judicis ſententiam
confirmavit. Coterum in eo quod idem judex di-
ctum patruum, & ejus filios, tenuit inter ſe alios,
quæ in ſecundo articulo petita fuerant, condem-
navit: male ipſum pronunciaſſe decrevit, quia
filii ejus contra voluntatem teſtatoris non inve-
niuntur aliquid commiſiſſe, cum nihil de peritis
reperti fuerint poſſidere. Verum in portione, quam
patruus habebat in bonis illis, ratione quartæ &
tertiæ prædictorum, quæ habuit in bonis eiſ-
dem, in quibus ejus inſtitutio, & legatio, ac ad-
jectio pœnæ tenebat pro rata eoſdem avunculos
contingente de prædicto legato confirmavit ſen-
tentiam judicis ſupradicti: eodem patruo & ejus
filiis in reſiduo abſolutis, & ſalvo nihilo minus ei
ex jure inſtitutionis prædictis legis Falcidiæ, in
reſtitutione præfati legati, ſi intra tempus legiti-
mum voluntati paruerit teſtatoris cum inventa-
rium fecerit, & contra voluntatem teſtatoris ſe
Falcidia inducatur. Nos itaque ipſius cardinalis
ſententiam ratam habentes, eam auctoritate apo-
ſtolica confirmamus.

CLXXX. *Executor teſtamentarius, qui ſuſcepit illud, tenetur officium, exequi compellitur.*

JOannes clericus, & P. laicus, executores ul-
timæ voluntatis O. clerici S. crucis, qui ne-
ceſſarium habuit bonis ſuis in ultima vo-
luntate legavit, mandato inſuper ſatisfieri enti-
toribus per eoſdem: poſt mandatum ſuſceptum,
per diocceſanum cogi debent teſtatoris expleri ul-
timam voluntatem.

CLXXXI. *De quibuſdam legatis non ſolvitur tem-* Hist. can.
nitæ portio, niſi ſint in fraudem.

DE his, quæ in ornamentis, vel pro eis, ſeu
fabrica, luminariis, anniverſario, leptimo,
vigeſimo, trieſimo die, ſive alibi, a de pertinen
ſolvum ſuorum legatum teſtator ecclefiis, vel religio-
piis locis, canonica portio (dummodo in fraudem
non faciat, ut ea epiſcopus ſeu parœciali eccleſia
debeat defraudari) deduci non debet.

humiliantur vim auctoritatis eccleſiæ, ad præſen-
tiam ejus dilectos filios ... tituli S. Sabinæ presby-
terum, & O.....S. Nicolai in carcere Tullino dia-
conum, cardinales, curavimus deſtinare, ut eum
ſuper præmiſſis, & ſubjacentibus vice noſtra fa-
lubriter commonerent. Qui licet de contingenti-
bus nil omiſerint, nequaquam tamen eum poterunt ad pœnitentiam revocare. Unum ad nequitia ne nequiquam manus illiditur impietatis. Quare ne videremur deferre homini contra Deum, ece juſtitiam in judicium converteret, in proximo præterito feſto Cœnæ Dominicæ, in prædictum imperatorem excommunicationis ſententiam fole-
mniter duximus promulgandam: tum pro eo quod, ut præmiſſum eſt, non transſtetavit in ſubjectum terræ ſanctæ, nec promiſſum numerum militum in expreſſo ſuis tenuit, vel tranſmiſit, nec pe-
cuniam quam promiſerat deſtinavit; tum quia re-
nerabilem fratrem noſtrum Tarentinum archiepi-
ſcopum ad ſedem propriam accedere non permit-
tens, eum populum ſuum non patitur viſitare, tam
ertiam quia Templarios, Hoſpitalarios bonis mo-
bilibus & immobilibus, quæ habebant in regno,
temere ſpoliavit; & quia compoſitionem factam
inter ipſum, & comitem Celanenſem, & Raynal-
dum de Averſa, pro cujus obſervatione Romana
eccleſia ad precum ejus inſtantiam ſubjuſſit, ſer-
vare contempſit; & quia comitem Rogerium cruce-
ſignatum ſub apoſtolicæ ſedis protectione rece-
ptum, comitatu, & aliis terris indebite ſpoliavit, &
filium ejus in captivitate detentum, ad manda atum
apoſtolicum ſæpius iteratum reddere denegavit, &c

CONVENTUS EPISCOPORUM ET PROCERUM, BASSEGIÆ INCHOATUS, MELDIS CONTINUATUS, LUTETIÆ ABSOLUTUS.

In quo Raymundus comes Tolofanes, in gratiam eccleſiæ & S. Ludovici Franc. regis receptus eſt. Anno Domini MCCXXVIII.

B *Eſtetur hic conventui a Guillelmo de Podio Laurentii in chronico, ad ann. MCCXXVIII. Interea, inquit, venerabilis abbas Grandis-ſilvæ dominus Helias Garini venit de Francia, anſortia-te legati pacem offerens Tolofanis, qui guaſſati quatuis vexationibus præſibatis, paci conſentiunt faciendæ. Et ſimquin cerugii miſcentur colloquia circa Valegiam, & quod ſit in Franciam eundum ordinatur. Et locus ad conveniendum primo fuit Meldis in Bria civitate comitis Campaniæ affi-gnatus: ubi ſeruntque tam juſſi quam ſpontanei, archiepiſcopus, epiſcopi ſuffraganei provinciæ Narbonenſis: venerunque illuc comes Tolofa-nus, & alii viri, & vires Tolofæ, qui in forma C pacis, ſeu aliis inſtrumentis inde formatis nomi-nantur; ceraque ibi legatus, plureſque alii præſati, qui fuerant evocati, ubi tractando pacis modum dictus pluribus diebus moratur. Deinde profecti ſunt Pariſius, ut in præſentia regis deberent omnia conſummari: omnibuſque ad calcem dictis & figillatis, remeavit unuſquiſque ſuos: comes in die Pa-ſcharum, & qui cum eo erant excommunicationis ſententia innodati. Eratque pietas virum tantum videre, qui tanto tempore, tot & tanta nationi-bus patentes reſtituſſe, duci nudum in camiſia & bracciis & nudis pedibus ad altare. Erant præſen-tes ad hæc, duo Romanæ eccleſiæ cardinales: unus D legatus noſter in regno Franciæ, & alius in regno Angliæ eccleſiæ ſponſa Portuenſis. De forma vero pa-cis non mea interest ſcribere, cum vulgata, & ſcripta a pluribus habeatur.*

Eadem habet ad eumdem librum inſcriptus, Præclara Francorum facinora. *Paucis autem abſa, cum non regia tantum, ſed etiam eccleſaſtica auſtoritate confirmata fuerit, & ad res eccleſiaſtica omnia ferme illius pacis pertinuerit, ſatuit hoc loco ſtatim referre ex Guillelmi Cæſtelli libro II. hiſt. comit. Tolof.*

TRACTATUS LUDOVICI REGIS FRANC. ET RAIMUNDI COMITIS TOLOSANI. E

Coram legato, prælatis & baronibus, factus in conventu Pariſienſi.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ludovicus Dei gratia Francorum rex. Noverint univerſi præſentes pariter & futu-ri, quod cum Raimundus filius Raimundi *Comitis. Gener.* I. Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1225. ticorum, servabit & fervari faciet fecundum quod dictus legatus vel Romana ecclesia ordinabunt. Item fervabit & fervari faciet pacem in terra, quam ipse & sui tenebunt: & juvabit fervari in terra quam nos in manu nostra tenebimus. Et Ruptarios expellet & puniet animadversione condigna & debita, & receptarios eorum. Ecclesias, & viros ecclesiasticos defendet & defendi faciet a suis, & jura, libertates, & immunitates quas habent, conservabit eisdem, & faciet firmiter conservari. Et ne de cetero in terra ista claves excalefiæ contemnantur, sententias excommunicationis fervabit, & a suis fervari faciet, & per suos.

Excommunicatos vitabit, vel vitari faciet: sicut in sacris constitutionibus continetur. Et si aliqui in excommunicatione per annum contumaciter permanserint, ex tum idem Raimundus ad mandatum ecclesiæ ipsos ad finum matris ecclesiæ redire compeller, occupando omnia bona sua, mobilia & immobilia: & tenebit ea donec ad plenum satisfaciant de causa pro qua fuerunt excommunicationis vinculo innodati. Et de damnis datis occasione excommunicationis præ- C dictæ, faciet omnes bajulivos suos, insti tutos & instituendos, in ipsa institutione jurare, quod omnia superdicta fideliter observabunt: ita quod si negligentes in his reperti fuerint, pro modo delicti punientur; & si culpabiles extiterint omnium, puniantur amissione honorum.

Instituet etiam bailivos, non Judæos, sed Catholicos in terra, & nullius hæresis suspicione notatos. Et tales prohibiti nec posfunt admitti ad emendum reditus civitatum, & villarum, vel castrorum, vel pedagiorum. D Et si forte talis ignoranter institutus fuerit, expellet eum & punier, dum super hoc fuerit certificatus.

Item, promisit idem Raimundus quod omnia bona immobilia & jura ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum ad præsens restituet, & restituí faciet ad plenum a suis in tota terra quam ipse & sui tenebunt: illa videlicet quæ ecclesiæ vel personæ ecclesiasticæ tenebant ante primum adventum crucesignatorum, vel de quibus constabit eos spoliatos. De aliis autem stabit juri coram ordinariis, vel coram dicto legato, vel a sede E apostolica delegatis.

Promisit etiam quod ipse solver impositorum intrege decimas, & solvi faciet intrege a suis bona fide, & quod milites & alii laici non habeant decimas in terra quam ipse & sui, tenent & tenebunt: nec permittet eos habere, sed ad ecclesias juxta dispositionem ipsius legati vel ecclesiæ Romanæ intrege reverterentur. Pro damnis vero illatis a se vel a suis, ecclesiis vel viris ecclesiasticis super

ANNO CHRISTI 1226. rebus mobilibus, vel destructione castrorum, vel villarum, vel aliarum rerum, et- A cepris immobilibus de quibus fieri debet restitutio, ficut superius dictum eft, solvet decem milia marcharum argenti, affignando bonis perfonis idoneis, & bibliothecis, quos ipse legatus eliget, vel ecclesia Romana, qui quantitatem prædictam de bonorum virorum confilio proportionaliter & fideliter dividens, juxta quantitatem damnorum: nec poterunt ipse vel ipsi pro damnis mobilium, vel destructione eorumdem, vel villarum, ficut expreffum eft superius, ultra summam illam amplius convenire.

Item, folvet abbatiæ Cisterciensi duo millia marcharum argenti, ut emantur inde reditus, pro refectione abbatum & fratrum, in capitulo generali. Abbatiæ Clarevallis quingentas marchas, ad expendos reditus pro refectione abbatum & fratrum, qui convenient, in festo Nativitatis B. Virginis: abbatiæ Grandis-silvæ mille marchas: abbatiæ Bellæ-perticæ trecentas marchas: abbatiæ Candeli ducentas marchas, ad dictamonasterii conftruenda, tam pro damnis eisdem illatis in rebus mobilibus, quam pro falute animæ fuæ.

Item, fex millia marcharum solver, quæ retinebuntur ad muniendum, inforticandum, & cuftodiendum caftrum Narbonenfe, & alia caftra, quæ nos pro ecclesia & noftra fecuritate tenebimus, ufque ad decennium, prout inferius continetur, & ficut vifum fuerit expedire: fupradicta vero viginti millia marcharum, folvet hinc ad quatuor annos.

Item, quatuor millia marcharum deputabuntur ab ipfo Raimundo, dudum magistris theologiæ, duobus decretiftis, fex magistris liberalium artium, & duobus magistris grammaticis regentibus Tolosæ, quæ dividentur hoc modo. Singuli magiftrorum theologiæ habebunt fingulis annis quinquaginta marchas, ufque ad decennium, fcilicet annuatim utrique magiftrorum decretorum habebunt triginta marchas, ufque ad decennium, finguli magiftri artium habebunt viginti marchas, ufque ad decennium.

Item, ftatim poft abfolutionem fuam afsumet pro pœnitentia crucem de manu domini legati contra Saracenos, & ibit ultra mare infra biennium, ibidem per quinquennium integre & continuum moraturus. Illos autem qui adhæferunt ecclesiæ, nobis, patri noftro, comitibus Montisfortis, & adhærentibus eis, occafione hujufmodi quod adhæferunt ecclesiæ, nobis, patri noftro, comitibus Montisfortis, & adhærentibus eis, non gravabit, fed benigne tractabit idem Raimundus eos tanquam amicos, ac fi ei contrarii non fuiffent, exceptis hæreticis

ANNO CHRISTI 1227. cis, & credentibus ipforum. Et ecclesia & nos humiliter faciemus illud idem de illis qui ipfi Raimundo contra nos & ecclesiam adhæferunt: exceptis illis, qui ad pacem ecclesiæ & noftram non venient cum eodem Raimundo.

Nos autem attendentes humiliratem ejufdem Raimundi, & fperantes quod in devotione ecclesiæ & fidelitate noftra perfevere fidelitate: volentes fibi facere perfevere, filiam fuam quam nobis tradet, trademus in uxorem uni de fratribus noftris per difpenfationem ecclesiæ, & dimittemus eidem Raimundo totum epifcopatum Tolofanum, excepta terra mareschalli, quam mareschallus tenebit a nobis. Poft mortem autem ejufdem Raimundi, Tolosa & epifcopatus Tolofanus erit fratris noftri, qui habebit filiam fuam in uxorem, & filiorum fufceptorum ex ipfis duobus. Si autem frater noster, quod abfit, moreretur fine filiis ex ipfa: Tolosa, & epifcopatus Tolofanus reverterentur ad nos, & hæredes noftros, & filia, vel alii filii, vel filiæ, vel hæredes ipfius Raimundi, nihil juris in ipfis poterunt reclamare. Et fi ipfa filia fine filiis ex fratre noftro moreretur, Tolosa fimiliter & epifcopatus Tolofanus ad nos, & hæredes noftros revertentur: ita quod omni casu contingente, ad nos & hæredes noftros Tolosa, & epifcopatus Tolofanus revertentur, & nulli penitus ibi jus aliquod reclamare, nifi filii, aut filiæ defcendentes ex fratre noftro, & filiæ ejus, ficut eft fupradictum.

Item dimittimus eidem Raimundo, Agennenfem & Caturcenfem epifcopatus: de epifcopatu Albienfi, dimittimus eidem Raimundo, quicquid eft de epifcopatu Albienfi, citra fluvium de Tarn, videlicet ex parte de Gaillac: & civitas Albienfis remanebit ex parte noftra, & quicquid eft ultra fluvium illum verfus Carcaffonam, in eodem epifcopatu Albienfi: & nos habebimus ripam, & aquam ex parte ufque ad medium flumen, & eidem Raimundus fimiliter habeat ripam & aquam ad medium flumen ex parte fua, falvis juribus & hæreditatibus aliorum, dummodo de iis qui ex parte Raimundi faciant quod debebunt, & finaliter ex noftra. Epifcopatum Caturcenfem dimittimus eidem Raimundo, excepta civitate Caturcenfi & fuburbs, & aliis quæ habuit in eodem epifcopatu ex Philippus avus noster tempore mortis fuæ. Et fi dictus Raimundus fine filiis de legitimo matrimonio procreatis decefferit, tota terra remanebit filiæ fuæ, quam habebit fraer noster in uxorem, & hæredibus fufceptis ab ea: ita quod dictus Raimundus ut verus dominus habet plenum jus & liberum dominium in fupradicta terra quæ dimittitur ei, falvis conditionibus fupradi-

ANNO CHRISTI 1228. A dis, tam de civitate Tolosæ, & epifcopatu Tolofano, quam de terra alia fuperius nominata, ut morte pias elemofynas facere poffit, fecundum ufum & confuetudines aliarum baronum regni Franciæ. Supradicta omnia dimittimus ei falvo jure ecclesiæ & ecclesiafticorum virorum, ficut fuperius eft expreffum. Unde Viridifolium cum pertinentiis fuis, & villam de Lasbordes cum pertinentiis fuis dimittimus ipfi Raimundo fecundum ordinationem bonæ memoriæ patris noftri Ludovici regis & comitis Montisfortis, epifcopo Tolofano & filio O. de Luersitra tamen quod epifcopus Tolofanus pro Viridifolio faciat Raimundo quod debebat facere comiti Montisforti, & filius ejufdem faciat quod debebat facere bonæ memoriæ regi Ludovico patri noftro. Donationes aliæ a nobis, vel a patre noftro, vel a comitibus Montisfortis factæ, non teneantur, nec idem Raimundus vel fui ad eas teneantur in terra, quæ ipfi Raimundo dimittitur. De omnibus fupradictis dictus Raimundus facit nobis homagium, & fidelitatem fecundum confuetudinem baronum regni Franciæ. Totam aliam C terram quæ eft citra Rhodanum in regno Francorum, & omne jus fi quid ipfi Raimundo competit vel competere poffet in ea, præcife & abfolute quitavit nobis, & hæredibus noftris in perpetuum. Terram autem quæ eft in Imperio ultra Rhodanum, & omne jus, fi quod ipfi Raimundo competit vel competere poffet in ea, præcife & abfolute quitavit dicto legato nomine ecclesiæ in perpetuum.

Item, omnes indigenæ qui fayditi fuerunt, et terra illi pro ecclesia, pro patre noftro, & Montisfortis Montisfortis, & adhærentibus eis, vel propria voluntate recefferunt ab eadem terra, nifi inveniantur hæretici ab ecclesia condemnati, integre reftituantur in ftatum priftinum quoad & hæreditates & poffeffiones, properr illa, fi qua ex causa donationis a patre noftro, vel a nobis, vel a comitibus Montisfortis habuerunt. Si vero aliqui hominum qui remanebunt in terra, quæ dimittitur Raimundo, noluerint redire ad mandatum ecclesiæ & noftrum, fpecialiter comes Fuxenfis, & alii: idem Raimundus faciet eis vivam guerram, nec pacem cum ipfis faciet vel reducet, fine affenfu ecclesiæ & nostro: & terra eorum occupabunt, remanebunt eidem Raimundo, deftructis tamen prius omnibus munitionibus & fortalitiis, muris & foffatis, nifi pro fecuritate ecclesiæ, & noftra, voluerimus ea retinere, ufque ad decennium poft acquifitionem: & tunc cum reditibus & proventibus ipforum caftrorum retinebimus ipfa.

Item idem Raimundus faciet diruimros civitatis Tolosæ omnino, & foffata im-

ANNO CHRISTI 1228.

pleri juxta mandatum, voluntatem, & ordinationem legati.

Item diruentur funditus, & replebuntur fossata triginta villarum & castrorum per ipsum Raimundum, videlicet de Fano Jovis, de Castronovo, de la Besseda, de Avinionneto, de Podio Laurentii, de sancto Paulo, de Vauro, de Rabastentiis, de Gaillaco, de Monteacuto, de Podio-celsis, de Verduno, de Castro Sarraceno, de Moyssaco, de Monte-Albano, de Monte-Acuto, de Agenno, de Condomio, de Saverduno, de Alta Ripa, de Castandolo, de Pugeolis, de Alta-villar, de Villa Perruzii, de Layrac, & de quinque aliis ad voluntatem ipsius legati: nec poterunt reædificari sine voluntate ecclesiæ, & nostra, nec alibi fient novæ fortiæ. Villas tamen non infortiaras bene poterit facere idem Raimundus, si voluerit, in terra quæ dimittitur ei: si vero aliqua villarum vel castrorum quæ debent dirui, ut dictum est, essent hominum fuorum, & nolient quod diruerentur: idem Raimundus faciet eis vivam guerram, nec pacem vel treugas fine assensu ecclesiæ & nostro cum eis faciet, donec diruantur muri & impleatur fossata omnia supradicta. Promisit & juravit nobis & dicto legato præfatus Raimundus, se firmiter & perpetuo servaturum bona fide & sine fraude & malo ingenio, & quod faciet bona fide, ab hominibus & vassallis & fidelibus suis firmiter observari. Faciet etiam illud idem jurare omnes cives Tolosanos. Et alios homines terræ quæ dimittitur ei, & addet juramento illorum, quod dabunt operam efficacem, quod ipse Raimundus servet ea. Et si idem Raimundus venit contra prædicta, vel aliquod prædictorum, ipso facto de voluntate ejus tunc absolvi, & ex nunc ipse eos absolvit a fidelitate & hommagio, & omni alia obligatione, quibus ipsi tenentur, & adhærebunt ecclesiæ, & nobis contra ipsum, nisi infra quadraginta dies, postquam fuerit monitus, hoc emendaverit vel juri steterit coram ecclesia, de iis quæ ad ecclesiam pertinent, & juri coram rege de his quæ ad regem pertinent: & tota terra ipsa quæ dimittitur ei, incidet in commissum regis, & erit idem Raimundus in eo statu in quo nunc est, quoad regem, & quoad excommunicationem, & omnia alia, quæ fuerunt statuta contra ipsum & patrem suum in concilio generali, vel postea. Addetur etiam in juramento ipsorum, quod juvabunt ecclesiam contra hæreticos, credentes, fautores, & receptatores eorum, & contra omnes alios, qui occasione hæresis vel contemptus excommunicationis, ecclesiæ contrarii existerent in terra quæ dimittitur eis, & in terris aliis supradictis; & regem juvabunt contra omnes, & eis facient vivam

A guerram, donec ad mandatu ecclesiæ revertantur, & regis. Renovabuntur autem prædicta juramenta de quinquennio ad quinquennium, ad mandatum regis.

Ut autem omnia supradicta adimpleantur, & ecclesiæ & nobis plenius, & melius observentur: tradet pro fecuritate ecclesiæ & nostra in manibus nostris castrum Narbonense, quod tenebimus usque ad decennium, muniemus & infortiabimus, si visum fuerit expedire.

B Item, trader nobis pro fecuritate ecclesiæ & nostra manibus nostris caput castri Vauri, castrum de Monte-acuto, Penam de Agenesio Rupeperusii, castrum de Cordes, castrum de Verduno, castrum de Villomuri: & usque ad decennium tenebimus ea, ita quod primis quinque annis solvet idem Raimundus nobis pro expensis custodiæ, quolibet anno mille quingentas libras Turonenses, non computatis in iis sexmillibus marcharum supradictis. In aliis quinque annis si voluerimus tenere, faciemus expensis propriis custodiri: nos tamen poterimus, si placuerit ecclesiæ & nobis, diruere quatuor castra de prædictis, videlicet castrum Vauri, caput Castri novi, de Villomuro, & Verdunum. Et propter hoc non diminuetur prædicta summa mille & quingentarum librarum Turonensium reditus & proventus castrorum, & omnia quæ jure dominii percipiuntur, erunt Raimundo: & nos ad sumptus nostros tenebimus capita ipsorum castrorum & Corduam. Et dictus Raimundus habebit ibi bailivos suos non suspectos ecclesiæ, & nobis, qui faciant justitiam hominibus, & recipiant redditus & proventus prædictos: Post decennium autem reddemus dicta capita castrorum & Cordum dicto Raimundo libere, salvis conditionibus supradictis, & si prædicta omnia quantum ad ecclesiam & nos fuerint observat. Penam autem de Albigesio trader nobis infra Kalendas Augusti proximas, cum aliis castris detinendam a nobis usque ad decennium. Si vero illam non poterit reædificare ut dictum est, infra terminum illum, quod reædificari faciet, & vivam guerram fieri tamdiu quousque eam habeat, nec pacem, nec treugam cum ipso faciet qui tenet eam vel tenebit, donec ipsam habeat: non tamen propter hoc retardetur a peregrinatione transmarina de qua superius est ordinatum. Et si usque ad annum integrum post ipsa Kalendas Augusti tradiderit nobis prædictam Penam de Albigesio, erit in conditione supradictorum castrorum, scilicet quod reddemus ei, quando reddemus alia castra: si vero post annum prædictum ipsam Penam de Albigesio non poterit affignare, ex tunc eam tradet Tenpl. plariis vel Hofpitalariis, five aliis religiosis

ANNO CHRISTI 1228.

A sis in eleemosynam perpetuo, salvis hæreditatibus eorum qui fe tenent ex parte nostra, poffidendam ad voluntatem legati vel ecclesiæ Romanæ: tali conditione, quod ipfi non alienent ipfa de manu fua, nec de ea faciant guerram dicto Raimundo, nifi de mandato ecclesiæ. Et fi non poterunt aliqui religiofi inveniri qui velint eam habere, diruatur omnino: nec poffit reædificari fine voluntate ecclesiæ & nostra, nec alibi fient novæ fortiæ. Villas tamen non infortiaras bene poterit facere idem Penam de Albigefio Templariis vel Hofpitalariis, five aliis religiofis, ut dictum eft: tanto tempore poft decennium fumptibus noftris tenebimus, fi voluerimus, illa duo caftra prænominata, quanto tempore diftulerit tradere Penam. Et fi poft decennium Pena de Albigefio non effet acquifita, tamdiu poft tempus memoratum tenebimus poft decennium illa duo caftra, quouíque ipfa effet reftituta, & effet affignata, ficut fuperius eft expreffum.

B Et nos abfolvimus, quantum ad nos pertinet, cives Tolofanos & alios homines terræ quam ipfi Raimundo dimittimus, a juramento & aliis obligationibus factis nobis, & patri noftro, & comitibus Montisfortis, vel aliis pro eis, a ponna, & incurfibus, quibus nobis, vel patri noftro, vel epifcopo Tolofano, vel aliis nobis pro eis, vel comitibus Montisfortis, fe obligaverant, fi unquam in dominium ipfius Raimundi vel patris ejus reverterentur: falvis in omnibus & per omnia conditionibus fupradictis. Ut autem prædicta omnia rata maneant, præfentem paginam figilli noftri auctoritate & regii nominis charactere inferius annotato fecimus communiri. Actum Parifiis anno Domini MCC XXVIII. menfe Aprili, regni vero noftri anno IIL aftantibus in palatio noftro, quorum nomina fuppofita funt & figna. Dapifero nullo. Signum Roberti buticularii, fignum Barholomæi camerarii, fignum Matthæi conftabularii. Datum vacante cancellaria.

C

* S. Ludo- *** vici regis Francorum.

STATUTA DOMINI ** LUDOVICI REGIS.

Pro libertate ecclesiæ.

Ex editione Catelli & Duchefn. & Mſs. Jac. Sirmondi.

LUDOVICUS DEI GRATIA Francorum rex, univerſis civibus Narbonenſibus, & aliis fidelibus ſuis per Narbonenſem diœceſim conſtitutis, ſalutem & dilectionem.

I. CUpientes in primis artis & regni noſtri primordiis, illi ſervire, a quo regnum recognoſcimus, & id quod fumus: deſideramus ad honorem ipſius, qui nobis culmen dedit honoris, quod eccleſia Dei, quæ in partibus veſtris longo tempore fuit afflicta, & tribulationibus innumeris conquaſſata, in noſtro dominio honoretur, & feliciter gubernetur. Unde de magnorum & prudentium conſilio ſtatuimus, quod eccleſiæ, & veri eccleſiaſtici in terris conſtituti, prædictis libertatibus & immunitatibus utantur, quibus utitur eccleſia Gallicana, & eis plene gaudeant fecundum conſuetudinem eccleſiæ memoratæ.

II. Et quia hæretici longo tempore virus ſuum in veſtris partibus effuderunt, eccleſiam materialem noluerunt multiplicitер maculare: ad ipſorum extirpationem ſtatuimus, quod hæretici, qui a fide catholica deviant, quocumque nomine cenſeantur, poſtquam fuerint de hæreſi per epiſcopum loci, vel per aliam eccleſiaſticam perſonam, quæ poteſtatem habeat, condemnati, indilate animadverſione debita puniantur.

III. Ordinantes etiam, & firmiter decernentes, ne quis hæreticos recipiat vel defenſare quomodolibet, aut ipſis favere aut credere quoquo modo præſumat. Et ſi aliquis contra prædicta facere præſumpſerit, nec ad teſtimonium, nec ad honorem aliquem de cetero admittatur; nec poſſit facere teſtamentum, nec ſucceſſionem aliquis hæreditatis habere. Omnia bona ipſius mobilia & immobilia, quæ ſint ipſo facto publicata, decernimus ad ipſum, vel ad poſteritatem ipſius, nullatenus reverſura.

IV. Statuimus etiam & mandamus, ut baronos terræ, & baiſivi noſtri, & alii ſubditi noſtri, præſentes & futuri, diligenti ſint & intenti terram purgare hæreticis & hæretica fœditate. Et præcipientes quod prædicti diligenter ipſos inveſtigare ſtudeant, & fideliter invenire, & cum eos invenerint, præſentent fine mora diſpendio perſonis eccleſiaſticis ſuperius memoratis; ut eis præſentibus de errore & hæreſi condemnatis, omni odio, prece, pretio, timore, gratia & amore poſtpoſitis, de ipſis feſtinate faciant quod debebunt.

V. Verum quia honorandi ſunt, & muneribus provocandi, qui ad inveniendum & capiendum hæreticos ſolicite diligentiam

ANNO CHRISTI 1228. fusum exercent: flaruinus, & volumus, & A mandamus, ut bailivi noſtri in quorum bailiviis capti fuerint hæretici, pro quolibet hæretico, poſtquam fuerit de hæreſi condemnatus, ulque ad biennium ſolvant duas marchas integre capienti, poſt biennium autem unam.

VI. Sane quia Ruptrarii ſolent devaſtare ac dem olim terram prædictam, & quietem eccleſiæ & eccleſiaſticorum virorum turbare: ſtatuimus, ut omnino Ruptrariis illis expreſſis, pax perpetuo ſervetur in terra: ad quam ſervandam dent omnes operam efficacem.

VII. Ad hæc, quia claves eccleſiæ conſueverunt in terra illa contemni: ſtatuimus, ut excommunicati vitetur, ſecundum canonicas ſanctiones: & ſi aliqui per annum contumaciter in excõmunicatione perſtiterint, ex tunc temporaliter compellantur redire ad eccleſiaſticam unitatem: ut quos a malo non retrahit timor Dei, ſaltẽ pœna cõporalis compellat.

VIII. Unde præcipimus quod bailivi noſtri omnia bona talium excommunicatorum mobilia & immobilia poſt annum capiant: nec eis aliquo modo reſtituant, donec prædicti abſoluti fuerint, & eccleſiæ ſatisfecerint: nec tunc etiam, niſi de noſtro ſpeciali mãdato.

IX. Decimæ ſane, quibus fuit eccleſia longo tempore per malitiam inhabitantium defraudara, ſtatuimus & ordinamus, quod reſtituantur eccleſiis, & amplius laici decimas non detineant, ſed eccleſiam eas libere habere permittant. ANNO CHRISTI 1228.

X. Hæc ſtatuta inviolabiliter ſervari jubemus. Mandantes quod barones, & vaſſalli, & bonæ villæ, jurent ſita ſervare. Bailivis noſtris ad hoc executoribus deputatis: qui infra menſem, poſtquam fuerint in bailiviis conſtituti, publice, & in loco publico, & die ſolenni, jurent quod hæc ſervabunt, & facient ab omnibus bona fide ſervari. Quod ſi non fecerint, ponam bonorum omnium, & corporis, poterunt formidare. Noveritis etiam quod iſta ſtatuta fic volumus obſervari: quod etiam quando frater noſter terram ipſam tenebit, jurabit hoc obſervare, & quod facient a ſuis fidelibus obſervari. Ut autem hæc ſtatuta firma & inconcuſſa permaneant, ea figilli noſtri munimine fecimus communiri. Actum Pariſius anno gratiæ MCCXXVIII. menſe Aprili. B

G. C. Hic Ludovici regis litteras dum fuit non eſt Matthonenſes tantum, ſed etiam a pariſius; ad Cadomenſes, Rotomenſes, Aginnenſes, Arelatenſes, qui ex variis exemplaribus ignotiſſe & docet Gaellus: addoqo. & ad Nemauſenſes, ut intelligo ex Sismondi noſtri manuſcripto.

CONCILIUM BITURICENSE

Menſe Novembr. ann. MCCXXVIII. celebratum, in quo Burdigalenſis archiepiſcopus ab officio metropolitani ſuſpenſus,

HUJUS concilii notitiam habemus ex patriarcha C Bituric, in octavis B. Martini hiemalis: ad quod Bituricenſi, ubi inter res geſtas Simonis de Sollaco archiepiſc. LXX. Anno, inquit, Dom. incarn. MCCXXVIII. convocavit concilium provinciale cum Burdigalenſis archiepiſcopus accedere curaſſet minime, eumdem de conſilio ſuorum ſuffragaeorum ſuſpendit ab officio metropolitani.

ANNO CHRISTI 1229. ANNO CHRISTI 1229.

CONCILIUM TOLOSANUM

Anno MCCXXIX. de inquirendis hæreticis, deque aliis eccleſiaſticæ diſciplinæ capitibus celebratum.

RE. is hoc concilio geſtas ſic deſcribit Guillelmus D de Podio Laurentii in Chronico cap. XL. Poſt pacem, inquit, Pariſius celebratam in feſto anni, in ſequenti anno Domini 1229. menſe Julii per magiſtrum Petrum de Collomedio, gerentem vices legati, fuit reconciliata civitas Tolоſana, comite nondum reverſo de Francia: qui de voluntate propria remanſit in priſione regia Pariſius, donec omnes turri Coliſeo corruiſſent, & caſtra, & villæ, prout in pace fuerat ordinatum, & eſſet tradita ſilia ejus Joanna noveni annos habens regiis auxiliis Carcaſſonæ, quam poſtea duxit Alphonſus frater regis, comes Pictavæ, in uxorem. Factus ergo miles comes a domino rege in feſto Pentecoſtes, mox impletis quæ pacta fuerant, ad propria eſt reverſus. Quem non poſt multos dies legatus ſequitur, promiſſis E ad terram, pro diruendis caſtris, cruciſignatis cum indulgentia infinitis, qui venturi erant cum armis, niſi pax interveniſſet. Idemque legatus ibidem Tolоſæ poſt aſtatem conciliũm celebravit, qui interfuerunt Narbonenſis, Burdigalenſis, Auxitanenſis, archiepiſcopi; & epiſcopi multi, & alii prælati. Item adfuerunt comes Tolоſanus & alii comites præter Fuxenſem, Astarac, & Arelatenſis Carcaſſonæ, & conſules Tolоſani duo, unus de civitate, & alius de burgo, qui ſtatuta pacis in totius univerſitatis animam juraverunt, & tam comes, quam ceteri, illud approbaverunt, & fecerunt, & idem ſcedi poſtea tota terra. Neautem videretur legatus, ſicut erat vir circumſpectus & providus, omittere aliqua de contingentibus neceſſaria inquiſitionem fieri contra ſuſpectos de hæreticis pravitate: fuitque in illo concilio Guillelmus de Solerio, qui fuerat hæreticus veſtitus, & ſponte ſua receſſerat ab hæreticis, reſtituens ad famam, ut ejus teſtimonium valeret contra illos F de quibus noverat veritatem. Quæ inquiſitio fuit ſic ordinata, ut ſinguli epiſcopi qui aderant, teneret, quos producebat Tolоſanus epiſcopus, examinarent, & eorum dicta in ſcripta redacta eidem epiſcopo redderent conſervanda, & ſic poſſent multa brevi tempore expedire. Et vocatis & auditis

ANNO CHRISTI 1229. dictis prius, qui fideles reputabantur, & catholi- A cis, mox vocandi qui ſuſpecti erant aliquibus, in teſtimonium eſt procellum. Qui hoc præſentantes, ſe inviceм, ne quicquam contra ſe dicerent, præcluſerunt. Quod facis patuit ex poſtfacto: nihil enim, vocati ad teſtimonium, fatebantur. Fuere autem quidam ubi conſilio fuiori, qui primo ante alios venerunt, & legato ſe tunc ſubmiſerunt, ſeu ſubdiderunt, & ideo miſericordiam invenerunt: cujus ſi, qui dura cervice erant, reddederunt indignos, & poſtea coacti & velut tracti venerunt, pœnitentias difficiles habuerunt. Fuere & alii, fed pauci, qui dicebant ſe velle defendere in jure, petentes ſibi tradi nomina teſtium, qui deponerunt contra eos, quod poſſent eſſe inimici, quibus credendum non fuit, ſecundum capitula. Et ſequuti B ſunt legatum uſque ad Montem-peſſulanum, ratione inſtituendo. Præſumendque legatus, quod hoc profecyerentur, ut teſtes interrogarent quos ſcirent depoſitiſſe ſpeciale odium contra eos: cauſe certum illuſtri inſtantiam, & nomina omnium teſtium in inquiſitione tota excepta inde tantum eis tradi intimanda, ſi forte ibi ſuos cognoſcerent inimicos. Qui videntes proinde ſtrenue non venire, quibus nominata teſtium tradebantur, nec ob hoc noſſe poterant, quos ſuos dicerent inimicos, quando neſcirent, quod depoſuiſſent aliqui contra ſe, ab incepto ſtrigio quieverunt, legati ſe voluntati finaliter ſupponentes.

Addenda quoque hic conciliі hujus decreta, quorum exemplar habemus Simondi noſtri manu deſcriptum: C item alterum quod ex lompleſtiſſimo fua bibliotheca deprompſerum humaniſſime mihi conceſſit illuſtriſſimus abbas Teſtierius, eruditiſſimus idem & eruditorum patronus. Eadem ante R. P. D. Lucas Dacherius edidit ſpicilegii ſui Tomo II. Ex tribus iis exemplis perfectiſſima aliquid edere liebit.

Hæc ſunt ſtatuta in concilio apud Toloſam promulgata per dominum Romanum S. Angeli diaconum cardinalem, apoſtolicæ ſedis legatum, anno Domini MCCXXIX. menſe Novembri.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut in ſingulis locis ſacerdos unus & tres laici conſtituantur, qui diligenter inquirant hæreticos.*
1. *Ut idem faciant abbates exempti.*
3. *Ut domini locorum inquirant in hæreticos.*
4. *De pœna ejus qui in terra ſua permiſerit morari hæreticum.*
5. *De eo qui non eſt convictus quod ſciverit hæreticos eſſe in terra ſua.*
6. *Ut domini, ſi non inventi fuerit hæreticos, diligenter, & fundus confiſcetur.*
7. *De bailivo qui non eſt contra hæreticos diligens.*
8. *Ut nemo puniatur tanquam credens, vel hæreticus: niſi talis per teſtimonium eccleſiaſticum judicatus.*
9. *Ut quilibet in terra ſitientes poſſit inquirere vel capere hæreticos.*
10. *Quomodo agendum cum hæreticis ſponte ad fidem reverſis.*
11. *Quomodo agendum cum hæreticis non ſponte, ſed timore converſis.*
12. *De juramento a ſingulis catholicis præſtando.*
13. *Ut ſinguli ter in anno confiteantur & communicent: aliquis ſuſpectus de hæreſi habeantur.*
14. *Ne laici habeant libros ſcripturæ, præter ſaltem rium, & Divinum officium: at eos libros ne habeant in vulgari lingua.*
15. *Quomodo agendum cum agrotis infamatis de hæreſi, vel ſuſpitione notatis.*

ANNO CHRISTI 1229.

PRÆFATIO.

LICET a diverſis apoſtolicæ ſedis legatis diverſa emanaverint inſtituta contra hæreticos, credentes, fautores, & receptatores hæreticorum, & ſuper pace conſervanda in Tolоſana diœceſi, & Narbonenſi provincia, & circumadjacentibus diœceſibus, & terris vicinis, & ſuper aliis quæ ad hoc ſtatum terræ pertinere noſcuntur: nos tamen attendentes, terras prædictas, poſt longæ ac miſerabilis turbationis diſcrimina, nunc quaſi miraculoſe, pace, & aſſenſu & voluntate majorum, gaudere: ordinandum duximus & ſtatuendum de conſilio archiepiſcoporum, epiſcoporum, & ſpectatorum virorum, & militum, quæ ad purgationem hæreticæ pravitatis, conſervationem pacis, necnon & terræ quaſi neophytæ, novimus expedire.

CAPITULA.

I. Ut in ſingulis locis ſacerdos unus & tres laici conſtituantur, qui diligenter inquirant hæreticos.

Statuimus itaque, ut archiepiſcopi & epiſcopi

ANNO CHRISTI 1229.

piſcopi in ſingulis parochiis, tam in civitatibus, quam extra, faceredotem unum, & duos vel tres bonæ opinionis laicos, vel plures, ſi opus fuerit, ſacramento conſtringant, qui diligenter, fideliter, & frequenter, inquirant hæreticos in eiſdem parochiis, domos ſingulas & cameras ſubterraneas aliqua ſuſpicione notabiles perſcrutando, & appenſa, ſeu adjuncta in ipſis cedibus ædificia, ſeu quæcumque alia latibula, quæ omnia deſtrui præcipimus, perquirendo: & ſi quos invenerint hæreticos, credentes, fautores, & receptatores, ſeu defenſores eorum, adhibita cautela ne fugere poſſint, archiepiſcopo vel epiſcopo, dominis locorum, ſeu bailivis eorundem, cum omni feſtinantia ſtudeant intimare, ut animadverſione debita puniantur.

II. Ut idem faciant abbates exempti.

Hoc idem faciant abbates exempti in locis ſuis, quæ non ſunt ordinariis jure diœceſano ſubjecta.

III. Ut domini locorum inquirant in hæreticos.

Soliciti etiam ſint domini terrarum circa inquiſitionem hæreticorum in villis, domibus, & nemoribus faciendam: & circa huſmodi appenſa, adjuncta, ſeu ſubterranea latibula, deſtruenda.

IV. De pœna ejus qui in terra ſua permiſerit morari hæreticum.

Statuimus etiam, ut quicumque in terra ſua de cetero permittet ſcienter morari hæreticum, ſive propter accuniam, ſive propter aliam quamcumque cauſam, & fuerit inde conſeſſus aut convictus: amittat in perpetuum terram ſuam, & corpus ſuum ſit in manu domini ad faciendum inde quod debebit.

V. De eo qui non eſt convictus quod ſiverit hæreticos eſſe in terra ſua.

Si autem de ſcientia convictus non fuerit, & probata fuerit negligentia diſſoluta, vel frequenter in terra ſua inveniantur hæretici, vel ſuper hoc fit diffamatus, pœnis legitimis puniatur.

VI. Ut domus in qua inventus fuerit hæreticus, diruatur, & fundus confiſcetur.

Illam autem domum, in qua fuerit inventus hæreticus, diruendam decernimus: & locus ipſe ſive fundus confiſcetur.

VII. De bailivo qui non eſt contra hæreticos diligens.

Bailivus vero qui ſemper eſt in terra reſidens, in loco contra quem præſumitur, niſi contra hæreticos valde ſolicitus inveniatur & diligens, bona ſua amittat, & de cetero, nec ibi, nec alibi conſtituatur bailivus.

VIII. Ut nemo puniatur tanquam credens, vel hæreticus, niſi talis per poteſtatem eccleſiaſticam judicatur.

Ne autem innocentes pro nocentibus puniantur, aut quibuslibet per aliquorum calumniam hæretica pravitas impingatur: ſtatuimus, ne aliquis ut credens vel hæreticus puniatur, niſi per epiſcopum loci, vel aliquam perſonam eccleſiaſticam, quæ poteſtatem habeat, fuerit credens vel hæreticus judicatus. ANNO CHRISTI 1229.

IX. Ut quilibet in terra alterius poſſit inquirere vel capere hæreticos.

Statuimus etiam, ut quilibet in terra alterius poſſit inquirere vel capere hæreticos, & bajuli locorum teneantur eis præſtare auxilium & favorem: ita quod bajulus regis, in terra comitis Tolоſani & aliorum, hoc facere poſſit: & comes Tolоſanus & alii, in terra regis.

X. Quomodo agendum cum hæreticis ſponte ad fidem reverſis.

Item ſtatuimus, ut ſi qui hæretici veſtiti, hæreſi ſponte dimiſſa fuerint ad catholicam fidem reverſi, ſuum recognoſcentes errorem, non remanentes in villa in qua fuerant antea converſati, ſi villa ſuſpecta de hæreſi habeatur: ſed collocentur in villa catholica, quæ nulla ſit hæreſis ſuſpicione notata. In deteſtatione quoque veteris erroris duas cruces portent de cetero altius præminentes, alterius coloris quam ſint veſtes eorum, unam a dextris, & alteram a ſiniſtris. Nec propter cruces excuſetur aliquis, niſi habeat literas ſui epiſcopi teſtimoniales de reconciliatione ipſius. Nec de cetero talibus officia publica committantur: nec ad actus legitimos admittantur, niſi per dominum papam, vel per legatum ab ipſius latere deſtinandum, fuerint in integrum reſtituti, injuncta ſibi pœnitentia competenti.

XI. Quomodo agendum cum hæreticis non ſponte, ſed timore vel alia cauſa converſis.

Hæretici autem qui timore mortis, vel alia quacumque cauſa, dummodo non ſponte, redierint ad catholicam unitatem: ad agendam pœnitentiam per epiſcopum loci in muro cum tali includantur caurela, quod ſuſcultarem non habeant alios corrumpendi. Quibus ab illis qui bona eorum teneantur providetur in neceſſariis ſecundum diſpoſitionem prælati: ſi vero bona non habuerint, eis providetur per prælatum.

XII. De juramento a ſingulis catholicis præſtando.

Univerſi tam mares quam fœminæ, maſculi a XIV. anno & ſupra, fœminæ a XII. abjurent omnem hæreſim extollentem ſe adverſus ſanctam & catholicam Romanam eccleſiam, & fidem orthodoxam, quibuſcumque nominibus cenſeatur: jurent etiam, quod fidem catholicam, quam Romana eccleſia tenet & prædicat, ſervabunt, & hæreticos pro viribus perſequentur, & eos bona fide manifeſtabunt. Nomina autem omnium

ANNO CHRISTI 1229.

omnium virorum ac mulierum in qualibet parochia conſcribantur, & omnes coram epiſcopo, vel coram bonis viris quibus hoc demandatum fuerit, præſtent juramentum præmiſſum. Et ſi quis abſens fuerit, & poſt reditum ejus infra XV. dies idem ſacramentum non præſtiterit, quod ex inſpectione nominum poterit apparere, ſuſpectus de hæreſi habeatur. Huiſmodi autem juramentum ſingulis bienniis renoveture.

XIII. Ut ſinguli ter in anno confiteantur & communicent: alioqui ſuſpecti de hæreſi habeantur.

Omnes autem utriuſque ſexus, poſtquam ad annos diſcretionis ad venerint, confeſſionem peccatorum faciant ter in anno proprio ſacerdoti, vel alii de voluntate ipſius, vel mandato, injunctam pœnitentiam & humiliter & pro viribus impleturi, & ter in anno, in Natali Domini, Paſcha, & Penteoſte, ſacramentum Euchariſtiæ cum omni reverentia ſuſcepturi: ita quod confeſſio communionem præcedat: niſi forte, ob aliquam cauſam rationabilem, ad tempus ab ejus participatione abſtinuerint, de conſilio proprii ſacerdotis. Soliciti ſint itaque presbyteri circa iſta, ut ex nominum inſpectione cognoſcant, ſicut ſuperius eſt expreſſum, utrum ſint aliqui qui communicare ſubterfugiant. Nam ſi quis a communione, niſi de tempore proprii ſacerdotis, abſtinuerit, ſuſpectus de hæreſi habeatur.

XIV. Ne laici habeant libros ſcripturæ, præter pſalterium, & Divinum officium: at eos libros ne habeant in vulgari lingua.

Prohibemus etiam, ne libros veteris teſtamenti aut novi, laici permittentur habere: niſi forte pſalterium, vel breviarium pro Divinis officiis, aut horas beatæ Mariæ, aliquis ex devotione habere velit. Sed ne præmiſſos libros habeant in vulgari translatos, arctiſſime inhibemus.

XV. Quomodo agendum cum ægrotis infamatis de hæreſi, vel ſuſpicione notatis.

Statuimus etiam, quod quicumque fuerint infamati de hæreſi, vel ſuſpicione notati, officio medici de cetero non utantur. Cumque aliquem infirmum de manu presbyteri ſui facram communionem contigerit recepiſſe: adhibeatur ei diligens cuſtodia uſque ad diem obitus ſui vel convaleſcentiæ, ne hæreticus aut de hæreſi ſuſpectus ad ipſum infirmum poſſit habere acceſſum: cum ex acceſſu talium, neſanda imellexerimus & enormia pluries contigiſſe.

XVI. Ut teſtamenta fiant coram proprio presbytero, vel altero eccleſiaſtico.

Cum vero aliquis voluerit condere teſtamentum, hoc faciat ſub teſtimonio ſui presbyteri, vel alterius eccleſiaſticæ perſonæ, ANNO CHRISTI 1229.

Al. dominis datorum.

ſi proprius non poſſit haberi ſacerdos: adhibitis bonæ opinionis viris, quos ad hæc voluerit accerſiri. Et teſtamenta aliter facta vigorem non habeant, nec alicujus ſint momenti.

XVII. Ne hæretici, aut de hæreſi diffamati, adminiſtratio illa committatur: nec familia aut conſilio reſineantur.

Inhibemus etiam, ne prælati, barones, milites, ſeu quicumque domini terrarum, hæreticis vel credentibus eorum bailivias ſeu adminiſtrationes ſuarum terrarum committant: ſed nec eos, aut etiam aliquos diffamatos de hæreſi, vel quos credunt de hoc eſſe ſuſpectos, in ſua familia vel ſuo conſilio habere vel retinere præſumant.

XVIII. Quinam habendi ſint diffamati.

Illos autem dicimus deberi pro diffamatis habere, contra quos publica fama clamat, vel de quorum diffamatione apud bonos & graves coram epiſcopo loci legitime conſtiterit.

XIX. De libertatibus eccleſiarum:

Omnia privilegia eccleſiarum & libertates earum, & religioſarum & donorum inviolabiliter præcipimus cuſtodiri. Univerſi etiam de bonis & proventibus ſuis, non deductis expenſis, eccleſiis integre decimas & primitias ſolvere teneantur, præſcriptione, ſeu conſuetudine aliqua non obſtante. Nec quæcumque exactiones laici exigere, vel extorquere præſumant.

XX. De clericis non tallandis nec tallientur.

Clerici quoque non talliabuntur occaſione etiam hæreditatis; etiamſi per ſucceſſionem eis obvenerit, niſi ſint mercatores, vel uxorati. Sed ſi per ſucceſſionem hereditariam, aliqua poſſeſſio feudalis, ſeu etiam cenſualis, ad eorum manus devenerit, penſiones & onera in ea coſtituta annexa ſolvere teneantur: alias a tallis, & aliis exactionibus omnino liberi & immunes.

XXI. Qui ſint immunes a pedagiis: & ne novæ exigantur.

Item præcipimus quod clerici & etiam religioſi, & quilibet peregrini & milites, cum rebus ipſorum, immunes ſint ab omni pedagio, niſi fuerint mercatores. Sed nec ab ipſis, aut quibuſcumque aliis perſonis, pedagia, quidagia, ſeu alias exactiones quaſcumque laici exigere vel extorquere præſumant: niſi ea, quæ ab antiqua regum, vel imperatorum, vel principum conceſſione probaverint eſſe conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine introducta. Quod ſi acquieſcere noluerint, per diœceſanum loci cenſura, qua convenit, deſiſtere compellantur.

XXII. Ut qui pedagia recipiunt, ſecuras vias præſtent.

Hi autem qui pedagia recipiunt, taliter in diſtrictu ſuo ſtratas ſtudeant cuſtodire, quod

ANNO CHRISTI 1229. quod damnum aliquod transfeunes non sentiant, vel violentiam aliquorum. Et si forte aliqui in districtu eorum damnum incurrerint, dummodo non sit guerra communis, & de die viatores incedant, ipsi ad damni restitutionem integre teneantur, eos ad hoc per superiorem, si necesse fuerit, compellendo.

XXIII. Ut nihil exigant laici ab hominibus ecclesiarum & ecclesiasticorum, nisi ab iis possessiones habeant.

Homines autem ecclesiarum & ecclesiasticorum virorum, laici talliare, vel in eos exactiones aliquas facere non præsumant, nisi forte ab eis aliquas possessiones habere noscantur. Et tunc etiam temperate id faciant, considerato nihilo minus possessionum, quas ab eis tenent, valore. Ecclesiæ autem, & viri ecclesiastici, eodem jure uti possunt circa homines laicorum.

XXIV. Quid agendum de eo, qui clericum ceperit.

Si quis autem quemcumque clericum, etiamsi tantum primam tonsuram habuerit, pro quocumque crimine, vel alia qualibet causa ceperit detinuerit, hoc insinuet statim C presbytero loci, ut per eum significetur episcopo. & requisitus ab episcopo, vel archidiacono, seu mandato ipsorum, captum clericum sine dilatione restituat, ut per eum secundum juris exigentiam judicetur. Quod si facere distulerit, denuncietur excommunicatus; & per superiorem dominum, ipsum reddere compellatur.

XXV. De omnes Dominicis & festis veniant ad ecclesiam: & de puna absentium.

Item statuimus, ut parochiani, dominus & domina cujuslibet domus, Dominicis & festivis diebus in quibus ab operibus est cessandum, teneantur ad ecclesiam venire, audituri ibidem ex integro prædicationem, & Divinum officium: nec inde recedant, donec Missa compleatur omnino. Quod si alter ipsorum absens fuerit extra villam, vel alia de causa rationabili prepeditus, alter talem teneatur venire. Quod si non fecerint, dummodo sint in villa præsentes, nulla infirmitate seu aliqua rationabili causa detenti, XII. denarios Turonenses solvere quilibet teneatur, quorum medietas sit dominni villæ, & alia facerdotis & ecclesiæ. E Sabbato etiam circa vesperæ, ob reverentiam B. Mariæ virginis, ecclesias suas cum devotione visitent.

XXVI. Qui dies sint festivi.

Dies autem festivos dicimus, sicut in canone continentur, Natale Domini, sancti Stephani, sancti Joannis evangelistæ, sanctorum Innocentium, sancti Sylvestri, Circumcisionis Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, & Nativitatis beatæ Mariæ virginis, Pascha A cum duobus diebus sequentibus, Rogationum tribus diebus, diem Pentecostes cum duobus diebus sequentibus; natale sancti Joannis Baptistæ, Inventionem & Exaltationem sanctæ Crucis, duodecim Apostolorum, sanctæ Mariæ Magdalenæ, sancti Laurentii, sancti Martini, sancti Nicolai, dedicationem sancti Michaelis, dedicationem cujuscumque ecclesiæ, & festivitatem cujuslibet sancti in cujus honore constituta est ecclesia: item omnem Dominicam.

XXVII. Quod festivis diebus feriandum sit: & populo unanimiandi sint die Dominico.

In his itaque diebus secundum canones, & antiquam consuetudinem, est ab omni opere feriandum, & in aliis festivitatibus pro locorum variis consuetudinibus, prout prælatus indixerit. Hujusmodi autem festivitates debent facerdotes populo suo annunciare quolibet die Dominico in Missa.

XXVIII. Ut omnes ab omno XIV. jurent servare pacem.

De pace statuimus & præcipimus, quod omnes quatuordecimo anno, & supra, jurent servare pacem. Et si quis monitus a diœcesano, vel per litteras, vel per nuncium ejus, infra XV. dies venire noluerit, ad id cogatur per censuram ecclesiasticam. Et ipse sit extra pacem, & homines sui, & ei fuerint. Nec aliquis qui sit in pace, receptare ei in aliquo respondere. Ipse autem de conquerentibus respondere cogatur. Illud autem juramentum de conservatione pacis, de triennio in triennium renovetur.

XXIX. De eo qui pacem fregerit.

Si aliquis pacem fregerit vel moverit guerram, nisi monitus infra XV. dies emendam & damna refundat, excommunicetur, & extra pacem sit, & tota terra faciat ei & toti terræ suæ guerram. Et expugnetur sive in castro, sive in civitate, sive in nemore, & homines sui similiter, nisi ipsum cum aliis impugnaverint, non obstante fidelitate, quam ei primo fecerunt circa locum etiam, in quo fe receptaverit; sint thabilitates militum & peditum, & nec noceare possit aliis, nec alii sibi prodesse, nec recipiantur ad pacem, nisi emendent, & refarciant omnes expensas & damna.

XXX. Quid de illius bonis, perfonaque ipsa, si capiatur, agendum.

Si vero capiatur, publicentur bona ipsius: & is, qui bona ejus habuerit, pro valore eorumdem bonorum damnum restituat, & de persona ipsius faciat dominus superior quod debebit. Si quis autem auxilium illi dederit, consilium, vel favorem, vel ipsum receptaverit cum præda, vel etiam sine præda: nisi monitus infra diem sibi

ANNO CHRISTI 1229. sibi præfixum emendaverit, pœna simili puniatur. Consanguinei & parentes ipsius teneantur jurare, quod ei non procurabunt auxilium vel favorem, sed ei, sicut & alii, facient vivam guerram. Quod si facere recusaverint, in manu domini sint ipsi, & bona ipsorum.

XXXI. De pacis violatore, qui redire non vult ad mandatum.

Si movens guerram, vel pacis violator, ad mandatum redire noluerit, firmantia, vel facramentum solum non recipiatur ab ipso; sed pignora, vel obsides, vel propria persona in bona custodia teneatur, donec emendaverit competenter. Si vero aliqua sint cafira vicina illi qui pacem fregerit, si illi qui pacis factum procurant, communire noluerint, contra illum si ire difficultate fradantur, & ipsi guerra fiuita in eodem statu dominis restituere teneantur, donec emendaverit competenter. Hoc idem de caftris paciatis erit observandum.

XXXII. De eo qui prædam abduxerit.

Item si is qui guerram movet, damnum intulerit, vel prædam abduxerit: villæ vel C caftra per quorum territorium tranfitum fecerit, damna reftituat, nisi pro poffe eum arreftaverint & prædam defenderint, vel clamaverint, & infequuti fuerint bona fide,

XXXIII. De eo qui de præda hujusmodi emerit.

Si vero de præda hujusmodi fcienter emerit quis, ei cujus eft, prædam fine pretio reftituat, & tantumdem domino pro emenda folvat.

XXXIV. De vaffallis vel hominibus insurgentibus contra dominos.

Si vaffalli homines rebellaverint, vel infurgere attentaverint contra dominos: pax adfuitat dominis contra eos.

XXXV. Ut familiaritas vel treuga non habeatur cum faydiris,

Item ftatuimus ut aliquis amiciriam, familiaritatem, vel treugas non habeat cum faydiris, vel aliis qui guerram moverunt: de bonis fuis expenfas faciat contra illos, & damna data reftituat, alias ad utilitatem E domini puniendus.

XXXVI. Ut latrones & raptatores nemo recipiat.

Nullus etiam latrones, raptatores, vel lacinones accipiat, fed ab omnibus abjiciantur: & fi quis eos tenuerit, damna per eos illata reftituat ad vocem fimpliciem conquerentis, & pacis reputetur infractor.

XXXVII. Ut fiat facramentum contra intimicos fidei atque pacis, quorum aliqui nominatim defignantur.

Præcipimus etiam quod quando aliquis guerram moverit, fiat contra eum facramentum de novo: quod qui procurare noluerit, fraftor pacis reputetur: modo etiam expreffe fiat facramentum contra inimicos fidei atque pacis. Videlicet Guillelmum dictum dominum de Petra perufa, Gauferandum du. qui tenet Podium Laurentium, Raimundum de Mora: & excommunicentur, & perpetuo fint exhæredati, nec abfolvi poffint a fententia, nifi per fedem apoftolicam, vel legatum de ejus latere deftinatum.

XXXVIII. Ut nulle conjurationes feu confratrie fiant.

Inhibemus etiam ut barones, caftellani, milites, cives burgenfes, feu etiam rurales, conjurationes, obligationes, confratrias, feu alias quafcumque obligationes fide vel juramento, feu qualiber alia firmantia interpofita, facere non præfumant. Quod fi fecerint, baro in centum libris currentis mo- C nere puniatur, caftellanus in fexaginta, miles in quadraginta, civis vel burgenfis in viginti, & ruralis in centum folidis. Si quæ vero conjurationes vel colligationes ufque nunc factæ funt, eas decernimus irritas & inanes: ftatuentes, ut omnes abjurare teneantur eafdem.

XXXIX. Ut nullus caftrum vel villam fuerit de his qui tenent ter ab ecclesia, vel a rege.

Item nullus caftrum vel villam fuerit de his, quæ ab ecclefia tenentur, & a rege. Quod qui fecerit, & bona ipfius omnia publicentur, & excommunicatus perpetuo D habeatur, nec a fententia poffit abfolvi, nifi per dominum Papam, vel legatum de ipfius latere deftinatum. Mitatur etiam ultra mare, ad terram propriam nullatenus reverfurus.

XL. Ut nullus, alterius bona per vim rapiat: fed per judices repetat.

Item ftatuimus quod nullus aliqua occafione alicujus bona per vim rapiat, vel pignora, nec vaffallum, nec rem vaffalli pro domino, aut fed fi aliquid fibi deberi credit, per judices repetat. Si autem contra hoc aliquis fecerit, tanquam fractor pacis habeatur; & jus quod habebat, amittat. Si verum nullum jus habuerit, res pignoratas, & earum æftimationem reftituat: & in utroque cafu, videlicet fi jus habeat vel non habeat, tantumdem domino pro emenda perfolvat.

XLI. Ne caftra de novo ædificentur, ac diruta reædificentur.

Pro pace quoque melius conferranda, ftatuimus quod caftra non ædificentur de novo

ANNO CHRISTI 1230.

novo occasione bovariæ, vel quacumque alia ratione, nec munitiones dirutæ reædificentur.

ANNO CHRISTI 1229.

XLII. *Ut mulieres quæ habent castra & munitiones, non nubant inimicis fidei & pacis.*

Mulieres quoque viduæ, & mulieres hæredes nobiles, quæ munitiones habent vel castra, inimicis fidei & pacis scienter non nubant. Quod si fecerint, castra ipsa & munitiones a terrarum dominis occupentur: ad hæredes tamen ipsarum legitime reversura.

XLIII. *Ut nullus judex à litigantibus quicquam quovis prætextu exigat.*

Nullus omnino judex occasione expensarum, seu prætextu alicujus consuetudinis, pro justitia exhibenda aliquid a litigantibus exigere vel extorquere præsumat: sed gratis omnibus justitia exhibetur, postposita gratia, odio, vel timore.

ANNO CHRISTI 1229.

XLIV. *De curia dei pauperibus advocatum.*

Si autem aliqui pauperes sint, aut pro pauperitate advocatum habere non possint, dec ipsis curia advocatum, si causa indiguerit advocato.

B XLV. *Ut hæc statuta quater in anno parochianis exponantur.*

Hæc autem statuta præcipimus per parochiales presbyteros parochianis diligenter exponi quater in anno, in Dominicis videlicet diebus, quæ jejunia quatuor temporum proxime subsequuntur.

* CONCILIUM ARAUSICANUM,

DE POENITENTIIS CONTRA SUSPECTOS

De hæresi Albigensi, a Romano S. Angeli diacono Card. S. A. L. ann. MCCXXIX. celebratum.

Guillelmus de Podio Laurentii ad ann. MCC. LXXIX. Legatus, *inquit*, Auraïsic civitate Cisalpina cum archiepiscopis, & episcopis, & prælatis, suum concilium celebravit: & literas pœnitentiarum quas contra suspectos, quos Tolosæ per inquisitionem invenerat, remisit episcopo Tolosano de castro Mornais ubi erat. Quas episcopus Tolosanus reversus, vocatis eis in ecclesia S. Jacobi publicavit: Legatus autem expectens Romam, secum totam inquisitionem asportavit: ne forte, si aliquando inventa fuisset in terra ista a hæreticis, in mortem tellium, qui contra tales deposuerant, redundaret.

Et Card. d' Aguirre Tom. 3. Concil. Hisp. pag. 494.

CONCILIUM ILERDENSE

PRÆSIDE JOANNE EPISCOPO SABINENSI

S. R. E. Cardinali, & Apostolicæ sedis Legato anno Domini MCCXXII.

ANNO 1229. 4. Kal. Aprilis, Joannes episcopus Sabinensis apostolicæ sedis Legatus, provinciale Concilium celebravit apud Ilerdam, cui cum eo interfuerunt Sparagus Archiepiscopus Tarraconensis, Berengarius Episcopus Barcinonensis, Guillelmus Gerundensis, Guillelmus Vicensis, Petrus Urgellensis, Berengarius Ilerdensis, Pontius Dertusensis, & Garcias Ofcensis, cum pluribus Abbatibus, & aliis Ecclesiarum Prælatis. In eo multa constituta sunt ad disciplinam Ecclesiasticam pertinentia; præcipue vero de vita & honestate Clericorum. Post habitum vero Concilium idem Legatus statuta quædam edidit pro recta administratione Ecclesiæ Barcinonensis. Rediens autem Romam secum duxit Raymundum de Penna-forti, eumque de meliore nota commendavit Papæ Gregorio. *Balucius lib. 4. Marca Hispan.*

ANNO CHRISTI 1229.

** CONCILIUM TURIASONENSE

IN ARAGONIA.

De dissolvendo Jacobi regis & Eleonoræ matrimonio III. Kalend. Maii anno Domini MCCXXIX.

Hoc concilium Baronii continuator Spondani, sic A
describit ex rerum Hispanicarum scriptoribus, ad annum MCCXXIX. Hoc item anno, *inquit*, Joannes monachus Cluniacensis, natione Gallus, ex diecesi Ambianensi, nobili familia Hisfgrins, ex archiepiscopo Bisuntino doctrina & virtutibus claro, creatus a Gregorio papa cardinalis episcopus Sabinensis, & sedis apostolicæ legatus in Hispaniis missus, concilio Turiasonensi in regno Aragoniæ, *sub* finem mensis Aprilis celebrato (cui interfuerunt Toletanus & Tarraconensis archiepiscopi, aliique episcopi) causa cognita conjugii Jacobi Aragoniæ regis, quod ecto ante annis tenera admodum & imperiti adhuc ætate cum Leonora matertera Ferdinandi Cathellæ regis nata multo grandiori inierat, authoritate apostolica E dissolvit, ob propinquitatem cognationis, cujus nulla facta gratia fuerat: hic id expetente rege tandem hujusmodi nuptarum, sive non nolente, sane nequaquam contradicente, nisi quod cavit de legitimitate Alfonsi pueri, quem ex Leonora, bonæ utriusque parentis fide, susceperat, & in spem successionis educabat. Sicque secundum regis voluntatem pronunciatum est, locum esse divortio, eoque non obstante Alfonsum verum esse ac legitimum patris successorem: ac Leonora ad suos remissa, oppidis dotalibus quæ in Aragonia habebat, retentis, multaque supellectile, auro, gemmis, ac velte pretiosa secum asportata. Narrant hæc pluribus Surita, Gomesius, Mariana, & alii re- C rum Aragonicarum & Hispaniarum scriptores. Cumque nihilo minus, post aliquot annos nonnulli prædictum Alfonsum in perniciem successionis adducere vellent, Gregorius pontifex sententiam legati confirmans, eundem Alfonsum authoritate apostolica legitimum esse ac regnandi capacem, semel iterumque declaravit, eo quod natus Jacobo fuisset, cum bona fide legitimum illud matrimonium ab omnibus credebatur. *Hoffemus Spondanus.*

Hoc autem habet peculiare Hieronymus Surita in Indicibus rerum Aragon. quod exhibeat & orationem qua Alfonsi filii sui causam Turiasonenses Patres, & instrumentum quo favorem contulit. Sic enim ille ad hunc annum. Cum filium, *inquit*, ex ea rex bona fide susceperisset, antequam legatus sententiam ferret, regem contegere nubis, hæc formula expressa utitur: » constituta, ne a me ejus verba invertantur, ita » præfatum competo. Vobis, domine legate, & » omnibus archiepiscopis, & aliis ecclesiasticis per- » sonis, qui hic assistunt, meonon & nobilibus & po- » pularibus innotefcat, quod nos carissimæ uxori » nostræ Alienor per ecclesiam conjunctæ fuimus: & » credidimus nos eidem legitime fuisse conjunctos: » & ex ea fuscepimus carissimum filium nostrum do- » minum Alfonsum, quem nos arbitrantes legiti- » mum, hæredem & successorem regni nostri jampri- E » dem constituimus: & a vasallis & nobilibus regni » nostri eidem fecimus jurari & affecurari regnum » nostrum. Nunc autem coram vobis constituti, & » nos tenentes quid super nostra conjunctione decerne- » re proponatis, in præsentia vestra & omnium assi- » stentium, quod de supradicto filio nostro, sicut » prædictum est, fecimus, confirmamus: & si legi- » timatione indigere aliquatenus videatur, non au- » thoritate & potestate regia legitimamus ad omnis, » ad quæ legitimari potest authoritate regia: & hæ- » redem, & successorem regni nostri constituimus & » declaramus & præcipimus quod sicut ei juratum est » regnum, tanquam verus hæres, post nos omnibus » vasallis nostris, & a toto regno in dominum rec- » piatur & segem. Petimus quoque a vobis & suppli- » camus, domine legate, & ab omnibus archiepi- » scopis qui hic præsentes sunt, ut hæc fidium no- » strum litterarum vestrarum testimonio roboretis. »

Nos igitur, *inquit* legatus, ad instantiam præ- » dicti regis, præfentibus omnes qui fecimus in testi- » monium vestratis. Hæc autem acta sunt præsente no- bus domino B. Toletano archiepiscopo, domino S. archiepiscopo Tarraconenfi, & venerabilibus patribus Burgen. Caliguritanen. Segovien. Segun. tinen. Oxomen. Herdensi, Ofcen. Tirasonen. & Barjonen. episcopis. Aqui Tirasonam III. Kal. Maii, anno Domini MCCXXIX. »

ACTA CONCILII TURIASONENSIS IN CAUSSA DIVORTII

In Cod. de Aguirre pag. 495. Tom. 3. Conc. Hisp. pag. 494.

Facti inter Jacobum Regem Aragoniæ & Eleonoram Reginam, anno Domini MCCXXIX.

Ex Didaco Dormer in libro cui titulus: *Discursos varios de Historia*, pag. 54.

JOannes Dei gratia Sabinensis Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, universis præsentes literas inspecturis salutem in Domino. Pursentes in Hispaniarum legationis officio, mandatum Domini Papæ recepimus sub hac forma: Gregorius Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri J. Episcopo Sabinensi, Apostolicæ sedis Legato, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum Celsitudo Castellanum inhibitione copulæ conjugalis in tribus ultimis gradibus revocata, eam in aliis non fuerit districte servari; nec sit deferendum hominis contra Deum; fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus ad separandum contracta conjunctionis illiciter inter Regem & Reginam Aragonum, post idem Consilium subsecutæ, super quo etiam jam dudum bonæ memoriæ H. Papa prædecessor noster literas impetravit, jura ftatuta procedas Concilii supra dicti: non obstantibus literis hujusmodi falso contrariis a fede Apostolica impetratis: verum apud eundem Regem cures efficere, ut Regina pro fustentatione sua honestam provisionem studeat assignare: cum alias grave de ipsorum separatione timeatur scandalum provenire. Datum Penufi VII. Id. Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

Nos igitur ad separationem ejusdem conjunctionis, & Reginæ provisionem, de utriusque partis assensu procedere cupientes, ipsos diligen-

ANNO CHRISTI 1250.

ter monuimus & indusimus, ut benignum præstent assensum his, quæ salus animarum suarum, & regnorum eranquillitas requirebant: & ad hæc ipsum consensum obtinuimus: sicut litterarum suarum sigillis munitarum proprius subscripta forma demonstrat.

Notum sit omnibus præsentes literas inspecturis, quod nos Jacobus Dei gratia Rex Aragonum Sarchin. & dominus Montispessulani, pro utilitate animæ propriæ, accepto salubri consilio, venerabili in Christo patri J. Dei gratia Sabin. Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, præstito juramento firmavimus quicquid ordinandum duceret super celebratione divortii inter nos & dominam A. Dei gratia Regina in Arag. Comitissam Barchin. & dominam Montispessulani, charissimum virum nostrum; & super arthis quas eidem concellimus: & super custodia vel fecuritate castrorum, videlicet de Daroca, & de Farisia, & de Uno-castello, nos ratum & firmum habere, & ordinationem suam inconcussam bona fide servare. Actum est hoc in præsentia venerabilis patris S. Tarraconensis Archiepiscopi, & Fratris P. Prioris prædicatorum Cæsar-augustæ, & Fratris R. Pœnitentiarii domini Legati, ann. Domini MCCXXVIII. XIII. Kalend. Aprilis.

Notum sit omnibus præsentes literas inspecturis, quod nos Al. Dei gratia Regina Arag. Comitissa Barchin. ac domina Montis-pessulani, pro utilitate animæ propriæ, accepto salubri consilio a venerabili in Christo Patre J. eodem, Sabin. Episcopo, Apostolicæ sedis Legato, præstito juramento firmavimus quicquid ordinandum duceret super celebratione divortii inter nos & dominum Jacobum illustrem Regem Arag. Comitem Barchin. & dominum Montis-pessulani, charissimum virum nostrum, & super arthis quas idem Rex nobis concessit; & super custodia vel fecuritate castrorum, videlicet, de Daroca, & de Ferisia, & de Uno-castello, nos ratum & firmum habere, & ordinationem suam inconcussam bona fide servare. Actum in præsentia venerabilis patris S. Tarraconen. Archiepiscopi, & Fratris Petri Prioris fratrum Prædicatorum Cæsar-augustæ, Fratris R. Pœnitentiarii domini Legati, & G. de Alma-gurre domini Papæ subdiaconi, XVII. Kalend. Aprilis, anno Domini MCCXXVIII. in Ecclesia Sancti Joannis in domo hospitalis Cæsar-augustæ.

Nos igitur die partibus assignata apud Tyrasonam, & quia arduum erat negotium, vocatis ad eundem locum venerabilibus Patribus Tolet. no & Tarraconensi Archiepiscopis, & multis Episcopis de Castella & de Aragonia, ipsorum, & aliorum prudentum habito consilio, partibus convenientibus coram nobis, de separatione ipsius conjunctionis pronunciavimus in hunc modum.

Nos Joannes Dei gratia Sabin. Episcopus, Apostolicæ sedis Legatus, inquisitiones inter J. illustrem Regem Arag. & dominam Al. illustrem Reginam, consanguinitatem adeo notoriam, quod nec erat locus infitiationi, nec poterat aliqua tergiversatione celari, habito diligenti consilio & tractatu cum venerabilibus Patribus Archiepiscopis & Episcopis præsentibus utriusque regni, necnon & aliis prudentibus viris, definitive pronunciamus inter eidem J. illustrem Regem Arag. & dominam Al. illustrem Reginam, quia consanguinei fuit in tertio gradu, matrimonium non tenere, inter eosdem divortii sententiam pronunciantes.

De provisione autem dominæ Reginæ ordinavimus in hunc modum. Universa & singula, quæ dominus Jacobus Dei gratia illustris Rex Arag. nomine arthaurum, vel nomine juris sponsalitii

A litium quæ dominæ Reginæ Alienoræ filiæ domini Alphonsi quondam illustris Regis Castellæ, concessisse legitus in charta de ipsorum conjunctione confecta, cum pleno lignoviro, & integrante omnium jurium, sicut eadem omnia ibidem legitur habitura, si prædicto Rege præmortuo ipsa remansisset superstes: necnon & Farisium, quæ gratia regalis monisscentiæ eidem Reginæ cum suis successoribus pertinentia, ita dicta dominæ prædictæ domina, non nomine arrhaurum, vel sponsalitiorum, sed nomine provisionis & gratiæ, omnibus diebus quibus in seculo vixerit, possidear & teneat pacifice & quiete: & dominus Rex eadem eidelliberet, vel exercabimus ipsi Regine gratum & acceptum. Circa custodiam castrorum de Catalania B libuit dominum nostrum Castra vero de Daroca, & de Farisia, & de Uno-castro, Regina tradat custodienda & tenenda de manu sua viris genuis & naturalibus de regno Aragonie, qui sint homagium & fidelitatem Regi, quod post mortem ipsius Regis reddent castra & villas Regi si vixerit, vel ejus hæredi, qui regnabit in Aragonia.

Et Regina possit eos mutare quandocunque & quotiescunque sibi placuerit: dummodo illi qui fubstituentur, faciant Regi homagium & fidelitatem de Castris reddendis, sicut superius continetur: & in tali mutatione ille cui castrum custodiæ, non ausera exeat a custodia castri, quam ille intraverit quo debet ei succedere: & si forte ille qui decedet de illis, quorum custodiæ commissa fuerunt castra prædicta, illi qui ex parte ipsius in castris fuerint, nemini castrum reddant, nisi illi nobili, quem Regina defuncto substituet prædicto modo: & ad hoc ipsi per juramentum & homagium ab ipso nobili affringantur. De aliis tribus castris, scilicet de Epila, de Barbastro, & de Pina, Regina unum quod elegerit, habeat in manu & in custodia, & uno tradet custodiæ alicujus nobilium & naturalium de Aragonia, secundum illam formam quæ de Daroca, & Farisia, & de Uno-castro superius est expressa.

Si autem prædicta Regina nupserit, nullum castrum in custodia sua retinet. Adiicimus quoque, quod si Rex abstulerit, vel auferri fecerit Reginæ provisionem quam ei facimus, ipse, & omnes consiliarii & coadjutores ejus, ipso facto sint excommunicati: & præcipimus domino Tarraconensi Archiepiscopo, ut loca in quibus Rex fuerit, tali supponantur sententiæ, quod præster penitentiam, viaticum, & baptisma, nullum ibi sacramentum celebretur: & illi nobiles qui tenuerint castra in custodia, ea teneantur bona fide reddere Reginæ, vel ejus mandato: nisi forte ipsa Regina manu armata regnum Aragoniæ per se vel per suos invaserit.

Præterea si Rex auferet vel subtrahat Reginæ aliquod de castris Aragoniæ per vim, vel per quodcumque ingenium, ipse, & consiliarii, & coadjutores ejus excommunicati sint ipso facto: & statim illi nobiles, qui alia castra tenuerint, ea det tenere quæ ipsa Regina per ipsa occupatam de retento tenentur dare custodienda naturalibus de Aragonia, nisi voluerit. Si vero Regina per vim, vel per aliquod ingenium, contra voluntatem Regis aliquod de prædictis castris Aragon. de manu naturalium de Aragonia abstraxerit, vel in manu sua retinuerit, vel aliis tradat, qui non sint naturales de Aragonia; ipsa, & omnes coadjutores, & consiliarii ejus excommunicati sint ipso facto, & omnis locus, ad quem pervenerit, interdicto subjaceat, simili supradicto. Et illi nobiles qui alia castra tenuerint, reddant fetvericis Regi

Arta-

ANNO CHRISTI 1250.

ANNO CHRISTI 1250.

Aragonum, ut de ipsis faciat suam voluntatem. A Ad hoc si Regina ejus quoque tempore fecerit, quod aliquid de his quæ in præsidpore a nobis sibi sunt assignata, alienetur a regno Aragonum; ipsa ex tunc sit excommunicata, & quicumque ab ea receperit sit excommunicatus.

Retinemus autem nobis declarationem & interpretationem omnium prædictorum, si super eis aliqua dubitatio emerserit in futurum. Hæc autem omnia ab utraque parte promittimus firmiter obtervari, sub pœna excommunicationis, & sub religione præstiti juramenti: ita quoque quod si Rex non servaverit, si excommunicatus & perjurus; & si domina Regina non servaverit, sit excommunicata similiter & perjura. Actum apud Tyrasonam anno Domini MCCXXIX. tertio Kalend. Maii; præsentibus venerabilibus Patribus domino Toletano & Tarracon. Archiepiscopis, Burgensi, Calagurritanensi, Segobiens, Segustinensi, Oxomensi, Bajonensi, Tirasonensi, Olcensi, & Hereden Episcopis.

Pronunciata vero provisione Reginæ, Rex in continenti petiit interpretationem & declarationem super quibus dictum est consilio præstando: quæ sententiæ cum fuissent, ortum nostra fuit intentio aliud jus, vel plenius jus, five aliud vel majus ignorium ex nostra provisione conferre Reginæ, quam ipsa haberet, & pare arthaurum vel sponsalitiorum

ANNO CHRISTI 1250.

ANNO CHRISTI 1250.

possideret, præcipue si ipsa nubaret, & si Rex faciens exercitum, maxime contra Mauros, vel alias pro defensione regni sui, homines de providentia Reginæ vellet educere cum aliis hominibus suis in exercitum. Quas dubitationes statuet duximus declarandas. Quod in his articulis, scilicet de exaltamento, & de exercitu, nostra fuis intentio... & confuetudines regni Arag. de arthis vel sponsalitiis debere observari.

Super eo quoque verbo, quod præmissum est, omnibus diebus quibus in seculo vixerit, licet declaratione non indigeat, cum satis sit clarum; quia tamen petiit Rex amplius declarari, respondemus, quod pro viribus & scientia intellectuis, vivere in conversatione & habitu sæculari. Super illo etiam verbo quod præmissum, quod Regina tradat castra in custodiam nobilium, qui sint genetosi & naturales de Aragonia, quæstivit Rex, utrum intelligeremus, quod quibuscunque generolis naturalibus de Aragonia, etiam intimicia Regis vel regni, poster Regina prædicta castra tradere. Ad quod respondemus, quod non intelleximus, nec voluimus, quod castra Aragonum daremus in custodiam aliquibus, qui sint inimici Regis vel regni, five expediti a regno. Datum apud Tutelam in crastino Apostolorum Philippi & Jacobi.

ANNO CHRISTI 1250. Ex Concil. de Aguirre Tom. 5. Concil. Hisp. p. 491.

CONCILIUM TARRACONENSE

PRÆSIDE ASPARAGO ARCHIEPISCOPO TARRACONENSI,

Celebratum anno Domini MCCXXX.

ANNO CHRISTI 1250.

ANno Domini MCCXXX. Kalendis Maii Asparagus Archiepiscopus Tarraconensis Concilium celebravit in Ecclesia sua, cujus pauca admodum statuta ad nos pervenerunt. Ei autem interfuerunt cum Archiepiscopo Guillelmus Vicensis Episcopus, Pontius Bertudensis, Garcias Oloensis, Berengarius Barcinonensis, & procuratores aliorum Episcoporum provinciæ Tarraconensis. BALUZIUS lib. 4. *Marca Hispan.*

ANNO CHRISTI 1251. Ex Bulla Concil. Rotomag. p. 1230.

CONCILIUM PROVINCIALE

CELEBRATUM ROTOMAGI ANNO GRATIÆ MCCXXXI.

SUB MAURICIO ARCHIEPISCOPO ET EJUS SUFFRAGANEIS.

De disciplina Ecclesiastica & morum reformatione.

Ex codice S. Michaelis in periculo maris ante annos quadringentos scripto.

I.

STatuimus ut Prior non conventualis ultra summam ferragiara folidi. ab aliquo fine licentia Abbatis sui, vel Episcopi, si remotus fuerit Abbas, mutuo pecuniam non accipiat: quod si forte fecerit, abjiciatur a priorata, nec denno prioratum valeat adipisci, quousque per Provinciale Concilium fuerit restitutus. Nisi forte prioratus ita abundet in reditibus quod Priori ultra dictam summam accipere mutuo fit necesse; & tunc ultra summam centum solid. accipere non præsumat. Eidem præne subjaceat Prior, qui quotumcumque summam pecuniæ mutuo receperit a Judæis. Abbas autem, qui sine licentia Episcopi sui pecuniam a Judæo receperit mutuo, suspendatur; nec nisi per Provinciale Concilium relaxetur.

II.

Statuimus etiam ut Abbates, & Priores, & obedientiarii de singulis proventibus, & redditibus, & expensis singulis annis diligenter computent in Capitulo quater in anno ad minus, & bistus tam abbatiarum quam prioratuum a claustralibus cognoscatur, & computa rediganture in scripris, ita quod Conventus penes se retineat unum scriptum, & Abbas aliud.

III.

Nullus Abbas mutuo recipiat pecuniam sine Capituli sui, vel majoris & sanioris partis Capituli licentia, nec ultra summam ab Episcopo fro taxandam secundum Monasterii sui facultates: qui contra fecerit, per Episcopum suum puniatur.

Propter scandala quæ ex Monialium conversa-

tione provenient, statuimus de Monialibus nigris, ac aliquod depositum recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, maxime sexus clericorum, vel aliorum, in eorum casu confodiæ, apud se nomine deponi permittant. Pueri, vel puellæ, qui ibi solent nutriri & instrui, penitus repellantur. Omnes communitæ comedant in Refectorio, & in Dormitorio dormiant solitariæ. Cameræ Monialium omnes destruantur, nisi aliqua per infectionem Episcopi integra retineatur ad infirmarium faciendam, vel alia de causa, quæ Episcopo esse necessaria videatur. Item Moniales nullatenus exire permittantur, vel extra pernoctare, nisi forte ex magna causa, & raro; & Abbatissis injungatur ne aliter egredi permittant Moniales. Et si aliquando Abbatissa ex justa causa alicui permittat, eidem injungatur quod fine mora revertatur, & det ei socium, non ad voluntatem suam, sed quam viderit expedire. Ofsia defuncta & superflua obstruantur. Circa hoc autem Episcopi adhibeant diligentiam & curam per se & per ministros suos, & vitas & conversationes earum taliter restringant, quod per eorum diligentiam scandala, quæ de earum vita in præsenti provenirent, sopiantur.

V.

Statuimus ut omnes Judices, tam ordinarii, quam ab Ordinario delegati, temperent se & refrenent a generalibus excommunicationibus, nec in generali participantes excommunicent, ubi communia venant in crimine delinquenti.

VI.

Statuimus ut in locis sive prioratibus ubi congregatio conventualis solet esse, si facultates ecclesiæ suppetant, illius conventus resitantur ibidem.

VII.

Monemus abbates & priores conventuales quod tot faciores in abbatiis & prioratibus suis instituant, & ad hoc facultates earum sufficientes, quot ibi solent deservire; & ne pensionem, nec certum ab eis exigant; quam non solent exigere ab antiquo, nisi forte alicui ex justa causa a hac Episcopo permittatur.

VIII.

Statuimus quod clerici tibaudi, maxime qui dicuntur de familia Goliæ, per Episcopos, Archidiaconos, Officiales, & Decanos Christianitatis tonderi præcipiantur, vel etiam radi, ita quod eis tonsura non remaneat clericalis; ita tamen quod sine scandalo & periculo ista fiant.

IX.

Statuimus ut ille ad quem unius vel plurium Judicum mandatum dirigitur, sive de citatione faciendi, sive de aliquo alio faciendo, non faciat quod mandatur, nisi in ipsius mandato mentionem expresse, & designentur nomina Judicum, locorum, dioecesis, & personarum, vel cujus auctoritate procedit authenticum, & nisi exhibeatur authenticum transferipsum sub sigillis authenticis & notis; & ne citatores a Judicibus contra præditam formam mandatum eorum exequi compellantur, alioquin ad Sedem Apostolicam appellent.

X.

Prohibemus ne aliquis clericus ab aliquo quam suo Episcopo se faciat ordinari, nisi super hoc Diocesani sui litteras habuerit speciales, vel licentiam.

XI.

Præcipimus ut concubinæ presbyterorum, quæ super hoc de cetero fuerint confessæ, vel convictæ, vel diffamatæ, vel super hoc non poterunt se purgare, publice in ecclesia die Dominico, vel alio solemni die, coram populo tondeantur, alias pœnam competentem pro peccato hujusmodi infligant.

A Recipiunt; & si quæ fuerint inventæ rebelles, per excommunicationis sententiam ad hoc, si necesse fuerit, compellantur.

Anno Christi 1250.

XII.

Nullus audeat missam bis in die celebrare, nec cum duplici introitu, nisi in magna necessitate, scilicet pro humano * corpore, in die Dominico, vel alio solemni, in die Natalis Domini, in die Paschæ; & hoc sui non est nisi unus sacerdos. Celebraturus quoque Missam secundam vinum perfusionis non sumat, sed minister habenti bonam conscientiam conferat.

XIII.

Prohibemus ne aliquis Archidiaconus, seu Decanus ruralis, sive monachus, vel quicunque alius, B cognoscat de causis matrimonialibus, nisi super hoc privilegium apostolicæ sedis habeat, vel ab antiquo sic fuerit consuetum: sed cum in eorum audientia talis quæstio devenerit, cum Episcopo loci, vel ejus Officiali, sine moræ dispendio Pisdeant nunciare, partes ad ipsarum examen competenti termino remittantes.

XIV.

Prohibemus sacerdotes sub pœna excommunicationis choreas duci in cimiterio, vel in ecclesia: moueant etiam ne alibi fiant.

XV.

Prohibemus similiter ne vigiliæ fiant in ecclesia nisi in festo illius ecclesiæ Sancti.

XVI.

C Nullus laicus de novo in cimiterio ædificare permittatur, nec domus aliqua si destructa fuerit, per annum & diem durante ruina, reædificetur ibidem; nec fenus, vel immunditiæ aliquæ in cimiterio adunentur.

XVII.

Clerici beneficiati, seu in sacris Ordinibus constituti, non sint advocati pro preio, seu in fraude pretii in curia laicali, nec loco laicorum curiam teneant, nec ballis illorum, seu aliorum illicitis præficiantur.

XVIII.

Nullus non sacerdos curam animarum habens; Ecclesiam ad firmam recipiat; nec etiam sacerdos curam animarum habens, nisi habeat perpetuum vicarium: in quo casu non recipiat nisi de Episcopi sui licentia speciali.

XIX.

Statuimus quod condonati cujuslibet domus religiosæ aliquod signum in eminenti portent, ad arbitrium Episcopi; & religioni congrua indumenta: ut per hoc distinguantur ab aliis, & sint religiosi ab Ecclesia defendantur; & ad hoc facientibus per suos prædyctos compellantur.

XX.

D Districte præcipitur ne Sacerdotes magnos collellos cum cuspide, enses, gladios, vel lanceas portent; nec clericos Sacerdotum, vel alii in sacris Ordinibus constituti, nisi justa causa timoris.

XXI.

Præcipimus ne laici testamenta sua ordinent per manum laicalem, & ipsis prohibeant frequenter sacerdotes ne testamenta sua faciant, nisi in necessitate, sine præsentia Sacerdotis, maxime cum in Normania talis consuetudo existat.

XXII.

Jurabunt Officiales, & qui demandatam ab Episcopis, vel Officialibus jurisdictionem percipiunt quod munus & donum non recipiant, nisi exenia tam modica propter quæ præsumi non debeat quod Judicum animum a tramite justitiæ deviare: nec exenia hujusmodi frequenter recipiant ab eodem.

Inhi-

XXIII.

A Inhibemus ne monachi, vel aliæ personæ ecclesiasticæ in caufis quæ tantum confuerunt tractari in foro Ecclesiæ, deponant querimoniam coram Judice seculari, nisi ab Episcopo suo super hoc licentiam habuerint speciallem.

Anno Christi 1250.

XXIV.

Statuimus ut decanatus ab Episcopis, vel Archidiaconis non vendantur, feu ad firmam tradantur, sed gratis de cetero concedantur; ita quod de emendis superinhibenti jurati fidelitor respondebunt, deductis propriis expensis, quas ipsi Decani necessario facient propter officium decanatus.

XXV.

Firmiter inhibemus quod si partes litigantes B coram Episcopis, seu Archidiaconis, vel Decanis ruralibus, transigant vel componant; nostra pars pretexui alicujus consuetudinis emendam judicum propter hoc persolvere minime teneatur.

XXVI.

Item præcipimus quod cauſæ ecclesiasticæ coram Decanis ruralibus, & coram quocunque Judice ecclesiastico secundum jura ecclesiastica tractentur, & non per modum curiæ secularis.

XXVII.

Qui cruce signati fuit, ultra annum & diem ab Ecclesia nullatenus defendantur, nisi pro speciali mandato sedis Apostolicæ vel Legati pallagium interdicatur vel in diem prorogetur, vel ex alia justa cauſa & evidenti eos oporteat remanere: hoc C idem & de cruce signandis statuimus observandum.

XXVIII.

Volumus & præcipimus quod Judices seculares qui clericos in aliquo facinore deprehensos custeri manipatos, vel a judice ecclesiastico Judice requisiti eos reddere contradicunt, extunc excommunicati a summo Judice promulgentur; nec in ipsis capiendis amplius violenter manus extendant quam defensio vel rebellio exegerit clericorum: & cum captos eos tenuerint, ecclesiastico Judici, scilicet Episcopo, vel Officiali, seu Archidiacono, vel Decano loci sine more dispendio denuncient procurent.

XXIX.

Præcipimus ut clerici qui habent perpetuos vi- D carios in ecclesiis suis, si sint doctibiles, studeant principaliter in Theologia, nisi juſta & rationabili cauſa Episcopus suus eum eis aliter duxerit dispendandum; & nisi sint in sacris Ordinibus constituti, ad sacros Ordines promoveantur. Illi autem de quibus merito præfumendum fit quod in studio profectum non debeant, ordinentur, & in suis ecclesiis deserviant in ordine Sacerdotali, & de eorum & vicariorum existerit voluntate, vel alibi in eodem ordine Domino studeant deservire.

XXX.

Statuimus quod Vicario perpetuo eodente vel decedente, Vicaria accrescat personatui, & extunc Persona illius ecclesiæ non per Vicarium, sed per ipsum illi ecclesiæ deserviat in ordine quem E ipsius ecclesiæ cura requirit.

XXXI.

Statuimus etiam quod quando ecclesia vacaverit, si talis sit ecclesia quod officiari possit per unum Sacerdotem & clericum, ille qui tempore vacationis defervit illi ecclesiæ, habeat quindecim libras Turon. ad minus per annum. Si vero talis sit quod duorum indigeat officio sacerdotum, viginti duas libras Turon. & dimidiam habeant per annum de proventibus ejusdem ecclesiæ.

XXXII.

Statuimus etiam quod illud idem in ecclesiis non vacantibus observetur, cum forte Persona ec-

Concil. General. Tom. XIII.

A rundem subditos fuerint de Episcoporum suorum licentia speciali. Hoc idem intelligimus de omnibus ecclesiis sibi Vicarius fuerit institutus.

Anno Christi 1250.

XXXIII.

Præcipimus quod Portæ ecclesiarum patrochialium qui habent reditus abundantes, domos in cauſa ecclesiastico addiscere studeant competentes; Vicarii vero perpetui, quibus ad hoc ordinatio non fuppetunt facultates, pro posse suo ad hoc laborent ut a Personis suis juxta ordinem tenendum portionem quam in eisdem percipiunt annuatim si vero terram non habeant ubi Vicarius sive Persona addiscere possit commode, Patronus ecclesiæ, qui in eadem ecclesia aliquam partem percipiet Decimarum, seu proventuum aliorum, si ad hoc fiendum terram habeat congruentem, ad addiscium conſtruendum dare quantum opus fuerit compellatur.

XXXIV.

Nullus Diaconus Eucharistiam det infirmis, vel confessionem audiat, vel baptiset, nisi cum Sacerdos absens fuerit, in quo quidem casu admonendus de expectari non possit, vel idem Presbyter gravi infirmitate, vel alio inevitabili impedimento fuerit impeditus.

XXXV.

Prohibemus districte, ne Presbyteri seu Priores forenses malefactores aliquas habeant in suis domibus residentes, nisi maturos, vel aliam quæ tamen sic acceptos, quod subjicio mala de ea non possit subsequi.

XXXVI.

Prohibemus etiam ne Sacerdotes in generali excommunicent, nisi pro furtis & depositis in eadem parrochia, & tunc trina vocatione præmissa.

1. F. Mart. dies.

XXXVII.

Omnes Monachi qui solitarie vivunt in aliquibus locis, ad claustrum a suis Abbatibus revocentur, nisi Priorata ibi sint, quæ sufficiat ad duos Monachos sustentandos: & in hoc casu Abbates duos Monachos ibidem ponere compellantur.

XXXVIII.

Statutum ab Abbatibus Nigri Ordinis, & in eorum Concilio super eis curatum & jejuniis promulgatum confirmamus, & præcipimus observari.

XXXIX.

Monachi vestes non deferant sumptuosas, sed viles, secundum quod in eorum Regula continetur: & hoc Episcopi præcipiant Abbatibus in Diœcesi sua conſtitutis ut Monachos suos ad id faciendum compellant, & ipsi in se studeant observare. Episcopi, ut Moniales vivant sine proprio curam adhibeant diligenter, & de possint excolare pratexitu aliquo paupertatis.

XL.

Statuimus, ne aliqui Monachus det aliquid Abbati suo pro Prioratu habendo, & propter hoc Abbas recipere non præsumat.

XLI.

Monachos ad institutionem aliquam Prioratum non habentem nec aliquid aliud ad firmam ab Abbate recipere, vel a quolibet alio, prohibemus.

XLII.

Nullus Abbas Nigri Ordinis Monachum recipiat Cistercienſis Ordinis, qui profeſſionem fecerit in Ordine memorato.

XLIII.

Statuimus ut antiquæ pensiones quæ a Prioratibus Monasteriis solvebantur, quatinus per Abbatem vel Monasterium a quadraginta annis, & infra, fuerint augmentatæ, vel de novo impositæ, penitus revocentur: & easdem augmentari de cetero prohibemus.

XLIV.

ANNO CHRISTI 1231. Auctoritate hujus Provincialis Concilii prohibemus ne Clerici beneficiati, seu Presbyteri, vel aliqui Religiosi, aliquam exerceant negotiationem; si quis autem contra fecerit, tanquam sacrilegus, per suos Diœcesanos districte puniatur.

XLV.

Jurabit autem unusquisque advocatus se fideliter facturum officium suum, & quod injustas causas, seu desperatas contra conscientiam suam non sustinebit, nec instrumenta partis sue subtrahet, vel subtrahi faciet; nec exceptionibus falsis, quod sciat, seu per malitiam exceptionis uetur; nec procurabit quod falsitates vel subreptiones, seu falsa instrumenta in causa sua producantur; & quod causam clientuli sui, quantum credet quod sit justa vel utilitatem ipsius ejus, prosequi, non prorogabit, & quod de eis que in curia facta fuerint, de quibus a Judicibus requisitus fuerit, veritatem secundum credulitatem sum non tacebit; & quod si de credulitate causæ fuit insufficientem, cum Procuratoribus consilium habebit; & quod libellum & acta in causis suscepris fideliter pro posse suo confiiet manu propria, vel ea, si scribere nescierit, vel nolluerit, scribi faciet.

XLVI.

Nullus Monachus, seu Canonicus Regularis pro patronatus, vel Decimarum a laico accipere seu possidionem alicujus ecclesiæ, seu advocatiæ propria ætate præsumat; nec Canonicum ibi ponat, ubi esse consueverit Presbyter sæcularis, nisi de Diœcesani sui licentia specialis.

XLVII.

Cum contingat interdum quasdam excommunicationes generales ab Abbatibus in suo Monasterio promulgari; sicut eveniet quod quidam quod Abbas excommunicavit omnes illos qui in claustro alios fuerint allocuti, vel qui sine licentia Monasterium exiverit, vel consilium fecerit; in quibus Monachi facile transgredi possunt culpam: propter quod etiam frequenter accidit quod multi Monachi in excommunicationem decidunt, necnon alliquotiens irregularitates incurrunt: Statuimus ne nullus Abbas de cetero, nisi in Diœcesi quod D suo, tales excommunicationes generales promulgare præsumat.

XLVIII.

Aliqua casu necessaria moti, infra decimum octavum annum aliquem in Monachum recipi prohibemus.

XLIX.

Præcipimus ut, juxta Statuta Generalis Concilii, Judæi omnes propter qualitatem habitus a Christianis disjungantur, & signa deferre manifesta in pectore compellantur: Christiani vero, sive Christianæ eisdem non serviant; & ad hoc per venturam ecclesiasticum compellantur.

OBSERVATIONES.

Concilii hujus canones viginti, scilicet 3. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 11. 13. 20. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 31. monachorum ordinem spectant, cæque collinenas sæpiùs, si forte præterea duo excipias, ut in omnibus omnes magistratum fautores S. Benedicti Regulam, ejusque vitam ex tenere desiderent. Regulæ cap. 1.

Can. 6. Idem habuit Conc. Prov. Turon. eodem anno 1231. apud Caltum Gonterii c. 21. quod jam in Senon. Concilio fub Gilberto Archiepiscopo circa annum 900. vetitis omnino iisdem fuerat conftitutum, cap. 13. De Rabidis vide Caugii Glossarium. Ad nostrum Concilii nofiri fi canones notari videntur, qui absque licentia sua probationem nunc nonnumquam aliquo ordinatione, clericorum tonsuram, & officium aliquibus, ac de cetero quibuscumque indulgent gratis, & alias quæ ordinem Presbyteratus spectant, ordinari faciunt.

ANNO CHRISTI 1231. *en la presence de deux clercs ou deux laiciens, après de venge ans & un an, sans ingratitude.*

Can. 1. Idem renovat antiqua Gallia Concilia, Aurelian. IV. an. 541. c. 20. Matisconi II. an. 585. c. 10. &c.

ANNO CHRISTI 1231. Can. Conc. Latii. an. 1215. c. 14. *Inhibemus ne diaconus aut sacerdos ad tempus vel in perpetuum pro pecunia vel alio quo pretio alicui conferantur, sicut statuimus in Concilio Lateranen. & Turonen. contra quosdam detestandos, propter quod in canonicis conftituendis, juxta Prælatorum arbitrium, gratis pro gratis detur.*

Sic. In ecclesiis Gallicanis olim etiam Judices ecclesiastico idem nunc fervatur procedendi modus ac in feudalibus Curiis. Id ipsum renovat Conc. an. 1246. c. 3. Regii codicis ann. 1667. tit. 1. art. 1.

Can. 2. In diœcesibus Rothomagensi & Turonensi, ut & Lugdunensi, ubi archiepiscopales Judices agendi modus: jam Ludovici XIV. edictis an. 1675. & 1684. utrique obtemperant.

Can. 3. Solitum, cum ex iis qui parochialium ecclesiarum titulos adepti fuerant plerique ad sacrum ordinem promoveri, atque ita parochiæ ipsis cedere nolenti ad regimen animarum divino ministerio conducitorum facerentur idoneæ. At, in duodecimum maximæ fecule, ex temporalitis cupiditate in perpetuos vicarios affingere, accepta alienum præterea nonnullos a potestate, quorum bonæ ex ratione in duplum ab ipsis exigebant: annotantibus quoque Episcopis, ut circa animarum curam folicitiores fierent, quam hoc, non ut alienas, fed veluti proprias ex Episcopali inftitutione fuscipiantur. Hinc ordinationes inter & curatos conditiones exorgebant, quas, affignata sua cuique iporum portione, sedare conabantur Episcopi. Tandem vero Concilii anni Aurelianensis, multis abhinc annis memorati, necessitate flatuentes ut videlicet, his qui tenebant ecclesiarum titulos, ordinandis, ut ecclesiæ sacerdos ordinandi deinceps ordinarent, aut tamen ex integro prævalerent, cum quique modo nonnulli permanentiæ perfecerant, fed paucissimi.

Can. 4. Tunc argenti libræ tres, quarum quælibet colligata falicibus in lingulis tres folidos, id est triginta denarios argenti uncias & cum dimidia cum gravi sertia pene, feu marcham unam cum groffis & & sertia pene, ligitur 15. argenti libræ pondere duabus 3. sertia pene: quibus non valet monetæ noftræ valori comparatus erit 180. libræ argenti nofiri monetæ unius valoris 30. libræ.

Can. 5. Non ideo femper vitæ cenfelus hac in re fuit. Primo etenim ecclesiæ fortgenitis initio, Baptismum a diacono vix ulli fuerunt collatum fuiffe patet ex facto Philippi Ad. I. Eunuchum Reginæ Candacis in fonte baptismatis. 2. Primis etiam fæculis, imo & ipsorum Ecclesiæ Doctorum etiam Apostolorum tempore, fuit Episcopi facti. Ioue ordinationis Baptismum confert, nec nisi de eorum consilio presbyteris licet & diaconis, adeo ut hi folum effent ministri ejus extraordinarii. 3. Ignatius ep. ad Smyrnenses: *Non licet absque Episcopo neque baptizare, neque agapen facere.* Ubi *absque Episcopo* baptizat hæc sumimus *sacerdos & diaconi presbyteri & diaconi* ministri, ut ex Tertulliano & Hieronymo. 4. Audio deinde Baldwinum nuncio, presbyterum etiam & diaconi, tanquam ministros ordinarios, fuit id munus ecclesiæ datum. Ital. scriptus Lucifer anus: *Non quidem ordinem hanc effe ecclesiæ confuetudinem, ut ab eo qui longe in minoribus ordinibus per presbyteros & diaconos baptizati fuisse, Episcopum manum impositionem excurrat.* Et paulo infra: *Quid ita videtur, aut in catechiſmis, aut in remotioribus locis per presbyteros & diaconos baptizari dormiunt.* In eo tamen casu duplex observata est. Prima, ut cum diaconis eum presbyteris, cum presbyteris eum Episcopo, nihil eo permittente, baptizare non liceret. Secunda, quod femper Episcopus præcipuam baptizandi sacrificium in eo ministerio haberet, nempe in ipfa in qua fiebat civitate, presbyteris & diaconis in minoribus urbibus ac vicis baptizantibus. Confentit adhuc in diœcesi magis magisque inclinans numerus, presbyteri quibus curæ animarum evaluerunt in ordinarios Baptismi, etiam folemnis, miniftros. Sed & diaconum Baptismi, etiam folemnis, miniftros eft, falten extraordinarios, feliciter ex paucis id Epifcopi fui confenfu, fuquet ex eo quod absque fenfu in ejus ordinatione directe ut: *Diaconum oportet baptizare & prædicare.*

De Diaconorum partibus in pœnitentiæ ministerio. 1. Canon 2. Conc. I. Tolet. diaconos, fi forte ante ordinem fuum pœnitentiam egit deprehenderentur, jubet ad fuæ diaconorum effatum remitti: idque de eis intentorum ait *ut altera non immanis pœnitentia.* Hæc autem impositio manus non alia videtur poffe referri quam ad pœnitentiam reconciliationem. 2. Conc. Eliber. c. 32. *Ut non ipse presbyterorum aut diaconorum communionem vitiet, presbyter vel diaconus, nisi eis jusserit Episcopus.* Ubi communionis nomine ipfa intelligitur abfolutio, pro vulgari antiquorum loquendi ratione: itaque facilius fuadebitur, fi ritulo habeatur 27. canonis, in quo pœnitentiæ tempus constituit publicæ pœnitentiæ, ubi verba: *ecclesiæ* folus præfatur. 3. Planum eft tunc fuiffe Gallicanum, Anglicæ, Germanicæ & Italicæ ufum, ut ubi presbyter non erat aut aderant, diaconus illum ordinem pœnitentiæ communicaret. Nam Alexander de *diversis officiis in corpore jejunii*, Basilii Egyptii abbatis præceptum canonicum ait, ut ubi presbyter non vulnus ut, cum clavis pœnitentiæ fuis Epifcopo & presbytero committat fines, nihilominus tamen tunc temporis diaconi *pœnitentiam agere & confessiones audire* possint, aut, ut loquitur Stephanus Eduenfis ep. 8. de ordinationibus: *debita pœnitentiæ manifestationes fuscipiat*: aut, ut ex loquitur Conc. Ebroic. an. 1192. *pœnitentiam confessi imponat.* 4. Pro Africa, S. Cyprianus ep. 13. ad presbyteros & diaconos fuos, occasione lapsorum qui reconciliationem effagitabant, fic ftatuit: *Decernendum puto & nos, ut qui libellos ante accepto pacem dederunt, & qui sacrificia eorum apud Deum abfolvere non poffunt, & quibus adhuc & infirmantibus pœnitentia suscepti fuerint, nec exposita professio nobis, aut quæ prosecutum nomen fuum fit, & quæ sit voluntas eorum exquiri, apud diaconum quæ commodissime fieri possit, ut si quis ex his infirmitate urgente exire de seculo cœperit, & antequam loqui possit, aut manum suam ponere possit, ad confessionem & spem pacis per quam fieri manus impositio illis ad non fallit desiderium.*

Permitta quoque fuit olim Diaconis Ecclesiarum administratio. Ita Ambrosius ep. 82. *Ante diem Dominicum Diaconi ampus ministri, distribuunt mihi ipse presbyteri, ut populo offerrem.* Ita quoque ep. 33. *Sacerdotes sunt, & diaconi, & ad officium perfruunt.* Non tamen diu viguit illa confuetudo, ut Christi corpus diaconi ministrarent, nisi forte in loco, ubi nemo aliquis sacerdotis, præsto deesset. Conc. Carthag. IV. c. 38. *Ut diaconus presbyteri præsentia, qui sacrificium offerat, corpus & sanguinem Christi non consecret, statuit.* At Calicis dispensationem diaconis prohibitorum non legimus.

15. *Id quod ante Concilium Lateranense* 4. *ecumenicum* vetant Concilium canones.

16. *Presbyteri ordinentur præmisso.* Ibi folemne ingrediendi modo qui ufque dictum Monstorium.

ANNO CHRISTI 1231. 16. Conc. ad tertium canonem Concilii Rotom. an. 1128. notatum & 20. Conc. an. 850. 26. & 27.

ANNO CHRISTI 1231. 18. Bonum aut fuit femper lex de sacellaria ad monafteria profellionem, ut nec ad ea ullus alius ingrederetur, qualibet conditione, maturior ætate, feilicet nonnum 25. v. Conc. Turon. II. an. 813. can. 28. Capitularem Ludovici Pii Imperatoris an. 818. Concilium Cabilonense an. 813. aut illi fimilem tenuere. Thiem ordinem Concretus Auxerianus & Carolo Ch. Calvo an. 858. can. 19. fic ftatuit: *Sacerdotes aut presbyteri aut diaconi, tantum & parum de pretiosis & luxuriosis vestibus quibus ipse presbyter de subjectum ex Religiosis, quibus in agunt, fi juvenes fint & miles XXV. ann.; & fi fenes XX. ann.* Annorum paucis poft annis in Bellovaci Concretus fub Hincmaro III. an. 878. probatis fuit annorum fenarium tempus, quam religiofæ profeffioni præfinivitat Tridentina Synodus Sefs. 25. de Regularibus cap. 15. Nec tamen vetus defuit de annorum 16. aut 18. ad religionem profeffionem fufficientis tetate conditio; prorefertimum cum starem in virginibus aut viduitate nec exigit Basilius nec Benedictus nec Innocentius ad Amphilochium epiftola can. 38. & Conc. Gp. in Trullo an. 691. can. 40. quæ ex Gregorio Basilii Vitigines nullæ nete XVIII. annum videntur.

20. Conc. Lateran. IV. c. 68. *In monaftiis provinciis a Christianis locis fas Sarracenum habitantibus. Ne si qui ex his ad christianismum confugit, ne nulla differentia discernatur. Unde omnibus interdicimus, quod per eorum Christiani Judæorum fas Sarracenorum, & Judæi seu Sarraceni Christianorum mulieribus commisceantur. Vel ignorare non debeant commissionis excessus, per voluminosa errorum insuper modis, excessionis ministros pulsare habere diligentiam: Decimum ne talis vitiosique fraus, & in Christianorum provincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab ullis populis diffingentur; cum eidem per decisor hoc ipsum vitiosque sanctionem.*

CON-

ANNO CHRISTI 1231. ANNO CHRISTI 1231.

CONCILIUM APUD CASTRUM GONTERII

A Turonensi archiepiscopo & suffraganeis celebratum anno Domini MCCXXXI.

TITULI CAPITULORUM,

1. *De matrimoniis clandestinis.*
2. *Ne archipresbyteri de causis matrimonialibus cognoscant.*
3. *De modo instituendi rectores ecclesiarum, & de juramento ipsorum.*
4. *De residentia rectorum.*
5. *De capellano ecclesiæ ad firmam traditæ.*
6. *De plurimitate numerus canonicorum.*
7. *Ne quis instituatur in cathedrali ad vacaturam.*
8. *Ut confessionales cathedralium redigantur in scriptis.*
9. *De pœna participantium cum excommunicatis.*
10. *Ne fiant excommunicationes in generali.*
11. *Ne clerici tributarium se faciat personæ sæcularis.*
12. *Ne archidiaconi & inferiores prælati, extra civitatem officiales habeant.*
13. *De procurationibus.*
14. *Ne prælati à firmariis pecuniam exigant.*
15. *De pœna patroni illiteratum præsentantis.*
16. *Ne ecclesia conferatur consanguineo laici.*
17. *Ne tutela vel cura minorum vendatur.*
18. *De executione officii sacerdotis.*
19. *Ne laici actiones clericis cedant.*
20. *De clericis delinquentibus puniendis.*
21. *De Goliardis.*
22. *De cruce signatis enormia delinquentes.*
23. *De tyrannis qui per vices personas ecclesiasticorum bona deprædantur.*
24. *De filicatio & ignis monachorum.*
25. *De monachis quinderim annorum.*
26. *Ne monachi proprium habeant.*
27. *De sigillo carnium, quod ad regulares attinet.*
28. *Ne abbas sine monacho, monachus sine famulo.*
29. *Ne monachi sint solitarii.*
30. *De usuratiis.*
31. *De Judæis.*
32. *Iterum de Judæis.*
33. *Ne testimonia Judæorum contra Christianos admittantur.*
34. *De sponsalibus & matrimonialibus.*
35. *De juramento judicum.*
36. *De juramento advocatorum.*
37. *Ut parentur statutis concilii Vallis Guidonis.*

CAPITULA.

I. De matrimoniis clandestinis.

NOs intimo mentis desiderio corrigere cupientes ea, quæ correctione legitima circa personas ecclesiasticas infra Turonensem provinciam novimus indigere: convocatis nostris provincialibus, & aliis ecclesiasticis personis jurisdictionem habentibus, apud Castrum Gonterii, statuimus ut prælati cum maturitate & consilio petitorum procedant, & quod matrimonia clam contracta "nullarenus fustinenant timore vel amore; sed ad illa dirimenda, omni dilatione & recusatione exclusis, procedant.

Al. recusatione.

II. Ne archipresbyteri de causis matrimonialibus cognoscant.

Inhibemus ne archipresbyteri vel rurales decani, authoritate propria de causis matrimonii de cetero cognoscant.

III. De modo instituendi rectores ecclesiarum, & de juramento ipsorum.

Statuimus etiam, ut personæ ecclesiasticæ in ecclesiis parochialibus instituendæ, cum sequenti solemnitate instituantur. Primo vacante ecclesia infra tempus à jure statutum, instituendus à patrono clerico vel laico, archidiacono vel rurali decano præsentetur, & postea diœcesano, vel alii jus episcopale habenti: qui antequam tradat instituendæ personæ curam animarum, ab eadem juris recipiat juramentum quod nihil promisit, vel dedit, nec aliis pro eo quod sciat, pro illo beneficio obtinendo: & si sciret quod aliquid esset datum vel promissum, dimitteret. His expletis diœcesanus, vel alius jus episcopale habens, tradat eidem curam animarum, si alias idoneus habeatur: qua tradita, iterum jurabit, quod diœcesano, & aliis magistris suis obedientiam servabit, & ad mandatum suum se faciet ordinari, & jura ecclesiæ defendet, & alienata revocabit bona fide. Et si ista forma fuit omissa, institutio fiat irrita, & ecclesia pro vacante habeatur.

IV. De residentia rectorum.

Item statuimus quod diœcesani compellant omnes clericos ecclesias habentes, quibus est cura animarum annexa, quod ipsi deserviant in eis personaliter in ordine competenti: nisi cum quibus episcopi duxerint ex causa rationabili & evidenti dispensandum.

V. De capellano ecclesiæ ad firmam traditæ.

Item si alqua necessitate contingat, quod aliqua ecclesia alicui tradatur ad firmam, talis portio fructuum ecclesiæ reserverur capellano, quod ex eo valeat sustentari.

VI. Ut statuatur numerus canonicorum.

Item statuimus quod ubi non est certus numerus canonicorum, statuatur, ne fiat ecclesiarum fœctio, vel præbendarum, sed cum integritate conferantur.

VII. Ne quis instituatur in cathedrali ad vacaturam.

Nec aliquis de cetero in ecclesia cathedrali instituatur ad vacaturam præbendam: etiam instituti, ne spe sua defraudentur,

ANNO CHRISTI 1231. ANNO CHRISTI 1231.

tur, primo vacaturas obtinent. Et si contra hoc factum fuerit, id decernimus non tenere.

VIII. Ut confuetudines cathedralium redigantur in scriptis.

Insuper præcipimus ut confuetudines cathedralium ecclesiarum redigantur in scriptis, ne valeant ignorari.

IX. De pœna participantium cum excommunicatis.

Statuimus ut injungantur facerdotibus, ut si viderint aliquem communicantem cum excommunicatis in domo, vel mensa, vel commerciis, vel fabulando, ipsum moneant ut B desistat: & si desistere noluerit, monitus ab ingressu ecclesiæ arceatur: nec possit, nisi per diœcesanum, vel ejus mandarum, interdicti sententia relaxari.

X. Ne fiant excommunicationes in generali.

Item omnes tam ordinarii, quam delegati, a generalibus excommunicationibus se temperent, & refrænent: nec participantes cum excommunicatis in generali sententia excommunicationis percellant.

XI. Ne clericus se tributarium faciat personæ sæculari.

Præcipimus ne quis facerdos, vel aliqua alia ecclesiastica persona, sæcularibus personis tributarium se constituat. Et si fecerit, a diœcesano ab officio & beneficio suspendatur: nec prius relaxetur sententia, nisi foluta marcha argenti, fabricæ cathedralis ecclesiæ deputanda.

XII. Ne archidiaconi & inferiores prælati, extra civitatem officiales habeant.

Item ne archidiaconi, archipresbyteri, & alii jurisdictionem ecclesiasticam habentes, extra civitatem officiales habeant; sed D extra civitatem positis propriis officium fuum fideliter exerceant. Et si aliquis processus fuerit coram talibus officialibus habitus, quod fieri prohibemus, illum decernimus non tenere,

XIII. De procurationibus.

Inhibemus item, ut præfati, & alii jurisdictionem habentes, in pecunia numerata procurationes accipiant contra statuta concilii generalis.

XIV. Ne prælati a firmariis pecuniam exigant.

Item cum a radice cupiditatis procedat, E quod prælati ecclesiarum a firmariis ponendis in ecclesiis pecuniam exigant aut exorqueant, prohibemus ne de cetero fiat. Et si quis contra hoc venire præsumpserit, & de hoc constare poterit, duplum extortæ pecuniæ restituere matrici ecclesiæ compellatur.

XV. De pœna patroni illiteratum præsentantis.

Item accidit interdum, quod patroni ecclesiarum tam clerici, quam laici, præsentant illiteratos ad regimen animarum: quod A fieri prohibemus. Et si quis patronus contra hanc inhibitionem venire præsumpserit, jure carcat præsentandi illa vice.

XVI. Ne ecclesia conferatur consanguineo laici.

Item prohibemus ne quis instituatur in aliqua ecclesia, cui sit cura animarum annexa, nisi loci illius loquatur & intelligat idioma: & si contra præsumptum fuerit, & insturus privetur beneficio, & instituentes potestate instituendi careant illa vice.

XVII. Ne tutela vel cura minorum vendatur.

Item quia in aliquibus partibus provinciæ, abutuntur vendendo tutelas, vel curas minorum, in enorme prejudicium pupillorum, hoc fieri prohibemus, nisi per se, vel per idoneas personas tutelas vel curas gerant, & minoribus de proventibus necessaria subministrent.

XVIII. De executione officii sacerdotis.

Item præcipimus quod nullus facerdos recipiatur ad executionem ordinis sui sine C licentia episcopi sui, vel nisi alias constet de canonica ordinatione ipsius.

XIX. Ne laici clericis actiones cedant.

Item quia per excogitatam malitiam laici cedunt actiones suas clericis, ut jurisdictio sæcularis ad jurisdictionem ecclesiasticam transferatur: hoc fieri prohibemus, nisi in casibus a jure concessis. Et si contra factum fuerit, clericus ab agendo repellatur. Et sub pœna eadem prohibemus, ne actiones vendantur.

XX. De clericis delinquentibus puniendis.

Item ne facilitas veniæ delinquendi præbeat incrementum: præcipimus, quod clerici in enormi delicto deprehensi, reddantur diœcesano. Et si convicti fuerint vel confessi coram eodem de crimine, & tale fuerit delictum propter quod debeant degradari ab episcopo, degradentur. Et si postea incorrigibiles apparuerint, ab ecclesia nullatenus defendantur.

XXI. De Goliardis.

Item in concilio provinciali statuimus quod clerici ribaldi, maxime qui Goliardi nuncupantur, per episcopos & alios ecclesiæ prælatos, præcipiantur tonderi vel etiam radi: ita quod non remaneat in eis clericalis confura: ita tamen quod ista sine scandalo, & periculo fiant.

XXII. De cruce signatis enormia delicta vetat.

Statuimus etiam quod cruce signati, homicidio, vel alio enormi delicto deprehensi, vel alias coram judice ecclesiastico convicti legitime, signo crucis & aliis privilegiis, tunc

Anno Christi 1231. tunc crucesignatis competentibus, per judicem ecclesiasticum exuantur. Si autem alias inventi fuerint delinquentes, secundum quantitatem criminis a judice ecclesiastico puniantur.

XXIII. De tyrannis qui per viles personas ecclesiasticorum bona depraedantur.

Item quia nonnulli tyranni, per viles & abiectas personas quæ non sunt solvendo, ecclesiasticas personas capiunt & redimunt, & bona ipsorum & hominum suorum depraedari faciunt & comburi, fic tacite faciendo ne videantur fecisse: statuimus ut ipsis tyrannis, si de hoc suspecti fuerint, vel diffamati, eisdem a diœcesano episcopo purgatio indicatur, quam si fubire noluerint, vel si purgari non possint, pro convictis habeantur: & juramento passorum damna cum taxatione judicis credatur.

a Tunc, in Statutor. Ecclesiar. 31.

B

XXIV. De silentio & signis monachorum.

Circa religiosos authoritate provincialis concilii duximus statuendum, quod silentium observent. Et abbates providebant monachi sibi subditi sicut "signa facere. Et omnes religiosi, cujuslibet sint ordinis, vestibus & calceamentis suo ordini competentibus, quantum potest sicri, uniformibus utantur. Et si abbas vel abbatissa hoc incorrectum dimiserint, superioris arbitrio puniantur.

" Leges Barbar. per monach. per signa? Statuta Ordinis Cisterc. violatores exactius castigantur. Regestrum Gregorii IX. variis exemplaribus.

XXV. De monachis quinderim annorum.

Item monachi qui non attingunt quindecim annos, in prioratibus, nisi conventualibus, nullatenus ponantur.

XXVI. Ne monachi proprium habeant.

Item inhibemus, ne monachi, nisi sint in administratione constituti, habeant sub alio colore aliquam possessionem, vel aliquam C proprietatem, etiam de licentia abbatum: cum licentia abbatis in hoc eis non valeat suffragari. Quod si abbates contra nostram prohibitionem fecerint, per superiorem gravissime puniantur.

XXVII. De esu carnium, quod ad regulares attinet.

Item præcipimus quod monachi & alii religiosi regularem observantiam quantum ad esum carnium observent.

XXVIII. Ne abbas sine monacho, monachus sine famulo. E

Item præcipimus ne abbas sine monacho, nec monachus sine famulo audeant equitare.

XXIX. Ne monachi sint solitarii.

Item ne monachi solitarii sint in prioratibus, sed de duobus solitariis fiat prioratus: vel ad monasteria redigantur, in quibus expleant illud officium quod pro patronis in locis solitariis facere tenebantur. Et per diœcesanum, patroni ut in hoc consentiant, a propter mala quæ inde proveniunt, efficacier inducantur. Anno Christi 1231.

XXX. De usurariis.

Item, cum sit detestabile vitium usurarum: præcipimus quod sacerdotes parochiales singulis diebus Dominicis sub pœna excommunicationis inhibeant in ecclesiis suis, ne quis per se, vel interpositam personam, usuras exercere præsumat. Et si aliquis super hoc suspectus fuerit aut inventus, compellatur usuras publice abjurare: & postabjurationem, si super hoc fuerit diffamatus, purgatio eidem super hoc indicatur. Quod si in purgatione defecerit, fidelium communione privetur: donec se extorta restituerit, & ecclesiæ satisfecerit. Et si ita decesserit, ecclesiastica careat sepultura.

XXXI. De Judæis.

Item districtius inhibemus ne Judæi efficiantur ballivi, nec eis contra fideles aliqua districtio committatur. Et si contra hoc factum fuerit, delinquentes ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellantur.

XXXII. Iterum Judæis.

Coerceantur etiam Judæi, ne quid faciant, vel dicant in contemptum fidei Christianæ, & blasphemiam Salvatoris. Et si contra hoc factum fuerit, & coram judice ecclesiastico convicti fuerint, vel confessi: quousque ecclesiæ satisfecerint competenter, a fidelium communione priventur.

XXXIII. Ne testimonia Judæorum contra Christianos admittantur.

Quia novimus quod de testimoniis Judæorum contra Christianos proveniunt multa mala: prohibemus districtius, ne testimonia Judæorum contra Christianos admittantur de cetero. Et judex secularis per diœcesanum ad statutum hujusmodi observandum per censuram ecclesiasticam compellatur.

XXXIV. De sponsalibus, & matrimonialibus.

Quia vero per matrimonia clam contracta, multa pericula & incommoda semper evenire contingit: sub pœna excommunicationis firmiter inhibemus, ne qui de cetero contrahant per verba de præsenti, nisi prius banna in ecclesia more solito præmittantur. Contractus tamen, vel præsentes matrimonium proloquentes, per archas sponsalitias, vel alias solicite taliter poterunt obligari, quod compelli poterunt, si ecclesia consentit, ad matrimonium in facie ecclesiæ consummandum. Quod si contra præscriptum modum factum fuerit: tam hæredes, quam illi, quorum consilio id fuerit attentatum, præsentes emendam, quam superior duxerit inducendam.

XXXV. De juramento judicum.

Authoritate concilii provincialis duximus statuendum, quod officiales, & alii demandatam jurisdictionem habentes, in institutione sua jurent, quod turpia munera non recipiant, & quod causas bona fide audient & decident.

XXXVI. De juramento advocatorum.

Item advocati qui de consuetudine falsarium receperint: nisi jurati, de cetero nullatenus admittantur. Forma juramenti talis exiſtat. Quod non fovebunt injustas causas scienter, neque proponent dilatorias, vel peremptorias malitiosè per calumniæ, vel de veritate dicenda, sacramentum: neque instruent partem suam ad respondendum vel proponendum malitiosè, nec pofi publicatas attestationes, vel in quacunque parte litis: neque ante juramentum testes subornabunt, vel facient subornari: neq; permittent quod pars sua falsos testes producat; & si hoc scierint, curiæ revelabunt: & quod in memoriis faciendis convenient bona fide, nec recedent a curia malitiosè, donec memoriale fit confectum, & coram judice concessum: & quod partes quam citius poterunt, expedient bona fide: nec onerabunt judicem interlocutoriis, credentes ipsos succumbere in eisdem: & quod honorem servabunt curiæ, nec aliquam fallitatem in curia perpetrabunt. A B

XXXVII. Ut parentur statutis concilii Vallis Guidonis.

Præcipimus quod concilium quod apud Vallem Guidonis provida fuit deliberatione statutum, inviolabiliter observetur.

Actum apud Castrum Gonterii anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo.

Anno Christi 1231. Anno Christi 1231.

CONCILIUM LONDINENSE

Ex Spondano in Annal. ad an. 1231. n. 2.

In quo quidam in Romanos Clericos insultus perpetrantes excommunicatione feriuntur.

Anno Christi millesimo ducentesimo trigesimo primo, quinto Kalendas Augusti, Gregorio summo Pontifici, Episcopus quidem convocatis aliis decem episcopis, prædones istos anathematæ percussit. Pontifex autem literis Regem arguens, quod talia fieri sic permisisset, pœna excommunicationis in ejus personam, & interdicti in Regnum, omnino justis eorum auctoribus imputere ac ferere panire: pariterque episcopis præcepit eos tamdiu denunciare excommunicatos, quousque Romam accederent absolvendi. Quod tam Rex, quam Episcopi præstiterunt: multis a Rege carceri mancipatis, ac præcipuo auctore Romam transmisso. Quæ ut fe habuerint, narrat pluribus Patribus hoc anno, & sequenti. *Hæc Spondanus.* Ry

C

D

CONCILIA QUÆDAM

Anno Christi 1232. Anno Christi 1232.

IN CAUSA MELIONIS EPISCOPI BELLOVACENSIS,

Apud S. Quintinum, Noviomi, Lauduni, celebrata an. MCCXXXII, & MCCXXXIII.

E

Spondanus Baronium continuantibus tomo 1. ad annum MCCXXXI. Hoc, *inquit*, anno celebratum est concilium provinciæ Remensis apud S. Quintinum Veromanduæ ab Henrico de Branna archiepiscopo, in cauſa episcopi Belvacensis: cujus jura ter Ludovicus, seu ejus ministri usurpaverant, & damna non parva tam ipsi, quam incolis Belvacensibus intulerant. Pro quo patres concilii nonnullos episcopos ad regem destinarunt, rogatum, ut episcopum in integrum restitueret. *Qua profiteur Spondanus a se petita ex schedis quibusdam sibi a Sirmondo nostro communicatis. Addit literarum ex Augusta Veromanduorum:* Statutum fuisse, ut, nisi fatisfactum esset vexati præsulis petitioni, intra XL. dies, interdicti per diœcesim fuam publicandi F facultas oppresso præsuli, concilii authoritate concederetur, & eo ad episcopos refcribente de interdicto per episcopatum fuum promulgato, simili quoque cessatione res sactas per suas illi diœceses fuspendentes; priorsumen vel episcopi, vel ipse Remorum archiepiscopus, regem ad procurandam reparationem jacturarum, quas tulisset Milo de Nantolio Belluacensis præsul, altera postulatione supplicationeque adhortaretur.

G. G. Quod autem anno MCCXXXI. hoc concilium agitatum sit Spondanus, tum Remensem, tum Parisiensem videtur: cum in instrumento inquisitionis hac de re facta anno MCCXXXV. edito a Lonvetio in histor. Bellovac. testes omnes dicant Belluacenses Ecclesiæ, quæ occasionem his conciliis præbuit, accidisse anno MCCXXXI. Qui con-

ANNO CHRISTI 1235.

concilium ista possunt? Neutiquam certe, nisi dicamus, alios fuisse olim Romanum anni rationem, alios Gallicanum: in Gallia enim (ubi annorum initium deerebatur a festo Incarnationis, aut Paschæ) adhuc habebatur annus MCCXXXI, tempore hujus concilii: quod celebratum esse apertum est post paulo quam Bellovacum Ecclesiæ spectat, ut a festivitate pannus reperitur: quod prædie Purificationis B. Virginis factum esse, dictorum ex inquisitione capitum ex mensionem fert.

Aliud mirati fuisse, quod in iis inquisitione, nulla fit mentio Quinti inquisitori hujus negotii, ut qui tamen accuratæ & inquisitionis omnium negotiis fit a rebellium fed flatim a Nativitate B. Mariæ Virginis, quæ est octavum festum Nativitatis B. Mariæ Virginis, quæ constituum inter ordinationem eli, confirmationem omnium omnium in eam voluntatem, ut fortalis affectibus & audiliis, commune negotium promoveretur. *Interim Synodum Sabbato, in hunc modum Nativitatem B. Virginis, sed post confirmationem Regiæ constitutionis: ubi pinguissimum est, inter se, & fese, ut sonnium ab obligaverunt pro honore Dei & ecclesiarum liberatibus conservandis, ad hoc quod inter omnes Romanum in propatis personis, & archiepiscopo ejusdem tur expedire, vel illi quos ad hoc eligeret; vel ipsemet archiepiscopus, si episcopis expediens videretur: & qui ient, expensas facerent de communi quemdam ordinem. Sed episcopi, inquit Matthæus Paris, fuit episcopis ubinumnumvarere, quæsa se ad synodus non vocata, palamque vociferata nullius authoritatis & virium futuras fanctiones, quas de ordinatione Divinum per Ecclesiam promulgandis, ne quidem invitatis summonitis quæ capitulis, episcopi statuissent. Eaque in annotatione palma conflantis & impertiti nisi, vel attinin ad episcopum nemo. M. Simon de Arcela decano Ambianenfi tributa est. Hac occasione captata, relerpsit Ludovicus ad eadem capitula de interdicto non admittendo. Ludovicus vet spectemus capitularem ordinationem, materiam prabuerint quarto concilio Sanquinini congre- L. 3. tit. gando ad diem Dominicam ante natalem Domini 1235. ejusdem anni. Cujus concilii nullum in posterum adverfarium, vifum eft ad illud quoq; capitula cathedralium ecclefiarum evocanda. Illa autem fynodo, laudente eodem decano, revocatum interdictum eft, cui provinciam Remenfem egregia capitulis inconfultis fubdidiffent: conclufumque, nihil deinceps ab epifcopis ftatui decernique poffe, fine confenfu capitulorum eorundem: fublatumque eam ob caufam ius fubveniendi & irritas conftitiones præcedentium fynodorum, quas nullo fua fanctæ gio capitula probavifient. His indignatum hominemtemque Milonem, & acerbis orationi ob annotationes incufatum, ne Decanum & Collegium perpofitus Audomarenfis ferat orationem.*

Hac de rebellium teftis, in inquifitione & qua fuerit locutio: Item fuis præfens, *inquit*, apud S. Quintinum in concilio habito ante natale Domini, ubi epifcopus Bellovacenfis eadem Dominica tertia, hora vefpertina, quia intellexit quod interdictum poftum pro ecclefia Bellovacenfi idem archiepifcopus relaxare vellebat, appellavit ne dictum interdictum, quod pro fe & ecclefia fua fuerat poftum, nulla ifti facta fatisfactione relaxaretur. Et hæc appellatio facta fuit in concilio coram archiepifcopo, & epifcopis Silvanectenfi, Cameracenfi, Tornacenfi, Atrebatenfi, Morinenfi, & aliis s. exceptis Laudunenfi & Noviomenfi.

Ia

ANNO CHRISTI 1235.

In fequenti die Lunæ vel die Martis fuerunt congregati omnes epifcopi, & capitula: & fuerunt M. Simon de Arceja, & propofuit ex parte epifcopi Bellovacenfis, ut dicebat, in pleno concilio prædictas caufas (*quarum præ-pas erat, quod capitula vocata non eftet*) & quidam alias, inter quas fuit, quod negotium Bellovacenfe tempore mandati facti ab archiepifcopo de ponendo interdicto, relatum fuit ad curiam: & dicebat quod archiepifcopus in concilium ulterius fe accommodare non debebat.

Item fuit præfens, ubi dominus Suellionenfis ex parte domini archiepifcopi & epifcoporum qui erant de concilio, poft appellationem epifcopi relaxarunt interdictum poftum per ecclefia Bellovacenfi. Et hoc factum fuit die Lunæ B vel Martis poft octabas ante natale Domini, MCCXXXIII. Et die Dominica præcedenti appellavit idem epifcopus.

Item dicit quod appellavit Simon de Arceja pro capitulis cathedralium ecclefiarum provinciæ Remenfis, apud S. Quintinum, ubi erat concilium provinciale congregatum die Dominica proxima ante Natale Domini: ubi fuit fubfraganei archiepifcopi Remenfis, excepto archiepifcopo, epifcopo Suellionenfi, & Cameracenfi, & quod ipfe renovavit interdictum in fuas diœceles: & melius volebant revocare per fe, quam revocaretur per fuperiorem. Et epifcopus Catalaunenfis pro fe ac pro aliis dixit, quod ipfe revocaret interdictum & de archiepifcopus nomine fuo, vel authoritate concilii, in aliqua ex contra eos procederet, appellabas pro fe ac pro aliis ad dominum papam.

Poft hæc verba ex parte domini epifcopi Bellovacenfis fuit propofitum fic: Dominus archiepifcopus, vos fcitis quod authoritate concilii vos & fuffragantes veftri poteftis interdictum in veftras diœceles pro injuriis ecclefiæ Bellovacenfi irrogatis: de quibus in nullo adhuc fatisfactum eft. Et bene fcitis quod mea intereft ne revocetur ante fatisfactionem. Et quia de confenfu veftro & fuffragancorum veftrorum fuit poftum: appello, ne revocetur, ad dominum papam, me & ecclefiam meam & proceffum meum protectioni domini papæ fupponens. *Quæ appellatio non prohibuit, ne ante viduiti, quin folueretur interdictum.*

VARIA CONCILIA

Celebrata in caufa quæ vertebatur inter epifcopum Bellovacenfem & regem.

Ex membrana Belvacenfi.

PRimum concilium celebratum fuit apud Noviomum prima feptimana XL. anno Domini MCCXXXII. ad quod concilium epifcopus Bellovacenfis detulit querimoniam fuper injuriis illatis fibi a rege: & eodem concilium mifit ad E inquirendum de injuriis memoratis tres epifcopos: prout probatur in carta figillata fex epifcoporum, fignata prout continetur in inftrumento figillato magiftri Petri.

Secundum concilium celebratum fuit apud Laudunum eodem XL. poft *Lætare Jerufalem*, ad quod relata fuit inquifitio facta fuper injuriis memoratis ab epifcopis: & exinde tres epifcopi miffi fuerunt ad monendum dominum regem fuper ipfis injuriis, prout continetur in tranfcripto figillato figillo magiftri Petri XI. ſ. & XII. & in litteris figillatis figillo duorum epifcoporum fignatis F. C.

Tertium concilium celebratum fuit circa Afcenfionem Domini MCCXXXIII. & ex illo miffus fuit dominus archiepifcopus cum duobus epifcopis ad monendum dominum regem interim quod ut continetur in litteris figillatis figillo ipfius archiepifcopi, & duorum epifcoporum fignatis per D. & notandum quod more Gallicano mutatur annus in Domini Annunciatione dominica.

Quartum concilium celebratum fuit apud Silvanectum poft feftum S. Johannis inter archiepifcopum & epifcopos quod fi dominus rex infra fubfequentes vindemias non reftituiffet epifcopum & ecclefiam Belvacenfem; ex tunc provincia illorum qui effent in concilio, vel ibi interfuerant, excellerent ad regem, & monuerunt eum fuper injuriis memoratis eodem anno, prout continetur in tranfcripto figillato figillo magiftri Petri XIV. XV. ſ.

Quintum concilium celebratum fuit eodem anno apud S. Quintinum, in quo fimiter omnes & finguli præmiffarum, quod nifi dominus rex emendaret fe erga ecclefiam Belvacenfem . . . . . omnium Sanctorum in proximia Rhenenſi ponerentur interdictum: & dederunt poteſtatem auctoritate concilii archiepiſcopo diſtandi interdictum: & ſecundum formam ab ipſo dictatam, ſicut ipſe poneret in ſuis diœceſibus, & faceret obſervari, prout continetur.

Item cum totum ſpatium a concilio determinatum tranſcurriſſet, & dominus rex in nullo ſe emendaſſet erga epiſcopum & eccleſiam Belvacenſem: tandem eodem anno in craſtino S. Martini hyemalis venit dominus archiepiſcopus cum Sueſſionenſi, Catalaunenſi, Sylvanectenſi, Cameracenſi epiſcopis, apud Bellum-montem, ubi erat dominus rex, & habito tractatu de . . . . . provenire non poſſet, de conſilio dictorum epiſcoporum auctoritate ſibi conceſſa a concilio, dictavit formam interdicti, & poſuit interdictum in ſua diœceſi, & ſecundum eamdem formam mandavit aliis epiſcopis quod ponerent: qui poſuerunt, ſervaverunt, & fecerunt obſervari, excepto Novionenſi, prout continetur in prædicto tranſcripto figillato ſigillo Magiſtri P. XIX. & XX. ſ.

Sextum concilium celebratum fuit eodem anno apud S. Quintinum dominica in natali Domini, ubi ſpreta appellatione epiſcopi Belvacenſis, revocaverunt interdictum pro ipſo & eccleſia ſua latum, prout continetur in prædicto tranſcripto figillato ſigillo magiſtri P. & in litteris figillatis figillis quatuor epiſcoporum quæ incipiunt *Cum vobis ſignetis*. P. S. &

ANNO CHRISTI 1231.

ANNO CHRISTI 1231.

CONCILIUM PROVINCIALE
SANCTÆ ECCLESIÆ REMENSIS
Habitum apud S. Quintinum Veromanduæ, a reverendo Patre domino Henrico de Brenna archiepiscopo Remensi, Anno MCCXXXI.

Ex apogr. pub. P. Jacobi Sirmondi, Societatis Jesu.

Henricus Dei gratia Remensis archiepiscopus, reverique Remensis ecclesiæ suffraganei, apud S. Quintinum Veromanduæ in concilio congregati, omnibus hac visuris, in Domino salutem.

Scriptum est quod alter alterius onera portate, & quod frater fratrem adjuvans amplio in benedictione erunt. Et ergo primum concilium implemus, & finus benedictionis participes, & legem Domini impleamus, attendentes quod laicæ personæ dignitatem ecclesiarum vilipendant, & honorem debitum ipsis episcopis non impendunt; immo dum se voluunt murum opponere pro defendenda ecclesiæ libertate, plerumque a laicis diffidantur, nec affecurari valeant. Ne vilitate tantæ dignitatis ordo, fuit in dicto concilio ordinatum: Quod si episcopus diffiduciatus fuerit a quocumque, vel confilium fuum, vel familia fua, contra diffidentem talter quam debuerint. Diffidens monebitur ab episcopo de cujus fuerit diœcesi, & affecuret episcopi familiam & confilium fuum; quod si facere noluerit, excommunicabitur monitione præmissa. Quo excommunicato oftendet episcopus illi domino, fub cujus potestate & dominio erat diffidens, & ut episcopum, confilium & familiam a diffidente legitime faciat affecurari. Quod si facere noluerit, fimiliter excommunicabitur monitione præmissa, & terra ejus fupponetur interdicto; & modus ipse observabitur gradatim ufque ad principes & barones. Cum vero primo per vel bare excommunicatus fuerit pro defectu, & terra ejus fuppofita interdicto; episcopus præmiffus domino segi præmissa facies demonstrari, fupplicando eidem ut eum affecurari faciat, confilium & familiam & res fuas quascumque habet, ubi voluerit ftare juri. Si autem affecurationem modo prædicto a rege, quod abfit, obtinere non poffit, elapfis quadraginta diebus episcopus in potestate habebit pro suo periculo ceffare in episcopatu fuo a divinis: & fi petierit ab archiepiscopo suo & coepiscopis fuis finitimis provinciæ, ut cum ipfo plorent fuæ tribulationis participes, ftatim fuæ petitioni non acquiescent; imo dominus metropolitanus per fe vel episcopos fuos quorimonian fui fratris episcopi domino regi humiliter demonstrabit, fupplicando & requirendo propensius ut dictum episcopi affecurari faciat pro jus faciendo, ubi debuerit, & illatum dedecus emendari. Quod si forte non potuerit obtineri, archiepiscopus & fui episcopi petitionem a dicti Domini non potierunt non audire; immo ipfi ceffante omnes alii ceffabunt, & facient ceffari episcopatus fuos, nec refumeat organa, quoadusque ad honorem Dei & ecclefiæ affecuratio fafta fuerit cum emenda. Datum in dicto concilio, anno Domini MCCXXXI. mense Augusto.

a Strum. de in apographo ad. marg. hic mendose pubsigi.

Attestatio admonitionis facta a domino rege auctoritate concilii a domino episcopo Laudunensi, Cameracensi, & Atrebatensi, anno MCCXXXI.

Dominica in Passione.

b Carolinæ e Atr.

Gaufridus Dei gratia Laudunensis, b G. Cameracensis, c A. Atrebatensis episcopi; universis præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino. A venerabili patre Henrico Dei gratia Remensi archiepiscopo totoque concilio apud Laudunum congregato, ad dominum regem missi, ut ipsum pro domino episcopo Bellovacensi ejusque ecclesia ipsius auctoritate concilii super certis articulis moneremus; cum coram probis viris monuissemus sub hac forma: Valeat domine nos fupplicamus, requisimus, & totius concilii auctoritate monemus, quatenus cum dominum Bellovacensem diffidenavertitis in pluribus de pofftitia Bellovacenfi quas habet in fropolus & communia communiter & aperte ipfum ad juftitiam reftituetis eundem. Item cum res damnatorum, & eorum qui defciunt de veniendo ad jus coram eo fine efpofiti temporali, monemus vos auctoritate prædicta, ut damna quæ habuit in deftructione domorum & cafamentorum quæ erant in domibus, eidem reftitui facatis: item duriorquofque quos habuiftis auctoritate veftra, ferocetis & revocari faciatis. Monemus etiam eadem auctoritate, ut homines Bellovacenfes, quos capi feciftis, fibi reftituatis & ut regalia quæ tenetis & quibus eum diffidaftis, reftituatis eidem. In quarum monitionum teftimonium præfentem paginam figillis noftris feecimus communiri. Datum Pafchæ, anno Domini MCCXXXII. Dominica in Paffione.

Promiffa facta inter congregatos in Concilio provinciali ecclefiæ Remenfis apud fanctum Quintinum, pro defenfione libertatum ecclefiæ.

Henricus de Brenna Dei gratia Remenfis archiepifcopus, ceterique fuffraganei Remenfis ecclefiæ, in concilio apud fanctum Quintinum congregati, omnibus præfentes litteras infpecturis, falutem in Domino. Noveritis nos ad invicem obligaffe pro honore Dei & ecclefiarum noftrarum libertatibus conferendis, ad hoc quod nos jibimus omnes Romam in propriis perfonis, fi domino archiepifcopo videbitur expedire, vel illi quos ad hoc elegerit: vel ipfemet dominus archiepifcopus ibit, fi nobis epifcopis expedient: & ifti quos elegiffecum ibunt, nec poterunt refutare. Nos autem, vel illi epifcopi qui ibunt ad curiam Romanam, expenfas faciemus, & fumptus de communi omnium, fecundum quod a nobis fuerit ordinatum. Hæc autem omnia in verbo veritatis non fcrimiter promittimus impleturos. Actum anno Domini MCCXXXIII. fabbato poft Nativitatem beatæ Mariæ.

Alia promiffa.

Jacobus Dei gratia Suellonenfis epifcopus, ceterique Remenfis ecclefiæ fuffraganei, in concilio apud fanctum Quintinum congregati, omnibus præfentes litteras infpecturis, falutem in Domino. Noveritis quod dominus Remenfis ad preces noftras teneture mittere nuncios folemnes ad curiam Romanam pro noftrarum ecclefiarum libertatibus conferrandis. Nos autem folemnes expenfas & fumptus eorumdem nunciorum, fecundum quod ab

ANNO CHRISTI 1231.

ab ipfo bona fide fuerit ordinatum: & ut ad folvendam fummam nobis impofitam non poffit compelleri, eidem conceffimus potefiatem. Actum anno Domini MCCXXXIII. fabbato poft Nativitatem beatæ Mariæ Virginis.

Littera fanctæ Ludovici regis Capitulo Laudunenfi directa, contra epifcopos de interdicto facto fine faciendo concurrentis, anno MCCXXXIII. menfe Decembri.

Ludovicus Dei gratia Francorum rex, dilectis fuis decano & capitulo Laudunenfi, falutem & dilectionem. Quod epifcopus Belvacenfis in bacronia & fide homagii ligii teneat quod habet apud Bellovacum, & quod Par fit ea ro Francie, vos credimus non latere: nos fauciffimus ignorare circa factum illud quid contigerit. Siquidem Belfovaci ubi diabolica rabies in ftragem hominum ita horribiliter rebullit, & in dammum villæ & partium circumfabilium & horribilium & inafimabiliter ebullifcet, nifi providente Domino regale oppofuiffemus remedium. Qualiter fit proceffum, & quomodo de facto ille vifi epifcopus fit intrufus, publica novit Deus ergo ipfum non habuerimus: & qualiter in principio & poftea frequentiffime in curia noftra jus obtulerimus eidem, prout debuiffemus & per quos debuiffemus fine omni fubterfugio faciendum, vellemus vos & univerfos & fingulos feriatim per fingula ferie. Unde quamplurimum admiratur, quod fuffragnei Remenfis provincie nobis a nullo in jure deficientibus tanta contra nos malitia acquieverint quorumdam defiderii, quod in noftrum atque regni noftri prejudicium interdicti fui præcipitantes fententiam, ita contra nos & jus noftrum perpram proceffarint: & utinam quo zelo, qua affectione monuerimus eosdem aliqui in hoc facto, benevtendentes regibus atque omnes. In quo tamen vos, qui fanioris dudi eftis conflio, jura noftra ita opprimeremon auxiliis; fed regio juri fervorabiles, & eorum imperio fenitores vos geffiis: ex quo vobis & ecclefiæ noftræ regalem gratiam merito obtinuiffe debeatis. Rogamus igitur D univerfitatem veftram, per amore quo nobis & regno noftro tenemini exhortamur, ut viam iftam confervandi jura regia qua incedere cepiftis, confiftenter atque viriliter teneatis: juris noftri obfervantiam inviolatam tanta foliicitudine inftentes; quod in hoc & in aliis, dona veftra diligere, & jura veftra confervare merito debeamus. Scientes quod pro fcito ipfo parvarum auncios provides & diferetus incundanter ad curiam Romanam deftinandos, ne procedat in tantum regni noftri detrimentum ifta malitia, prout aliqui contra nos conceperunt. Actum Compendii, anno Domini MCCXXXIII. menfe Decembri.

Controverfia inter epifcopos Remenfis provincie & Capitula cathedralia in interdicto facto fine faciendo, concordata in Concilio provinciali apud S. Quintinum, anno MCCXXXIII.

E Henricus de Brenna Dei gratia Remenfis archiepifcopus, ceterique ecclefiæ fuffraganei, in concilio apud fanctum Quintum Domini qua qua cantatur *Circumdederunt me*, congregati, quorum figilla præfentibus litteris inferiùs funt appofita, univerfis præfentes litteras infpecturis, falutem in Domino. Noverint univerfi, quod cum venerabilis pater Henricus Remenfis archiepifcopus auctoritate concilii & fua fuis dediffet litteris in mandatis, quod quilibet noftrum auctoritate propria in fua diœceli generalem interdicti fententiam fimiliter promulgaret, tandem fuper interdicto dicto inter nos & Capitula cathedralia Remenfis provinciæ contentione laborta, pro bono pacis nos pars quam prædicta Capitula, inter nos convenimus, ut in eo ftatu fimus quantum ad effectum juris tam nos quam prædicta Capitula, in quo eramus antequam de ferenda prædicta fententia aliquod emanaffet mandatum: & perinde fit quantum ad juris effectum, ac fi nunquam de dicto interdicto aliquid effet dictum vel factum, & ac fi nunquam fuper eodem interdicto inter nos & Capitula jam dicta fuborta fuiffet contentio vel difcordia. Et infuper quod pro infecto habeatur quantum ad effectum juris omne quod ex eo vel ab id fecutum eft, vel fequi poffit. Ita tamen quod per hoc nihil juris nobis vel ipfis Capitulis, quantum ad poffeffionem vel proprietatem acquirantur, nec aliquod præjudicium nobis vel ipfis Capitulis, vel eorum fingulis, vel aliquibus perfonis de ipfis Capitulis, vel ad ipfa Capitula pertinentibus, quantum ad poffeffionem vel proprietatem in poffeffione vel proprietate. Actum anno Domini MCCXXXIII. Dominica in qua cantatur, *Circumdederunt me.*

Littera excufationis epifcopi Morinenfis, excufantis fe a comparatione Concilii indicti.

R Everendo patri ac domino Henrico Dei gratia Remenfi archiepifcopo, & venerabilibus patribus fuffraganeis P. miferatione divina Morinenfis epifcopus humilis falutem & obedientiam tam debitam quam devotam & parata ad beneplaciti voluntatem. Noveritis quod gravi corporis infirmitate detentus, ad diem affignatam ad actus Pafchæ fuper negotio domini Belvacenfis epifcopi accedere nequeo, nec etiam interelle. Verumtamen infirmitas ifta non de novo, fed dominica qua cantatur *Ifti funt dies*, me occupavit, & quotidie magis ac magis in ea habitur tenet. Itaque folemnitates excelfæ in cena Domini & in diebus Paſchalibus non potui celebrare. Supplico igitur humiliter & devote, quatenus impotentiam meam excufatam habere dignemini: in hac parte nihilominus exorando, ut timor divinus timori hominis præponatur, & libertas ecclefiæ ecclefiæ in dicto negotio, & etiam rigor juftitiæ adeo obfervetur; quod fi fiat beneplacitum hominum, voluntati divinæ nullatenus obtemperet. Nolo tamen quod mihi imponatur Minervam velle inftruere, vel verbum illud fit objectum, videar quafi in mare fundere aquas; fed intendo offendere, quantum habeo defiderium de ardorem animi quod habent Dei & ecclefiæ penitus obfervetur. Paratus fiquidem fum & femper ero auxilio exponere me vobifcum, in cæteres ire propter illud negotium, & in mortem potui vobis patenter tutis difcretio provida videret expedire. Quidquid autem fuper hoc duxeritis injungendum, fignificare. Datum anno MCCXXXIII. feria tertia poft diem Paſchæ.

ANNO CHRISTE 1232. ✠✠ CONVENTUS MELODUNENSIS ANNO CHRISTI 1233.

ANNI MCCXXXII.

In quo expoſtulatum cum comite Tolouſano de pace Pariſienſi anni MCCXXVIII, male obſervata.

Conuentum hunc nobis indixit Guillelmus de Podio Laurentii ad ann. MCCXXXII. Habens, *cæpit*, comes quandoque latera Aquilonis circa ſe, idem ex calido reddebatur tepidus & remiſſus, ut minus inuenirent ſeruentem in negotio pacis & fidei profequendo. Superque dicto legatio, vocatis ſecum venerabili archiepiſcopo Narbonenſi, & quibuſdam ſuis epiſcopis ſuffraganeis, ipſum vocatum a rege coram eo conuenit ſuper pluribus articulis in pace Pariſienſi expreſſis, animo vere, ſi cut decuerat atque debuerat, obſeruatis. Fuitque ordinatum finaliter, quod idem comes omnia emendaret ad cognitionem vocati Tolofani, & vniuerſi militis, quem Rex ad hæc tractanda & agenda cum eodem epiſcopo deſtinaret. Subaptato colloquio apud Melodunum habito, epiſcopus præuenientes, reformationis articulos oſtendit: miſſuſque eſt poſt eum dominus Ægidius de Flagiaco, miles prouidus & diſcretus: quin retineret, de tranſitu per Prouincias, vſtuque mandato regis primogenitum comitis, futuram conjugem filias regis. Et eum veniſſet Tolofam, expoſiti ſunt omnes articuli coram Tolofanis, ex quibus comes formauit ſtatuta ſua, & ea in præſentia legiſti ac plurium, in clauſtro S. Stephani Tolofæ in communi colloquio publicauit. Et hæc *acta* ſunt anno Domini MCCXXXIII. *Statutorum autem ſtatorum exemplum ſubjicio.*

Statuta Raimundi comitis Tolofani.

Pax Pariſienſis.

Pax publica.

ANNO CHRISTI 1233. ✠✠ STATUTA RAIMUNDI COMITIS TOLOSANI ANNO CHRISTI 1233.

Super hæreſi Albigenſi, & aliis capitibus, promulgata anno Dom. MCCXXXIII.

IN nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis. Ad B exaltationem fidei Chriſtianæ, & ad extirpandam hæreticam prauitatem, & ad conſeruationem pacis, & ad bonum ſtatum totius terræ conſeruandum, & in melius reformandum. Nos Raimundus Dei gratia comes Tolofæ, de conſilio & aſſenſu epiſcoporum, & aliorum prælatorum, comitum & baronum, militum & plurium aliarum virorum prudentum terræ noſtræ, matura deliberatione habita, & diligenti ſtudio præcedente, hæc ſtatuta ſalubria in terra noſtrorum duximus ordinanda: cum ſit de noſtro firmo propoſito, ut terram C noſtram, & ſubditorum noſtrorum, purgemus hæreticæ prauitatis, & ad hoc tam curioſe quam ſollicite intendere proponamus.

Statuimus, ut in perſequendis, inquirendis, capiendis, & puniendis hæreticis, amnes barones, milites, baiuli, & ceteri homines noſtri, curam vigilem & ſollicitudinem adhibeant diligenter, ſicut a nobis pace facta Pariſius eſt promiſſum.

Item ſtatuimus, ut ſine dilatione ſint legitima inquiſitio contra illos qui ſuſpecti de hæreticorum interfectorum, vel forte, quod abſit, intelligent in futurum: & contra omnes villas & homines terræ noſtræ de noſtro diſtricto, qui illorum in- D teffectioni conſenſerunt, vel forte conſentirent in futurum. De omnibus illis tam hominibus quam villis debita juſtitia fiat, & hoctam per nos quam per barones & bajulos noſtros volumus ſedeliter obſeruari.

Item ſtatuimus, quod ubicumque in terra noſtra ſeu diſtricto noſtro hæretici inuenti fuerint, in ciuitatibus, caſtris & villis ſuis, vel extra in terra- E neis, homines illi ſint priuati villæ, ſeu caſtri, in quo vel in quo, vel in cujus tenemento inuenti fuerint, ſalvant marchas illis, qui hæreticos ceperint, & tollant pro ſingulis hæreticis marchum unam.

Item ſtatuimus, quod ſeneſchalli vel baiſiui ſuſpecti in fide non inſtituantur: & ſi forte eos conſtitui contigerit, ſine dilatione removeantur.

Item ſtatuimus, quod omnes domus in quibus, a tempore pacis factæ Pariſius, hæreticus inventus fuerit, vivus, vel ſepultus, ſciente & conſentiente domino domus, exiſtente legitimæ ætatis, vel in ea ſis prædicerit, diruantur: & bona omnia tue ibidem inhabitantium confiscentur, niſi tum innocentia de ipſis, & juſtum ignorantia probare poſſe- rint manifeſte: in ipſis inhabitantes capiantur, pœna legitima puniendi: & omnes cabanæ ſuſpectæ a communi habitatione cohabitantium ſeparentur, & ſecundæ infoderiatæ, & claſtella in loco ſuſpecto & diffamatis deſtruantur vel obturentur. Nulliique de cetero in prædictis locis audeat tales facere manliones, aut in eiſdem habitare; in quibus ſi quis hæreſi deprehenſus poſt editum noſtrum, ordinem ipſius bona omnibilia confiscentur; domini vero caſtrorum, in quorum dominio poſt editum noſtrum tales manſiones conſtigerit inueniri, in viginti quinque libris Tolofani puniantur.

Item ſtatuimus, quod omnes hereditates eorum qui hæreticos ſe fecerunt, vel facient in futurum, confitentes, & contritos, & quod ad liberos eorum vel ad alios ſucceſſores qui ab inteſtato ei de- berent ſucceſſire, ſi fuiſſent orthodoxæ fidei, per venditionem aut alienationem, aut alio modo, ſub prædicta pœna non tranſeant perpetuo. Et ſi talibus prædicta bona reddita fuerint, vel abeiſdem alter deuenerint, ab ipſis penitus auferantur. Do- mus autem illorum quæ a tempore dictæ pacis hæreſi facti ſunt, vel certero fient, quæ ipſi eo tempore inhabitabunt, ſine omni miſericordia diruantur.

Item ſtatuimus, quod omnes qui villas vel do- mos, vel caſtella, vel nemora, inquiſitoribus hæ- reticorum prohibuerint, vel hæreticos inuentos de- fenderint, vel capto abſtulerint, vel ipſis inquiſitoribus auxilium, in expendiis hæreticis præſtare noluerint, cum inde ab ipſis ſuper hit fuerint re- quiſiti, vel clamantibus nos ſuccurrerint, vel in cuſtodiendis quos reeeperint, auxilium non mi- niſtraverint pollulatum, aut in commenda ſua rece- ptos abire permiſerint, maxime ſi fuerint de ha- reſi ſuſpecti: tales qui poteſtatem habent cuſto- diendi, per omnium bonorum ſuorum confiscatio- nem puniantur. Et nihilo minus perſonæ eo- rum aliis penis legitimis ſubjaciantur.

Item ſtatuimus, quod ſi qui de hæreſi ſuſpecti fuerint inventi, jurent paceni & fidem catholicam omnem hæreſim abjurantes. Et ſi fidem catholi- A cam jurare noluerint, & hæreſim abjurare, poena contra hæreticos edicta puniantur: ſi vero, poſt ſa- cramentum præſtitum, recepti rint, fautores, con- ſiliatores hæreticorum, vel in aliquo cum ipſis participantes inventi fuerint, poena ſimili pu- nantur.

Item ſtatuimus, quod ſi quis poſt mortem dete- ctus fuerit fuiſſe hæreticus, & coram epiſcopo lo- ci probatum fuerit legitime, bona illius omnia confiſcentur, & domus illorum, qui poſt pacem factam Pariſius hæretici facti ſunt, vel in poſte- rum fient, in quibus habitabant, vel habitabunt, diruantur.

Item ſtatuimus, quod bona eorum qui furenter hæretici veſtiti, licet receſſerint ſponte ab hæreti- B corum obſervantia, niſi de reconciliatione ſua ſa- tisfecerint ecclesiæ offendendæ, vel per alias per- ſonas catholicas & honeſtas illud offenderint, vel probaverint, confiſcentur. Et etiamſi de recon- ciliatione conſtiterit, niſi rurſus ſuper hoc a ſuo epiſcopo admoniti ad portandum aſſumpta crucis, aut aſſumptas authoritate ſua propria depoſuerint, aut cum exterius ſuper veſtes, extraque partem peſtoris aurcius prominentes portare debeant, eas celare intra veſtes deprehenſi fuerint, pœna ſi- mili puniantur, & tamen ſive bona habuerint, ſi- ve non, ad hoc modo debito compellantur.

Item ſtatuimus, quia intelligimus quod creden- tes hæreticorum, cum proponunt ſe facere ſecun- dum eorum ritum deceſſabilem hæreticos perfe- C dos, ante præcedens tempus poſſeſſiones ſuas, & hæreditates in fraudem ſici vendant, vel donant, vel pignori obligant, aut modis alienant: ideo ſtatu- imus quod contractibus irritis non obſtantibus præ- dicta bona confiſcentur, & conſideratis circums- tantiis diſtorum contractuum & ipſorum contra- hentium, nobis fuerit viſum, eos in quos dicta bona tranſlata fuerint, fraudis participes exiſti- tiſſe.

Item quia intelligimus quod credentes quidam ſub ſperie necratutæ vel peregrinationis, transfe- runt ſe ad hæreticos, ut ſub tali abſentia eludant ſiſcum, & ei fubtrahant bona ſua: ſi coram epi- ſcopo loci, qui ſuper hoc propinquus vel eo qui bona hujuſmodi abſentium tenere, nouerit, re- D quiſierit, & ab eiſdem propinquis, vel tenenti- bus bona eorum infra annum, computandum a tem- pore nontinonis ejuſdem epiſcopi, probatum non fuit legitime, illos abſentes juſta cauſa & ratione- bili abſtitiſſe, & tamen abeſſe: ſtatuimus, ut ſi alius ſuſpecti fuerint, contra ipſos tanquam contra hæ- reticos proſumatur, & eorum bona confiſcentur. Si vero ipſi, vel ſucceſſores eorum, vel qui bona eo- rum tenent poſt confiſcationem bonorum, vel ante juſtum & probabilem cauſam ſue abſentiæ, ultra præditum tempus redire poterint; bona illa eis legitime relinquantur vel reſtituantur.

Item quia nolumus quod claves eccleſiæ con- temnantur in terra noſtra: ſtatuimus, ut ſi quis in eccleſiarum ſententiis per annum con- E tumaciter, per occupationem bonorum redire ad ſinum ſanctæ matris eccleſiæ ſic compellatur, ſi- cut in pace facta Pariſius plenius continetur.

Item, ſtatuimus ut tranquillitas pacis in terra noſtra plene & inviolabiliter obſeruetur, & quod ruptarii, ſayditi, prædones, latrunculi & fla- tores, a tota terra noſtra expellantur, & rece- ptatores corundem animadverſione debita pu- niantur.

Item ſtatuimus, quod quicumque pacem de ceteto violaverit, ſi nouilus a nobis vel per ce- tum nuncium noſtrum, non emendaverit, infra

ANNO CHRISTI 1233. terminum ſibi aſſignatum omnia bona ſpiſius occupentur. Nos enim bona illa, quæ a nobis tene- buntur, occupabimus, & epiſcopus, & prælatos terræ noſtræ in locis eorum ſimiliter occupandis juxtabimus bona hæc, cum ab eis furtiuus requi- liti. Quæ bona tamdiu detinebuntur, quouſque de fractura pacis & damnis datis ſit nobis, & damnum datum, & plenaria ſatisfactum, & perſo- na violatoris nihilo minus animadverſione debita punianiur. Et quicumque violatores pacis recepta- verit, in caſtris, vel in domo, vel in villa cum ipſa præda, poſtquam fuerit eis denunciatum, ve- veleis equitaturas, vel alia neceſſaria miniſtra- verit, vel eiſdem prædam, aut aliam capturam prepararerit, vel machinatus fuerit, pœna ſimi- li puniatur.

Item ſtatuimus, quod occulta & clandeſtina malefacta, de quorum materiæ cultorum, civitatum & villarum, in quibus vel in eis, vel in earum tenementis fuerint perpetrata, de noſtæ vel de die occulte, ſive per incendium, ſive per inci- fionem cujuſcumque membri, vel ſegetum, vel occiſionem animalium, vel effuſionem liquido- rum, vel deſperationem aridorum, aut alio modo, exceptis furtis, damna paſſis reſarciantur, damni æſtimatione deriuanda per ſacramentum illius qui paſſus eſt damnum, taxatione legitima præ- cedente. Per hoc enim & voluntates nocendi pluri- mum reſtringuntur, & expellitur hoc univerſas majori ſollicitudine tales malefactores perſequen- & quod ſuper hujuſmodi malefactis fiat inquiſitio diligens de ſama mota; & reperti, poena violatorum pacis, & alia pœnæ legitimi conquantur.

Item ſtatuimus, ut nullus ſit tantæ temeritatis quod domos religioſas, & præcipue Ciſtercienſis ordinis, confringere, & conſideratis circums- ſtantiis diſtorum contractuum & ipſorum contra- hentium, nobis fuerit viſum, eos in quos dicta bona tranſlata fuerint, fraudis participes exiſti- tiſſe.

Item quia intelligimus quod credentes quidam ſub ſperie necratutæ vel peregrinationis, transfe- runt ſe ad hæreticos, ut ſub tali abſentia eludant ſiſcum, & ei fubtrahant bona ſua: ſi coram epi- ſcopo loci, qui ſuper hoc propinquus vel eo qui bona hujuſmodi abſentium tenere, nouerit, re- quiſierit, & ab eiſdem propinquis, vel tenenti- bus bona eorum infra annum, computandum a tem- pore nontinonis ejuſdem epiſcopi, probatum non fuit legitime, illos abſentes juſta cauſa & ratione- bili abſtitiſſe, & tamen abeſſe: ſtatuimus, ut ſi alius ſuſpecti fuerint, contra ipſos tanquam contra hæ- reticos proſumatur, & eorum bona confiſcentur. Si vero ipſi, vel ſucceſſores eorum, vel qui bona eo- rum tenent poſt confiſcationem bonorum, vel ante juſtum & probabilem cauſam ſue abſentiæ, ultra præditum tempus redire poterint; bona illa eis legitime relinquantur vel reſtituantur.

Item quia nolumus quod claves eccleſiæ con- temnantur in terra noſtra: ſtatuimus, ut ſi quis in eccleſiarum ſententiis per annum con- tumaciter, per occupationem bonorum redire ad ſinum ſanctæ matris eccleſiæ ſic compellatur, ſi- cut in pace facta Pariſius plenius continetur.

Item, ſtatuimus ut tranquillitas pacis in terra noſtra plene & inviolabiliter obſeruetur, & quod ruptarii, ſayditi, prædones, latrunculi & fla- tores, a tota terra noſtra expellantur, & rece- ptatores corundem animadverſione debita pu- niantur.

Item ſtatuimus, quod quicumque pacem de ceteto violaverit, ſi nouilus a nobis vel per ce- tum nuncium noſtrum, non emendaverit, infra

Concil. General. Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1233.

tio fiat. Et si probatum fuerit legitime contra ipsos, tanquam convicti de maleficiis, poena contra violatores pacis supra edita poniantur.

Item statuimus, ne aliquis authoritate propria audeat pignorare, vel marcham facere; & si quis contra fecerit, compellatur incontinenti pignorator restituere pignus, & refarcire damnum pignorato, quod sacramento pignorari declaretur, taxatione legitima praecedente.

Item statuimus, ne in terra nostra, nova inA stituantur pedagia; & omnia a triginta annis citra instituta removeantur.

Haec autem omnia statuta praemissa facimus, salvo praejudicio domini regis Francie, & ecclesie, & salva pace Parisiensi. Acta sunt haec Tolose duodecimo Kal. Martii, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tertio. Et ut haec praedicta semper inviolabiliter observentur, & robur habeant plenissime firmitatis, praesentem paginam sigilli nostri iussimus fecimus roborari.

ANNO CHRISTI 1233.

*** CONCILIUM BITERRENSE,

A VALTHERO EPISCOPO TORNACENSI

Sedis Apostolicæ legato, celebratum ann. Domini MCCXXXIII.

Guillelmi de Podio Laurentii chronicon, ad ann. MCCXXXIII. Circa illud tempus, *inquit*, dominus legatus apud Biterrim concilium celebravit. *Hujus concilii statuta, in sui ordine longum converse, ediderat olim Arnaldus Sorbinus Narbonensis episcopus: Latinis vocibus omissis. Ego, prout concepta primum fuerant, Latine reprædicta ex codice, Sirmondi nostri manu descripto.*

STATUTA CONCILII BITERRENSIS,

Facta per Dominum Tornacensem.

TITULI CAPITULORUM.

1. *Ut hæretici, & eorum fautores, singulis Dominicis excommunicentur.*
2. *Ut pœnitentes quilibet ad sacros ordines.*
3. *Ne fautores hæreticorum emant bailivas.*
4. *Ut hæretici convicti, qui duas cruces prominentes non tulerint.*
5. *De suspectis qui diebus festis ad ecclesiam non veniunt.*
6. *Quales admittantur ad sacros ordines.*
7. *Quales admittantur ad confessum.*
8. *Ut episcopi caveant simoniacam non exigant ab iis, quos promoverint ad sacros ordines.*
9. *Ut archidiaconi habeant zelum animarum, & prædicare studeant.*
10. *De legendis constitutionibus.*
11. *De patronis ecclesiarum.*
12. *De beneficiis quæ curam habent animarum.*
13. *De vita & honestate clericorum.*
14. *De observantia regulari ex auxilium & favorem.*
15. *De vestibus abbatum & monachorum.*
16. *De vestibus canonicorum regularium.*
17. *De custodia clausuræ.*
18. *Ut fiat tellus ad mensam, & quotidie capitulum teneatur.*
19. *Ne exeant vel ingrediantur sine licentia.*
20. *Ut mandatum fiat pauperibus.*
21. *Ut in monasteriis fiat magistri, qui grammaticam doceant minores.*
22. *De non conferendis beneficiis in laicos.*
23. *Ut vina non vendantur, & personæ carent non introducantur infra ambitum monasterii.*
24. *Ut laici non admittantur ad prabendas.*
25. *Ut nullus monachus sit solus in privatis.*
26. *Ut renovetur juramentum de pace servanda.*

PRÆFATIO.

Quoniam statuta salubria per dominum Romanum apostolicæ sedis legatum, & cetetos legatos, super negotio fidei ac pacis, authoritate apostolica diversis temporibus edita sufficere credimus; dum tamen fuerint observata, quæ inferius duximus subscribenda ad præsens; non intendimus omnino super his novos canones edere, sed eorum tranſgreſſores canonice puniantur.

CAPITULA.

I. Ut hæretici & eorum fautores ſingulis Dominicis excommunicentur.

Præcipimus itaque, ut hæretici & eorum credentes, fautores, eorum receptatores & defenſores, ſingulis diebus Dominicis excommunicentur. Et ſi quis prædictorum credentium, fautorum, receptatorum, & defenſorum perſonaliter monitus, & excommunicatus nominatim, infra quadraginta dies reſipiſcere noluerit, fed in eorum defenſione perſtiterit, vel inquiſitionem eorum impedierit, pro hæretico habeatur: cum perſeverantia & defenſio erroris in talibus hominem facia hæreticum judicari.

II. Ut poſſit quilibet, & debeat capere hæreticum.

Præcipimus etiam ut quilibet privatus in terra cujuslibet poſſit inquirere & capere hæreticum, & captum, neceſſe habeat epiſcopo offendere, vel baculo ipſius epiſcopi præſentare; nec ipſum præſumat aliquis impedire, ſed in captione quilibet Chriſtianus præſtet ei auxilium & favorem.

III. Ne fautores hæreticorum emant bailivas.

Inteſlevimus quod quidam credentes & fautores hæreticorum, ſeu defenſores eorum, pro majori ſumma emunt bailivas dominorum, ut ſub alis eorum bailivorum hæretici libere valeant egredi, vel ingredi, & impune fidem catholicam violare. Quare diſtrictius inhibemus, ne talia dominis de cetero attententur. Quod ſi attentaverint, & admoniti ab epiſcopo non emendaverint, cum nota infamiæ, quam ſe noverint incurriſſe, excommunicationis gladio feriantur.

IV. De hæreticis convictis, qui duas cruces prominentes non tulerint.

Item reconciliati de hæreſi, qui duas cruces prominentes, ad mandatum epiſcopi A non tulerint, & pro hæreticis habeantur, & bona eorum confiſcentur.

V. De ſuſpectis qui diebus feſtis ad eccleſiam non veniunt.

Item cum ſinguli parochiani in diebus feſtis venire ad eccleſiam teneantur ſub poena ſub. 1229. in Toloſano concilio promulgata: neceſſe eſt, ut ſacerdotes erga omnes ſuſpectos de hæreſi, quos per ſcripturam, & ex nomine cognoſcere debent, ut illi eccleſiam frequenter ſtaturis diebus, & ſine remedio pœnam levent, & in vita & in morte ſtatuta contra hujuſmodi promulgata, ut pupillum oculi conſervent. Quod ſi ſacerdos eorum tranſgreſſor fuerit deprehenſus, ab officio & beneficio ſuſpendatur, privandus eodem, ſi competenter monitus fuerit negligens & remiſſus. Quod ſi ſacerdos ſe inſufficienter cognoverit ad excequendum, quod de hæreticis eſt ſtatutum: epiſcopo ſuo denunciet, quicquid inquirere poterit, ut ita ſe a culpa liberet & a pœna. Dominus autem requirer de manibus epiſcoporum ſanguinem pereuntium, ſi eis non adhibuerint vigilantiam paſtoralem.

VI. Quales admittantur ad ſacros ordines.

Quia poſitivus indigni ad dignitatem ſacrorum ordinum, contra canonicas ſanctiones in partibus hujus legationis hactenus ſunt admiſſi: præcipimus ut quilibet ordinandus examinetur, de vita & de ſcientia & moribus diligenter: & ſine titulo patrimoniali eccleſiaſtico beneficio ſuſtentandus, ſecut in jure canonico cautum eſt, ordinandus de cetero nullatenus admittatur.

VII. Quales admittantur ad confeſſum.

Quia etiam ad primum confeſſum non eſſet admittendus quiſquam, niſi ſcirec diſtincte legere, & nisi de utero libero & legitimo matrimonio procederet, juxta illud: De utero novi te: non ingredietur manſer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam domini Dei: ſtatuimus & firmiter præcipimus & mandamus, ut nullus etiam ad primum confeſſum de cetero admittatur, niſi ſciat legere & cantare, & de libero utero & legitimo matrimonio fit procreatus: niſi ex cauſa vilum fuerit epiſcopo loci ſuper procreatis ex conrubernio diſpenſandum.

VIII. Ut epiſcopi cautionem ſimoniacam non exigant ab iis quos promoverint ad ſacros ordines.

Ad abolendam etiam ſimoniæ corruptelam, quæ in his partibus inolevit, videlicet quod epiſcopi clericos ad ſacros ordines promovendos nolunt aliquatenus promovere, niſi prius præſtito juramento, vel alia cautione, quod ratione tituli patrimonialis, vel alterius minus idonei, ipſos, vel eorum non impediant ſucceſſores: diſtrictius inhibemus ne talia præſumane de cetero attentare. Quod ſi fecerint, a celebratione ordinis noverint ſe ſuſpenſos: quia ſanctius eſt in ordine facerdotii, paucos quam multos malos habere miniſtros, ſicut eſt in Lateranenſi concilio conſtitutum.

IX. Ut archidiaconi habeant zelum animarum, & prædicare ſtudeant.

Præcipimus ut tam epiſcopi, quam alii, præſertim rales archidiaconos, qui zelum animarum habentes, ſufficianr prædicare clero & populo verbum Dei.

X. De legendis conſtitutionibus.

Legan conſtitutiones contra injuſte excommunitantes, ſcilicet: *Statuto approbante concilio: & Sub interminatione Divini judicii.*

XI. De patronis eccleſiarum.

Unde omnibus religioſis, capitulis, & aliis perſonis, qui tenent eccleſias parochiales, ad eorum donationes ſpectantes, auctoritate qua fungimur diſtricte præcipimus, quatenus ulque ad feſtum omnium Sanctorum proximum venturum, ſuis diœceſanis epiſcopus rectores, ſeu perpetuos vicarios, & idoneos vita & ſcientia, ad eaſdem eccleſias repræſentent, ut ab eis curam recipiant animarum: congrua tamen prius ipſis quæ ibi ſufficiat, & in ſuis aſſignara de ipſarum proventibus portione, juxta canonum ſanctiones, quam portionem debeat & poſſit diœceſanus epiſcopus merito approbare. Quod ſi forte infra præſcriptum tempus, in auditum noſtrum executioni diſtulerint demandare: diœceſanus epiſcopis in virtute obedientiæ præcipimus, ut ſine dilatione vice noſtra fideliter exequantur, contradictores & rebelles, &c. Quod ſi id epiſcopi efficere neglexerint, per menſem ab ingreſſu eccleſiæ noverint ſe ſuſpenſos. Si vero epiſcopi tales eccleſias habuerint, & infra præſcriptum tempus perpetuos vicarios non inſtituerint: in eiſdem donationi noſtræ dictas eccleſias reſervamus.

XII. De beneficiis quæ curam habent animarum.

Quicunque habent curam animarum, ad ordines facerdotum promoveantur, ubi citius poterunt commode promoveri. Et qui ordines tempore congruo recipere detrectaverint, ad hoc per ſubtractionem beneficii compellantur: ut qui honorem refugerint appetere, mittantur ad quæſtum. Quod ſi eccleſia parochialis præbendæ vel dignitati ſit annexa: neceſſe habet (quod oporter in majori eccleſia deſervire) vicarium perpetuum & idoneum in parochiali eccleſia præſentare epiſcopo, qui congruum habeat de paro-

ANNO CHRISTI 1233. parochiali ecclesia portionem: Quod & Aria subterretur. Nec etiam temperet abbas, vel aliquis superior, "qui super habenda proprietate possit cum aliquo monacho vel regulari canonico dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut custodia castitatis, adeo est annexa regulæ monachali, ut contra eam nec summus pontifex possit" indulgentiam indulgere. Immo tales in præcipuis festivitatibus excommunicationis vinculo innodentur. Quod si abbas, vel alii superiores, in his corrigendis negligentior extiterit: correctio ad episcopum devolvatur, abbatibus nihilo minus de negligentia puniendis.

ANNO CHRISTI 1233. Cassini. Aria. Ad. Ibid. Ibid. c. 15. & 16. Aquin. & Aria.

XV. De vestibus abbatum & monachorum.

Abbas & monachi secundum regulam B. Benedicti vestes habeant, de quarum colore aut grossitudine non causentur: sed quales inventi possunt in provincia in qua habitant, aut quod vilius poterit comparari.

XVI. De vestibus canonicorum regularium.

Canonibus etiam regularibus prohibemus, ne sit eorum habitus notabilis vel reprehensibilis, nec affectent vestibus placere, sed moribus. Secundum statuta cisterciensium. Avenionensis & Montispessulani, capis, tunicis, & pallis, caligis de aliqua brunetta, clara, vel nigra, nec etiam fimine forti, vel alio colorato panno, seu sumptuoso, vel aliquo serico de cetero non utantur: ne fordes animo contrahat pretiosæ vestis nimius appetitus, nec accipiant monachi vel alii clerici regulares a suo majore, vel aliquo alio, aliquam pro vestibus pecuniæ quantitatem, quia ex hoc datur ei materia proprium retinendi: sed omnium majores quam inferiores de ecclesiæ vestiario vestiantur.

XVII. De custodia claustri.

Claustrum quoque diligenter observetur ut claudatur, ut re & nomine claustrum valeat appellari. Nec milites vel etiam laici claustrum vel officinas monasterii introrant, nisi causa exequiarum, & in processionibus: & hoc, si fieri contexerit, vel necessitate alia evidenti.

XVIII. Ut sint lectio ad mensam, & quotidis capitulum teneatur.

Illud etiam expressius duximus exprimendum & statuendum, quod omnes regulares infra monasterium habeant & audiant lectiones ad mensam. Item præcipimus, quod in claustris regularium, singulis diebus capitulum teneatur, ubi supra excessibus satisfactio proclamatio & correctio regularis: & in conventualibus ecclesiis, & præcipuis festivitatibus, fiat sermo.

XIX. Ne exeant vel ingrediantur sine licentia.

Omnes etiam qui non habent officium speciale, vel necessitatem aliam, ab hora capituli usque ad Tertiam, sedeant in claustro aspi-

ANNO CHRISTI 1233. aspicientes quæ in regula legenda sunt vel A cantanda: nec exeant vel vagentur, sine sui majoris licentia speciali.

XX. Ut mendatum fiat pauperibus.

Item consulimus ut mandatum pauperibus, saltem in hebdomada, semel fiat, sicut in monasteriis ordinariis fieri quotidie consuetum est.

XXI. Ut in monasteriis sint magistri, qui grammaticam doceant nutrices.

Quia vero cæcitas ignorantiæ in illis parebus nimium prævaluit, statuimus ut singulis monasteriis conventualibus abbates, priores, & præpositi conventuales, infra septa monasterii teneant magistrum ex suis, vel alium clericum secularem, qui minores, & alios indoctos in grammatica valeat edocere.

XXII. De non confessandis beneficiis in laicos.

Quidhæ etiam, ut intelleximus, fe & sua conferunt monasteriis, sub spe ut ipsis postmodum ecclesiastica beneficia conferantur; quod omnino damnabile est propter maculam simoniæ: & cales beneficio privandos decernimus, quod pro pecunia sunt adepti. Talter vero beneficia recepti, illa vice C donandi potestate priventur, & ad diœcesanum episcopum donatio eorum devolvatur. Nec ipsi tales recipiant ad curam animarum. Neque abbas, nec prior, nec monachus alterius monasterii teneat priorarum: nisi per electionem canonicam ad conventualem priorarum, in quo professus non fuit, fuerit advocatus.

XXIII. Ut vetita non vendantur, & personæ turpes non introducantur infra ambitum monasterii.

De his quæ vidimus & audivimus, testimonium prohibemus, scilicet quod quidam D monachi, & maxime exempti intra fines legationis nostræ, ecclesiæ cujusdam libertatis infra ambitum monasterii faciunt, certis temporibus anni vendi vina sua, & pro medio quæstus & turpi introducunt, vel introduci permittunt, personas turpes & inhonestas, vel histriones, jaculatores, talorum lusores, & etiam publicas meretrices. Quod de cetero nusquam fiat, ab aliquibus exemptis personis, vel aliis arctius inhibemus. Quod si hujusmodi personas inhonestas introduxerint, vel lusores talorum aut potatores nomen Dei blasphemantes introduci permiserint, illi qui monasterii exteriora ministrare officia, ab ingressu ecclesiæ noverint se suspensos, maxime cum libertate sua libere uti possint, absque abusu & introductione talium personarum.

XXIV. Ut laici non administrentur ad prædendos.

Districtius quoque mandamus, quod in nulla ecclesia laici recipiantur, in donatos ad prædendum panis & vini. De quorum turpi conversatione scandalum generetur. Quod si quis tales receperit inventi fuerint fornicatores, adulteri, & alias criminosi, post monitionem competentem, sibi excessus suos correxerint, perpetuo beneficio careant memorato.

XXV. Ut nullus monachus sit solus in priorato.

Quia parum est promulgari statuta, nisi ad observationem eorum arceantur improvidi transgressores, cum sit cautum ut nullus monachus in priorato solus existat, sed tres vel quatuor ibidem commorentur, fraternitatur per apostolica scripta mandamus, quatenus in tertis tue legationi commissis facias firmiter observari contradictores, &c. Hujus igitur auctoritate mandati præcipimus, ut nullus monachus in aliquo priorato solus existat: sed tres vel quatuor ibidem commorentur. Dolorum autem quod pravi monachi fine de illis tribuat vel quatuor monachis, qui debent in priorato commorari, fed in claustro mittantur & disciplinis regularibus instruantur.

XXVI. Ut renovatur juramentum de pace servanda.

Item præcipimus & mandamus, ut a decimo quarto anno, & supra, ad pacem servandam & custodiendam compellantur de novo jurare: archiepiscopis & episcopis, & aliis prælatis, injungentes expresse, ut ubi expediens fuerit, violatores & fractores pacis, & raptores & conspiratores, etiam singulis diebus Dominicis & festivis, excommunicari faciant publice in ecclesia.

*** CONCILIUM NYMPHÆ IN BITHYNIA.

Ubi actum frustra de concordia Græcorum cum Latinis, mense April. MCCXXXIII.

ANNO Dom. MCCXXXIII. Missi sunt a Gregorio E Nonnullis differtur, expectatori quod Patriarcha C. P. statuerit in synodo cum Jerosolymitano, Antiocheno, & Alexandrino, quos evocaverat, cum non suas tantum, sed illorum etiam res ageretur. Invitati sunt deinde aperiori, ad eumdem synodum legitime primum, deinde Nymphæa ad Pontum Euxinum in Bithynia indictum: eoque, cum sæpe recusassent,

ANNO CHRISTI 1235. *sent, tenebam militorum, ut præfertim Imperatoris Pedimo in Lombardiam Bituricum, accepta ex Concilio Cameracensi codice Patisiaco.*

De concilio ipso hæc idem refert, quæ fit ex eodem Centio in compendium redigit. Feria, inquit, secunda post Pascha, congregatis prælatis in domo patriarchæ C. P. vocati sunt ad eorum apocrisiarii: in quo propoſuerunt quid agſum ſit Nicææ, & quomodo propter pacis & unionis deſiderium patienter tulerint, ut convocaretur præcipui Orientis prælati, quomodo vaſta terræ marisque ſpatia emenſi ſunt, qualiter etiam tot vitæ diſcriminibus ſemper expoſiti eorum, eo ſolo fine, ut fraternis & unitatis vinculis Græcorum Latinos colligerent; neque ly velle, ut a capite res tota incipiatur, ſed a ſecunda adhuc indiſcuſſa quæſtione de ſacramento altaris, originem ſuſcipiunt colatio. Illi e contra contendebant, rem totam a capite coram ipſis agitandam: incipiendumque, tanquam a potiori dubio, a proceſſione Spiritus ſancti. Sed in eam ventum eſt ſententiam, ut recitaretur quid Niceæ geſtum ſit, deinde diſputaretur de azymo & fermentato: & ſi quid dubii ſupereſſet theologi Niceni, ſi alterius de proceſſione *Spiritus ſancti*, redigeretur in ſcripta, & utrimque offerretur. Archipiſcopus autem Semalitque in Flagonia Æpyſtianæ regionis, nefcio quid commentus eſt duplicis ſacramenti Euchariſtiæ, in ſuperioribus literis poſitiſcis, quas apocriſiarii detulerant Conſtantinopolitano. In cujus dubii explicatione, & tenaci hujus contradictione, non nihil temporis conſumptum eſt. Tandem poſt multas diſceptationes, & repetitas hinc inde exhibitas de injuriis exceptis & præteritis per utriuſque fidei viros in odium profeſſionis Græcæ & Latinæ, tandem contendentibus Græcis, & ſubſcribentibus apocriſiariis, ſingulisque prælatis, præcipue præfato archiepiſcopo Samaſtriæ, hæreticum eſſe, & in viam perditionis abire, qui dixerit poſſe conſiſti in azymis, paſtum eſt, ut illi ſtatim hanc ſuam civem confectionis materiam, apocriſiarii etiam ſuam circa proceſſionem Spiritus ſancti ſcriberent, & ſcriptam traderent. Dura utrinque ſcripta fuere, quæ ſubmiſſtramus ad controverſiæ cognitionem notitiam & rei D actæ a pontificiis auctoritatem.

PROFESSIO FIDEI GRÆCORUM, qui convenerunt in ſynodo, Nymphæum celebrata, circa materiam, in qua confitendum erat ſacramentum altaris.

QUæſierunt a nobis honorabiliſſimi apocriſiarii ſanctiſſimi papæ antiquioris Romæ, ſi poſſunt confiteri azymatos, hoc eſt, ſacrificium corporis Chriſti in azymis ſi poſſunt offerri, impoſſibile eſſe hoc hominibus volentibus ſequi novam gratiam, propter eam quam a principio tradidionem Salvator tradidit ſanctis ſuis diſcipulis & apoſtolis per ſemetipſum panem ſecundum E tenorem evangeliorum. Tradiderunt autem & hoc jubilmodi myſterium, quale & ipſum accepimus tenendum ſermonem magiſtri Pauli ſcribentis ad Corinthios, *Ego enim accepi a Domino, quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Jeſus, in qua nocte tradebatur, accepit artos, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro vobis frangitur: hoc facite*

ANNO CHRISTI 1235. *in meam commemorationem. Similiter & calicem poſquam cœnavit, dicens: hic calix novum teſtamentum eſt in ſanguine meo: hoc facite quotieſcumque bibitis, in meam commemorationem. Quotieſcumque enim comedetis panem hunc, & hunc calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Quia ego, ſic & vos accepimus a bone fame apoſtolis, huc & ipſi accepimus a Chriſto, & ſic tenemus quatuor conſilia diceceſes orbis uſque hunc. Æſtimamus autem, quod & diœceſis antiquioris Romæ, & ſic accepit & tenebit. Propter hoc dicimus, quod non conſumari ſacrificium per azyma, ut azyma per ſe exiſtente, cujuſtypus ceſſavit legalis ſervitutis. Et hæc quidem ſcripſimus, quaſi in compendio ſummatim, ſed ſatisfaciunt volumatem, non patientium audire latius. Si autem quaramus a nobis auctoritates, & probationes ſermonis noſtri, tunc dilatabimus, & a veteri & a novo Teſtamento. Matth. Apoſtolus dicit: v. 1. Chorophilip ſanctiſſimus magnæ Dei eccleſiæ Conſtantinopolis, ex præcepto ſanctiſſimorum patriarcharum, univerſalis & Theopolitanæ, magnæ Antiochenæ, & cunctis qui cum eis adſunt, præſulum, ſubſcripſi.

Lecta eſt publice hæc fidei profeſſio in ipſa synodo, deinde exacta venerabilibus apocriſiariis, qui ad eandem ſynodum reſpondere debuſſi fuerant. Deinde ſuam tradiderunt prius lectam coram omnibus proficilionem circa Spiritus ſancti proceſſionem tenoris ſubſequentis.

PROFESSIO FIDEI APOCRISIARIORUM ſanctiſſ. domini Papæ circa proceſſionem Spiritus ſancti a Patre Filioque.

PAter perfectus Deus eſt, &c. *Extat ſupra, A* 1235. Tradito ſcripto patriarchæ Conſtantinopolitano, cœperunt agere de proceſſu ſpiritus Græcorum circa fermentum & azyma, & interrogare quo dicti fundamento aſſerebant conferratres in azymis, ſeu azymatos, ut illi conſueto more vocitabant, eſſe in via perditionis, & omnes eſſent in partibus, appellabant ad codices ſacros & ſanctos Doctores. Sed nulli ibi ſuppetabant Græcis tunc libri, vel porrigere nolebant ita ut ipſi proferrent ſecum Biblia non licere habere. Ultra itaque inſtantibus apocriſiariis, ut Græci traditæ fidei rationem redderent, illam tradiderunt, ſe Chriſtum in confeſſatione imitari. Cum vero amplius quæreretur, unde noſcerent Chriſtum in azymis celebraſſe: reſpondentium: ex evangelio, ubi habetur quod *Dominus accepit panem, & fregit: panem* autem contendebant ſignificare panem perfectum, panem levatum, panem fermentatum. Hic ſibi hærendum judicarunt apocriſarii, & oſtendendum vel ex ipſa Græcorum confeſſione *fregit*, non ſemper ſignificare fermentum, & alienando panis per ſe diſtinctum, aliquando cum adjunctio, neque ſemper abſolute poſitum idem cum eadem proprietate ſignificare; ſed & ſæpiſſime ſolum panem in communi; ſæpiſſime quoque in evangeliis Latinis reſte tranſtarum pro *azymo* panem. Confirmantur quoque verum & doctum hanc ſolutionem ex Leviticis c. 7, in lege hoſtiæ pacificorum ubi habetur *Azyma, panis & azyma* fermentatus; atque hinc ſequi azymum & fermentatum ſe habere, tanquam differentias ſpecificas, vel accidentales, vel *azyma* per ſe diſtinctum illam per ſe abſolute poſitam, utique tanquam azymo

ANNO CHRISTI 1235. quam fermentato pari æque convenire: neque cum genus magis proprie prædicatur de uno ſpecie quam de alia.

Deinde quod allegarunt Græci de facto & exemplo Chriſti, refutarunt ex illo loco Matthæi: *Prima die azymorum accederunt ad Jeſum diſcipuli, dicentes: Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha?* Cui objectioni reſpondentes ex Joanne Chryſoſtomo, per primum diem azymorum intelligi primum diem ante azymos. Admiſerunt illi ita explicaſſe Chryſoſtomum, attamen amplius addidiſſe, & verum Latinorum ibidem confirmaſſe ſententiam, ita ubjungendo: Prima die ante azyma: Confeverunt enim ſemper a veſpere dies numerare, & eam commemorant, in cujus veſpere paſcha erat immolandum, &c. Ergo in illo veſpere hircus Paſcha *Joan.* immolatus, & ſic fuit ait prohibem, ne fermentum vel fermentatum haberent in domibus ſuis, vel in omnibus terminis viciis. Ita enim exodus. Et Joannes: *Septem diebus azyma comedetis, in prima die non erit fermentum in domibus veſtris: Quicumque comederit fermentatum, perdet anima illa de Iſrael, a prima die uſque ad ſeptimum.* Ex quo invalerunt per optimam conſequentiam, Chriſtum Paſcha ſumſiſſe in azymis celebraſſe, quia legem obſervavit uſque ad ultimum vitæ ſuæ terminum, & expreſſe habere Chryſoſtomum citatus & Epiphanius. Hinc argumentum ad hominem deduxerunt, ex illis verbis, quæ in ſcripto Græci porrexerunt, dum abſque falſaria deferimento diceretur non poſſe in alio panecnſici ſacramentum, quam in illo, in quo Chriſtus conſecravit: nam ex dictis apparebat Chriſtum in azymis celebraſſe: ergo inferendum erat illa conſequentia: Græci nullo modo poſſunt conficere in fermentato, quod tamen publica profeſſatione caverunt, ſe non velle inferre, nec dicere, eam illorum hunc cultum vel ritum non conſtituere, neque eccleſia Latina, imo tolerabat, fed & probabat; atque ita ſimiliter debebat eos facere circa ritum Latinorum, non condemnando eos, ori faciebant, pro hæreticis azymita.

Ut vero apertius eorum, quæ dicebant, veritas conſtaret: inſtierunt ut producerentur codices ſanctorum azymi Græcorum: quibus illi ita magis adhærebant) in medium. Quos cum habere non poterant, memoritter comperiunt hæc quæ ſequuntur ex Chryſoſtomo & aliis recitare. Ex Homilia 81. (ſecundum antiquiores editiones eſt 85.) Joannis Chryſoſtomi in Matthæum reſumpſerunt primus objecta verba, quæ propoſuit ſunt (ex illius temporis, vel ſua traditione) in hunc modum. Explicans ſanctus Doctor illa verba Evangeliſtæ: *Matth. 26. Prima die azymorum venerunt diſcipuli ad Jeſum:* ita ait. Prima azymorum erat, quæ ante azyma dicitur: conſuetudinem enim habent a veſpere numerare diem: & eam commemorat, in cujus veſpere Paſcha erat immolandum. Quinta enim ſabbati accelſerunt, & hanc hic quidem, quæ ante azyma erat, vocat ipſe diem, in qua acceſſerunt. Alibi vero ſic ait: *Venit diei azymorum, in qua oportebat immolari paſcha.* Venit, hoc eſt, in azymis erat, a veſperam ſolent enim commemorare: a veſpera enim incipiebat, propter quod unuſquiſque evangeliſtarum addidit, quando immolabatur paſcha. Item, quod Jeſus obſervabit legem in cena, & ritum judeorum, probat idem Chryſoſtomus, dicens in eadem homilia: Properetis autem venit ad Paſcha, per omnia offendens ejus ad ultimum diem, quod non erat contrarius legi. Et homilia octogeſima ſecunda (in recentiores editionibus octogeſima tertia,) ita ait: Quod autem tempore Paſchæ myſterium conſummabat, illud fecit, ut diſcas undique etiam veteris teſtamenti ipſum eſſe legislatorem, & omnia quæ in veteri legislatore, propter hanc novam fuiſſe figurata, & propter hoc ibi figuræ veritatem imponi. Veſperam autem impletionis tempore appropinquante erat, & quod ad ipſum de cœtero, ut ad finem omnia reſpicient. Item Epiphanius Cyprius in opere quod Panarium inſcribitur, in tractatu contra Ebionitas, hæc habet: Quomodo autem concilio- ne non ſtatim eorum dementia redargueret? Primo, Domino comedente Paſcha Judeorum: Paſcha autem Judeorum non erat ſine azyma, cum quo vis affligue, ſicut diſcipuli ſui ex dicunt: Ubi vis paremus tibi comedere Paſcha? Et ibidem: contra Marcionitarum ſtultitiam redargutione ſeu confutatione ſic agitur a principio, quo ita incipit: Nobeus fugiturum contra te, &c. ubi poſt pauca, inquit: Contra te, o Marcion, induxiſti multis modis redargutionem, magis autem ab ipſa veritate coactus. Paſcha enim antiquum, nihil aliud erat, quam ovis immolatio, & carnium comeſtio, animatorumque percepto cum azymis. Et poſt pauca: Quod enim ta deceſſaris comedere, confitiquem, dominus Jeſus cum ſuis diſcipulis comedit, faciens Paſcha ſecundum legem. Et ne dicas quod quia factus erat myſterium, hoc prognoſtiavit *Dominus*: Vola vobiſcum comedere Paſcha. Ut enim per omnem modum te confundat veritas, non in pe nciplo facit myſterium, ut non negcs; ſed poſtquam omnia ſecundum legis & hæc, & dicens hoc, eſt hic & hæc, & non reliquit locum malignitati. Oſtendit enim quod poſtquam comedit Paſcha Judeorum, id eſt, poſtquam cœnavit, mutavit ad myſterium.

Reuuentibus autem Græcis plures audire auctoritates cœpiſcorum, & præſertim quæ ex homiliis Joannis: *Non intrepuerunt Judæi in præto- Joan. 18. rium, ne contaminarentur, ſed ut manducarent Paſcha:* reſponſum fuit ab apocriſiariis, æquaquam id vel leviter credendum, ut Joannes ceteris contradiceret evangeliſtis: *quia verbis illa, ut comedarent paſchæ*, ita explicanda eſſe dixerunt, ut ſcilicet comederent cibos Paſchales, ſic enim alias in veteri Teſtamento verbum hoc *paſcha* ſubmebatur, ut patet ex memoria dicta Iſaiæ Lectoris panita. In his ſeſſionem protraxerunt ujque ad profundam noctem, donec diſſolvente cœtum Imperatore, receſſerunt.

Peperam ſibi aliquot diés quibus nihil diſputarunt eſt, agente eam Imperatore cum apocriſariis de fuavi aut feſtivi quopiam modo incendi ſanctiſſimi ſacramenti in utraque ſpecie illum. In illam tandem ineptam & ridiculam abiit ſententiam: (ut communiter contingit in principibus ſæcularibus, qui controverſiis eccleſiaſticis temere ſe immiſcent) Dominis ſecularibus inter ſe contendentes de rerum dominio, hiac inde aliquali ſui juris relaxant, & quiſque partem cedit caulæ, ut tandem optata pace frueantur. Ita hic agendum judicarem: videlicet ut cum de proceſſione Spiritus ſancti opinionem miſſam facerent Latini, & ex ſymbolo ſuiſque libris expungerent verbum *Filioque*, & Græci in Græcia in controverſia hac eodem modo, quo prius, ſentirent. Et regione vero Græci approbarent confeſſationem Latinorum in azymis, neque amplius eos hæreticos propter hoc proclamarent; ita ut in duobus pandetis controverſis unaquæque pars unum probaret, alterum condemnaret: Animoſe & aperte ſignificarunt apocriſiarii, in quanto vir altas, ut ſcribunt, bonos & unionis ultra modum cupidos verſaretur errore: idque ſibi ſcicndum eſſe, ob nullum lucrum rei, aut provinciæ, quantumvis magnæ,

1 Lege, *Indictione VII. I. Charophillax*: ut recte Vadingus edidit: ex quo colligi oportuit Concilium illud habitum fuiſſe menſe maio anno 1234. ſed menſem Apiſtem uſque ad Paſcha, quod incidit in diem 25. ad an. 1235. veteres computi principiſque. *Rainaldus.*

Anno Christe 1331.

gnæ, ecclesiam Romanam catholicam jota unam aut apicem fundatissimam sua fidei mutaturam, neque ullo modo unirí posse cum Græca, nisi hæc prius abjectis & condemnatis erroribus, præcipue circa illud punctum de processione Spiritus sancti, omnes fuos libros, in quibus doctrinam illam perfudit, aut scripserit, condemnaverit, ignique tradiderit. Quod vero attinet ad consecrationem in fermento, Græcam ecclesiam non propter hoc rejici aut condemnari a Latina, neque velle ab eadem condemnari propter azymum, dum licite unaquæque in utroque consecrat pane.

Audiens hæc Imperator animo concidit, omnem unionis spem exuens, quia perspectum habebat fuorum tenacitatem, qui in nullo manifesto opinionem præponerent, quos nullo modo vel preces flectebat eo ducendos in Latinis cedere, aut alte impressa valedicere veffent sententiis. Idque ipso fatto sequenti cognovit die, dum habitum cum aportarisiis referret colloquium. Adeo enim commoti & indignati sunt, ut magno exorto murmure frementerint in aportarisios, & fecreta contra eos interunt conventicula, ut illos confunderent. Monuerunt vero die Mercurii tertiæ post pascha hebdomadæ, ut fequenti die Jovis ad concilium accederent pro unanimi hinc inde ejusdem dissolutione: neque enim jam videbatur debere ut ulterius progrederetur. Accedentibus illis, invenerunt universam plebis multitudinem congregatam, & apertis januis sedille in atrio Patriarchæ, coacto in ampliori illo patulo loco concilio. Sedentibus vero alta voce coram omnibus dixit Patriarcha: Dum spes erat unionis, omnes mobis loquuti fumus pacem, omnem exhibuimus amorem: modo vero spe fruftrati qui agimus adhuc? Nam ut videtis mode de Spiritu fancto dedisti fidem in scriptis, vultis ut eam per gentes, nationes, & provincias noftras promulgemus, quæ hic coram altantibus & nobis, dum placeat, volumus ac restetur: Illis respondentibus sibi hæc valde placere, neque quidquam amplius optare, quam ut ubique diffundatur & legatur Romanæ ecclesiæ vera fides: Divum nomen ex gradecris consiliariis universam definitionem aportarisiorum perlegit.

IV. *Ut singulis Dominicis & festis publice excommunicentur haeretici, & eorum fautores.*

Item statuimus, ut singulis diebus Dominicis & festivis, publice excommunicentur & anathematizentur pulsatis campanis, & extinctis candelis, omnes haeretici, quibuscumque nominibus censeantur, credentes, receptatores, defensores, & fautores etiam eorumdem.

V. *Ut inquirantur haeretici & denuncientur.*

Item ut plenius exterminari valeat haeretica pravitas, statuimus ut in singulis parochiis, tam in civitate quam extra, quilibet episcopus facerdotem unum, vel duos, vel tres bonae opinionis laicos, vel plures, si opus fuerit, juramenti religione constringat, quod diligenter & solicite inveftigent, si quos ibi repererint haereticos, credentes, fautores, defensores, & receptatores eorum, & ipsi episcopo & rectoribus civitatum, & dominis locorum, & bajulis eorumdem, cum omni festinantia intimare, ut eos puniant secundum canonicas & legitimas sanctiones: nihilo minus bona haereticorum omnia confiscantes, iis tamen qui incarcerari debent ad arbitrium episcopi sufficienti provisione reddenda.

VI. *Ut haeretici convicti in carcerem perpetuum detrudantur.*

Item, sicut audivimus, quidam haeretici in Arelatensi provincia constituti, qui metu mor-

ANNO CHRISTI 1234.

mortis ad catholicam ecclesiam revertentes, A necnon & plures alii quondam de hæretica pravitate convicti, ad errorem pravitatis ejusdem, quem a se penitus abdicasse videbantur, ut gravius condemnare valeant catholicam unitatem, sæpius reverruntur. Unde ne per rales, sub ficta conversionis specie, catholicæ fidei professores perniciosius corrumpi contingat: omnibus suffraganeis nostris auctoritate domini papæ & nostra districte præcipimus, ut hæreticis pestilentes, postquam de pravitate fuerint jam convicti, si aliter puniri non fuerint, id est, quod eorum quilibet in fua diœcesi, ut ipsis dei vexatio inelleetum, in carcere perpetuo detrudere non postponant: de bonis ipsorum, si qua fortassis habent, vrae sibi necessaria, prout talibus convenit, ministrando. Damnati per ecclesiam de hæretica pravitate, si converti noluerint, sæculari judicio relinquantur animadversione debita punienda, ficut dominus PP. statuit, * hæreticos judicamus.

Nic Reati aliquid

VII. Ut pax per totam provinciam servetur.

Item mandamus, quod pax fervetur per totam Arelatensem provinciam, prout in C statutis pacis evidentius continetur.

VIII. Ut de pace tenenda, filii invicem episcopi dent juramenta.

Insuper hoc omnibus suffraganeis nostris, & aliis episcopis & prælatis, auctoritate præsentis concilii injungentes, quod de pace tenenda & censura ecclesiæ fideliter observanda, & de plenitudine justitiæ exhibenda, mutuum sibi præstent ad invicem consilium & juvamen.

IX. Ut conspiratia non fiant, nisi de voluntate D *episcopi.*

Item, quia propter conjurationes & conspirationes quæ confraternitæ vocantur, in civitatibus, & villis, & castris, quam multæ discordiæ & dissensiones nascrique fuscitantur: authoritate præsentis concilii sub interminatione anathematis prohibemus, ne in villis, civitatibus, & castris, siue de cetero confratriæ, nisi de voluntate diœcesani episcopi, propter urgentem & evidentem utilitatem id fiat; & si quæ hactenus factæ sunt, E causa cognita ad diœcesani arbitrium destruantur: possessionibus ipsarum aliis pris locis, secundum diœcesani arbitrium, deputatis.

X. Ut excommunicatus pro damno dato, vel injuria irrogata, non absolvatur, priusquam satisfecerit.

Item statuimus, quod si quis, propter damnum datum, vel injuriam irrogatam, excommunicationis vinculo fuerit innodatus, non ante, absolutionis beneficium mereatur obtinere, ipse qui damnum dedit, vel injuriam irrogavit, quam pro posse suo satisfaciat competenter. Quod si absque satisfactione debita fuerit absolutus, absolvens juxta superioris arbitrium puniatur. F

ANNO CHRISTI 1234.

XI. De iis qui post mortem detecti fuerint hæretici, vel credentes hæreticorum.

Item statuimus, quod si quis post mortem deprehensus fuerit in fecta seu credentia hæreticorum deceduis, si eorum corpora vel ossa ab aliis discerni potuerint, extumulentur, & sæculari judicio relinquantur.

XII. Ut nulli loico ecclesiæ vel beneficium concedatur.

Item statuimus, ut nulli laicæ personæ, nomine suo vel alterius, ecclesia vel ecclesiasticum beneficium concedatur.

XIII. Ne quis excommunicetur sine admonitione prævia. Et de pœna excommunicatorum, qui intra mensem non satisfecerint.

Item authoritate præsentis concilii prohibemus, ne quis in aliquem excommunicationis sententiam, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, quibus, si necesse fuerit, posit probari admonitio, promulgare præsumat. Excommunicatus autem, si satisfacere contemperit intra mensem, non ante, absolutionis consequatur beneficium, quam pro singulis mensibus solvat pro pœna solidos quinquaginta: quorum medietatem dominus temporalis percipiat, alia vero medietas ad pias causas, diœcesano reservetur episcopo dispensanda.

XIV. Ut episcopi correctionis ac reformationis morum diligenter studeant.

Item mandamus omnibus suffraganeis nostris, & districte præcipimus, ut in corrigendis excessibus & moribus reformandis, præsertim in clero, curam & solicitudinem cum Dei timore habeant diligentem, per singulas diœceses statuendo personas idoneas, providas & honestas, quæ solicite investigent, quæ correctione vel reformatione indigeant, quæ correctione vel reformatione inveneriut esse digna; & ea diœcesano episcopo studeant intimare. Quod si diœcesanus negligens fuerit in correctione, ipsi referre ad provinciale concilium non postponant.

XV. De iis qui in qualibet synodo, & singulis Dominicis & festivis, excommunicentur sinul sint.

Item statuimus, ut in qualibet synodo, & singulis diebus Dominicis & festivis, excommunicentur ufurarii & adulteri manifesti, divini & fortilegi, & omnes ad eorum divinationem vel fortilegium scienter accedentes.

XVI. Ut Judæi signo a Christianis discernantur; & pro decimis ac oblationibus satisfacere compellantur.

Item decernimus, quod Judæi masculi, a XIII. annis & supra, deferant extra domos in superiori veste, in pectore signum * scilar, latitudinis trium vel quatuor digitorum, ita sint in viagio constituti. Mulieres autem Judææ

* figuratum modum hoc fit, de quo infra.

ANNO CHRISTI 1234.

Judææ XII. annis & supra, oralia deferant A extra domos. Si vero Judæi quocumq; prætextu contra fecerint, Christianorum eis participium denegetur. Hæ eadem pœna Judæos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis pro decimis & oblationibus, de domibus & possessionibus, quas noscuntur in ipsis parochiis possidere.

XVII. Ut privilegiati non eorumve sententias prælatorum.

Item hoc duximus statuendum, quod si privilegiati sententias prælatorum, & censuram ecclesiasticam duxerint exercendas, B etiam eis posit propter hoc plenumque justitia denegari.

XVII. Ut regalia B. Trophimi viriliter defendantur.

Item, cum teneamur jura suffraganeorum nostrorum defendere & servare, volumus, & mandamus omnibus suffraganeis nostris, ut regalia B. Trophimi ad ecclesiam Arelatensem pertinentia pro posse suo defendant viriliter & potenter, secundum quod in privilegiis Romanorum imperatorum eidem ecclesiæ est concessum. Quorum privilegiorum transcriptum, vel saltem transcriptum privi- C legii Coloradi*, unusquisque habeat & transferibat.

* Conradi

XIX. De transitibus ecclesiis per proprium sacerdotem, vel saltem juxta dispositionem episcopi, administrandis.

Item statuimus, ut quælibet ruralis ecclesia proprium habeat sacerdotem, vel saltem juxta dispositionem archiepiscopi ecclesiæ servatur.

XX. Ut in decimis, legatis, &c. jure communi procedatur.

Item statuimus, quod episcopi & alii præ- D lati curaru animarum habentes, in decimis, primitiis, legatis, vel relictis capellaniis, vel monasteriis, vel aliis piis locis, & in aliis juribus ecclesiasticis, jure communi utantur, & procedant secundum canonicas sanctiones.

XXI. Ne testamentum fiat, nisi præsente rectore vel capellano parochialis ecclesiæ.

Item, quoniam pro certo didicimus, quod credentes hæreticorum, fautores, defensores, & receptatores eorum, in testamentis hæreticis hactenus legaverint: de consilio A prædictis concilii prohibemus, ne quis, sine præsentia rectoris vel capellani suæ parochialis ecclesiæ, præsumat condere testamentum, vel testis interesse, nisi periculum sit. Quod si rabellio tali testamento præsumpserit interesse, ipso facto excommunicationem se noverit incurfurum: & si testator talirer decesserit, sine licentia diœcesani episcopi non tradatur ecclesiasticæ sepulturæ. Quæ si testator ea, quæ legavit pro anima suæ redemptione, non diviserit, sed aliquorum dispositioni commiserit dividendas: illi sine consilio diœcesani vel ejus locum tenentis, vel rectoris ecclesiæ parochialis, si illi de facili haberi non possunt, legata dividere non præsumant.

XXII. Ne pedagia sine legitima exigantur.

Item statuimus, ne aliqua pedagia vel salinaria per Arelatensem provinciam accipiantur, nisi sint quæ imperatorum imperatorum, vel regum, vel principum, vel Lateranensis concilii largitione concessa, vel ex antiqua consuetudine, a tempore cujus non extat memoria, introducta. Quod si aliquis contra hoc fecerit, & infra mensem non destiterit: extunc per censuras ecclesiasticas destricte compellatur.

XXIII. Ne opus de pontibus ecclesiarum cum religiosis comparet, sine authoritate episcopi.

Item sub interminatione anathematis prohibemus, ne aliquis Arelatensis provinciæ, super decimis vel aliis juribus debitis ecclesiis parochialibus, cum aliquibus religiosis componere audeat, sine authoritate diœcesani episcopi, vel jus uni ecclesiæ debitum, alteri audeat assignare.

XXIV. Ut nullus beneficio spolietur sine causa cognitione.

Item statuimus, quod nullus ecclesiastico beneficio jam adepto, sine causæ cognitione, a præsato suo aliquatenus spolietur. Quod si spoliatus, intra mensem non fuerit restitutus: extunc cum de spoliatione constiterit, superior ex officio suo spoliatum restituere non postponat.

Præcedentia statuta, excepto statuto de usuris Judæorum, fuerunt renovata a prædicto domino Joanne in concilio Arelatensi, anno Domini MCCXXXVI. III. Idus Novembris.

** CONCILIUM ROMANUM

PRO EXPEDITIONE IN TERRAM SANCTAM SUSCIPIENDA,

Indictum anno Domini MCCXXXIV. sub Gregorio papa IX.

Bzovius authoritate epistolarum Gregorii IX. scri- E pientium, ista hujus concilii summatim enarrat his verbis: Eodem anno Gregorius pontifex recuperationi terræ sanctæ intentus, concilium Romæ celebravit. Interfuerunt cum imperatore Friderico & archiepiscopis atque episcopis, Constantinopolitanus, Antiochenus, & Hierosolymitanus. Ex omnium judicio decreta est expeditio generalis, ad subveniendum rebus Syriacis. Huic lucro negotio præpositus fuit Theodoricus archiepiscopus Ravennas, cum potestate legati de latere, quem ut omnes debito honore prosequerentur, & in rebus agendis illi obsequentes, ex sententia concilii Gregorius omnibus archiepiscopis & episcopis in regno

regno Hierosolymitano scripsit, Spoleti 6. Augusti. Fridericus autem imperator universis baronibus, militibus, & populo præcepit, datis litteris vnano Dominicæ Incarnationis MCCXXXIV. mense Augusti. Indict. 7. Concessit tunc Gregorius Theodorico, & subjunctis illi episcopis, ut omnis peccatis peccatis delictis remissionem itis authoritate pontificia indulgerent, qui in Hierosolymitanam expeditionem ad ipsi essent, aut pecuniam militesve submitterent. Injunxitque episcopis, in crece insignire eos possent, qui in eo facto bello militaturi accederent. Ad hæc renovavit excrationem concilii Lateranensis in eos qui ad Saracenos ferrum efferrent, datis litteris Theodorico archiep. 6. Idus Nov. Perusii, quo fe Gregorius consuleat, ut exules compescerent.

G.C. Non Romæ celebratum esse concilium, sed Spoleti, docet Odoricus Raynaldus ex auctore anonymo vitæ Gregorii IX. cujus hæc verba refert: *Hidem primo concilium in terra sancta fidelium multitudine celebravit, ubi multique prælati convenerunt, quorum verba ipse congregans laryngalibus ac devotis propositis, verum tardum non medicum, cum laryngis propositis, crucis charactere insignivit.* Eodem facisse litteræ Gregorii, quas post concilium ad episcopos omnes & prælatos Hierosolymitanos regni dedit. Sunt enim illæ Spoleti datæ, ut Bzovius paulo ante retulit. Extant apud Rubeum, histor. Ravenn. lib. vii.

ANNO CHRISTI 1235.

*** CONCILIABULUM MOGUNTINUM ANNO CHRISTI 1237.

A GREGORIO PAPA IX. DAMNATUM;

Ex Collectaneis Appensi Tom. XI.

In quo absoluti Srigandi hæretici; & qui Conradum Marpurgensem interfecerant, ad fedem apostolicam, nulla inflicta pœna, remissi. Anno Domini circiter MCCXXXV.

1. Petr. de Studisgis, in Jagra in Chronico Augustino 1235. Sunt dingus Sym. per appellati Srigandi Stadenses in Chronico, Saxo.

DE* *Srigandis, qui Germaniam infestabant, hæreticis, deque Conradum Marpurgensis, a quo damnari fuerant, cade, videndus supra conventus Moguntinus ad ann. MCCXXXIV. Sunt ad quem scripsit Gregorius IX. ut absolvi in Moguntino altero conventu possint, quos ibi excommunicatos fecerat. Duo sunt hujusmodi decretalium epistolarum exemplaria, quæ dedit Angelo Mauripar, tomo IV. annal. Cisterc. ad ann. 1235. referuntur, in hunc modum.*

GREGORII IX. EPISTOLA.

Qua graviter ab iis peccatum declarat, qui de hæresi a legato apostolico damnatos, inconsulta sede apostolica absolverunt.

Archiepiscopo Salisburgensis, & episcopo Ildesheimensi, & abbati de Buch, Cisterciensis ordinis, Misnensis diœcesis.

VInere Domini cultores, licet immeriti, constituti, juste in desiderio gerimus, ut illius latitudinem gratitudinis fructu semper venustam esistere procurenus: turbationem non modicam sobeuntes, si forte quod absit contrarium, quæ in illa evidentibus exsiitunt indiciis grandiores, sint sterilitate notabiles, vel nocivorum productione fructuum displicentes. Sane dudum mirandes, divinæ majestatis offensa, quod cum olim post obitum recolendæ memoriæ magistri Conradi de Marpurg, prædicatoris verbi Dei, de quibusdã, quos infectos labe pravitatis hæreticæ tenebat aflertio, gladium tam spiritualem materia quæ sitionum, quibuldam proponentibus, quod processus contra illos per eundem magistrum habitus, iniquitatis macularn habuisset, aliis vero referentibus ex adverso, quod plus extitisset, & prorsus, & incremento catholicæ fidei plurimum opportunus: ad dubitationes hujusmodi declarandas, certi locus & terminus tunc præfixi. Demum congregato concilio, ad quod plures ecclesiarum E prælati, & principes sæculares, ac alii quorum præsentia tanto competebat negotio, convenerunt, exurgente nullo pro tuitione fidei, quæ fallem a prælentibus nullo nulla debebat negligentia præteriri: memorati infecti, ut dicitur, tationis inconsulto speculo, quod potissime in talibus haberi debebat per oculos, sunt absolutionis beneficium assequuti. Illi vero perditionis filii, qui dicti magistri sanguinem innoxium effuderunt, omissis prolatione sententiæ ac inflictione pœnæ, quæ contra ipsos pro excessu tam detestabili, & digno non brevibus deplorari lacrymationibus debebantur, ac fatisfactione aliqua non recepta, ad ipsos absolvendum non pro absolutionis obtinendæ gratia destinati.

Et infra. Quia igitur rationabile eſt, quilan fidei quisquis debet antelari, quæ potissime lamati pontificis examini competebat, ne errores & obita nobis reverentia facilem, præsomperunt aliqui terminare, quali authoritatis præmiſſe ſecit, vel ab ejusdem intellectu perspicuo peregrini. Quo conſilio iidem ad ſedem apoſtolicam mandatorum Domini proceſſerunt. Quo jure, quod C eſt in canonica ſanctione præcipuum, ab ipſis facultas eis aberat ſedem apoſtolicam conſulendi? cum & locorum longinquitas, vel anfractus itineris, aut tremenda elatio pelagi ſevientis, pro qua cauſa clavigeri non caparit, quin Salvatori diceres, ut ſibi, quod per aquas ad eum procederet, imperaret, nullum ipſis afferret obſtaculum; nunciorumque penuria nullum excuſationis titubaret fulcimentum. Nunquid illorum mentoris experiſtas non habebat, quod ad S. R.E. cujus fundamentis ſuper petram poſitis quiſque cedit impetus tempeſtatis, in ambiguis & ductoſis queſtionibus, per quas ingrediſ ſcientia, de D dei, ſe contingat eaſdem proſpere terminari, ſit aſſidue reverentiandum? Præſertim cum dicto olaviger, cujus arbitrio orbis univerſitas ſolvatur & ligatur, cujuſque judicium a cunctorum judicatione confirmatur, audire meruerit: *Ego pro te rogavi Petre, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando converſus, confirma fratres tuos:* cum etiam dicitum non exiſtat, quod ipſi ſecum non colligit, ſpargit; & nemo unquam ſub diluvio ſeculi, non in area poſitus, confugerit.

Sed quid ad iſta ſtudio exaggerationis intendimus? cur quotidianam remoramur? Porro negotium proviſtis & prudentibus, ſed parvulis & ignaris poteſt eſſe liquidum, quod de præmiſſis multum ſit devotionis & obedientiæ exterminatum: præſertim cum litterarum noſtrarum ſeries, per quas mandavimus ut proceſſus contra hujuſmodi peſtilentes, ſecundum formam concilii generalis, & nuper a nobis editæ, haberentur, mandati tranſgreſſoribus excluſionis ſuffragium non acquirat: quia cum poſt proceſſum habitum authoritate apoſtolica contra ipſos, ſi criminis vel immunes a macula hæreticæ pravitatis eſſerent, dubitet imminenter, ad examen noſtrum omni A

ANNO CHRISTI 1235.

*. *Ubi vero Dominus*

Anno Christi 1237.

GREGORII PAPÆ IX. EPISTOLA ALTERA AD SOIDEN.

De indicenda Conradi Marpurgensis interfectoribus pœnitentia.

CUm interfectores boum memoriæ magiſtri Conradi de Marpurg prædicatoris verbi Dei, ad ledem apoſtolicam accelliſſent, ejus miſericordiam & ſalutis lare conſilium implorantes: nos eis injunximus, ut in Jubilæum tranſirent Terræ ſanctæ. Quocirca præſentium vobis authoritate mandamus, quatenus poſt receptam ab eis ſufficien- B

*** MODUS CONSTITUENDI ABBATIS EXEMPTI

APUD ANGLOS POST CONCILIUM GENERALE LATERANENSE,

Sub papa Innocentio III. prout habetur in exemplo conſtitutionis Joannis II. abbatis Sancti Albani XXIII. Anno Dom. MCCXXXV. Henrici III. XIX.

Ex ver. cod. Mſ. de geſtis abb. S. Albani, in bibliotheca Cotton.

Ex tomo II. concilior. Magnæ Britanniæ.

JOannes ſecundus, Willelmo abbati ſucceſſit D ſeliter Joannis, ſunt conſeſſæ: quæ in illo libello inveniuntur, eum quibuſdam aliis, quæ experimunt modum & formam electionis.

Litteræ domino regi pro licentia eligendi.

EXcellentiſſimo domino & in Chriſto reverendiſſimo Henrico Dei gratia illuſtri regi Anglorum, domino Hiberniæ, duci Normæ & Aquitan. comiti Andegavenſi, devoti ſui frater & humiles, Prior ſancti Albani, & ejuſdem loci conventus, cum omni humilitate & devotione, æternam in Domino ſalutem. Veſtræ majeſtatis excellentiæ, quod venerabilis pater noſter Willelmus, quondam abbas eccleſiæ noſtræ, in fata deceſſit. Ideoque dilectos fratres noſtros N. & N. latores præſentium, ad vos deſtinamus, excellentiæ veſtræ, omni qua poſſumus devotione & lacrimarum effuſione, ſtetiſque genibus ſupplicantes, quatenus Divinæ pietatis intuitu, nobis gratiam impartientes, eligendi paſtorem liberam nobis concedatis facultatem: ſtatui domus noſtræ miſereicorditer, ſi places, compatientes, juxta neceſſitates, quas dicti fratres noſtri vobis exponent, primeodas. Valeat regia dignitas in æternum.

Kkk *Litte-*

ANNO CHRISTE 1234.

Littera amicis in curia pro expeditione.

URgentibus negotiis novis, & inopinatis emergentibus, piorum amicorum auxilium familiare, & consilium invocare, evidens quoque honestas, & compellit iustitia postulantes. Ideoque sincere paternitati vestræ, omni qua possumus devotione supplicamus, quatenus Divinæ pietatis intuitu, fluvii dominii & pacis necessitatem quas fratres nostri Ord. & N. latores presentium vobis duxerint exprimendas, misericorditer, & paterno fulventatis affectu: eo quod venerabilem pater noster Willielm. quondam abbas monasterii nostri, Divino nutu diem clausit extremum: nos monachos fuos, quasi orphanos, piorum consilio relinquens & auxilio destitutos. Quorum indigentiæ fe vestra dignetur paterna misericordia, ut Deus pater pupillorum digna mercede vestram remuneret pietatem.

Convocatio Priorum ad electionem.

FRater E. Prior sancti Albani, ejusdemque loci eivonus dilecto fibi in Christo tali vel tali Priori, falutem in Domino fempiternam. Quoniam venerabilis pater noster Willielm. quondam abbas monasterii nostri Divino nutu diem clausit extremum; & oportet per commune consilium eccliæ vestræ providere de pastore: mandamus, quatenus in crastino Annunciationis Dominicæ proximo affuturæ compares personaliter apud S. Albanum, una nobilcum tractaturus super electione abbatis. Quod si forte non poteris, justa ex causa impeditus, tunc te sub hac forma excules per litteras tuas patentes.

Excusatio Priorum non venientium.

VEris nobilibus, domino E. Priori de sancto Albano, ejusdemque loci conventui, frater N. Prior talis vel talis loci, falutem. Præpediente negotio certo, videlicet assignato, vel gravi detentus infirmitate, in crastino Annunciationis Dominicæ apud S. Albanum personaliter interesse non possum, una vobiscum super electione abbatis tractaturus. Itaque non expectata presentia mea in dicto negotio, quod vestrum est, exequimini. Valete. Obtentis igitur litteris a domino Berge de electentia eligendi, & congregatis fratribus de statuto, tam Prioribus, quam aliis, qui interesse debuerunt, & voluerunt, elegerunt solemniter Joannem de Herisford, Priorem de Herisford, monachum fuum professum, in pastorem animarum fuarum, virum plum & monachum ordinatum. Qui domino Regi præsentatus, ab eo favorabiliter, tum quod elegans & venerabilis extitit persona statura, tum quoniam audierat quod dapsilis & civilis ac sociabilis fuerat, dum Prior Herisfordiæ fuerat, eft fuscepturs. Et ideireo promptius, quia res femper dominum fancti Albani dilexerat, cui litteras petitorias fub hac forma transmiserunt.

Littera domino Regi pro electo recipienda.

ILluftri domino fuo ac magnifico Henrico Dei gratia regi Anglorum, &c. devoti fui femper & humiles E. Prior fancti Albani, & ejufdem loci conventus, cum omni humilitate & devotione æternam in Deo falutem. Regiæ excellentiæ vestræ dominum Joannem Priorem de Herisford, virum idonium & honeftum, quem, de benignitate & liceptia veftra nobis conceffa, in patrem nobis elegimus & paftorem, præfentamus, cum omni humilitate & devotione, fupplicantes quatenus ex innata vobis benignitate fofitaque clementia ergo nos & eccleftam noftram concepta & habita, dictum Joannem electum noftrum in gratiam recipiatis; veftrum eidem confilium, auxilium, & favorem, Divinæ fi placet intuitu pietatis, impendentes. Valete, &c. Dominus autem rex, cum hac audiffet, & perpendiffet progreffum noftrum ordinatum & humilem, non tantum fuum favorem impertivit & juvamen, immo domino papæ & amicis fuis in curia Romana fcripfit pro electo, fub hac forma.

Littera Regis fummo pontifici pro electo.

REverendo domino & patri in Chriffo cariffimo, domino Gregorio Dei gratia fummo pontifici, Henricus eadem gratia rex Anglorum, & dux Aquitaniæ, & comes Andegaviæ, falutem, & tam devotam quam debitam in omnibus tamo domino & patri reverentiam. Noverit fanctæ paternitatis veftra, nos electioni fuæ de fratre Joanne de Herisford, monacho S. Albani, in abbatem S. Albani, regium adhibuiffe favorem & affenfum. Et quoniam ad locum ipfum Roliqan immediate fpectat electionis prædictæ confirmatio: hoc fanctæ paternitati veftræ duximus, tenore præfentium, fignificandum, devote fupplicantes, quatenus electioni memoratæ confirmationis dignemini, fi placet, favoribili-ter impendere. Teffe meipfo apud Abendon 1. die Aprilis, anno regni mei xxx.

Littera regis cardinalibus pro electo.

VEnerabili in Chriffo patri, & amico fpeciali liter dilecto I. Dei gratia, titulo fanctæ Præxedis presbytero cardinali, Henricus Dei gratia Anglorum rex, &c. Quoties ingruente necefitate nos oportet pro noftris & licitis negotiis apoftolicæ fedis implorare fubfidia: ad eorumdem negotiorum expeditionem veftra nobis neceffaria eft diligentia, quam in omnibus veftris gratanter impendimus, & fedulitate. Cum igitur dilectioni fidelis de fratre Joanne de Herisford monacho S. Albani in abbatem ejufdem loci, regium adhibuerimus affenfum & favorem; & immediate poftmodum ad fedem apoftolicam recurrere fuppliciter patentirati veftræ duximus attente fuppliclandum, quatenus, cum nuncii & procuratores dicti electi, ad obtinendum, a fede apoftolica confirmationem dictæ electionis ad curiam venerint, ad affegurionem fui proprii, in hac parte, veftra diligentia paternitas eis auxilio & confilio fubvenire: per quam fuipventionem multiplicem vobis gratiam noftra, quam ex diverforum negotiorum promotione non dubitamus eis vos comparaffe. Teffe meipfo, &c.

Diligenti itaque fratres ad curiam Romanam, ut electionem rite factam impetrarent a fede apoftolica confirmari. Qui cum ad curiam, quæ tunc Perufii fuerat, pervenifient, allendentur regies apices domino papæ, & aliis amicis regis. Et cum refpexiffent illos & janiores & miniftros papæ, approbata fuit quamplurimum ab ipfo domino papa, & a cunctis cardinalibus, forma electionis, & maxime a domino Octone, qui domum & religionem S. Albani plurimum commendavit. Electione igitur confirmata, dicti fratres cum benedictione apoftolica gaudentes fent reverti, & ut audientes non latent, hæc eft confecutudo eligendi abbatem in eccleia S. Albani,

De

ANNO CHRISTE 1235.

De modo & forma eligendi abbatem.

COnfeffores tres vel quatuor jubentur diffiniri, & in virtute Spiritus fancti, utpote qui cognofcunt cordis & rerum fongulorum, ut ipfi eligant XII. modo IX. de conventu fratres electos fideles & peritos: ut ipfi, vel de feipfis, vel de ipfo conventu eccleiæ, vel de cellis, unum idoneum eligant in abbatem. De ipfis inquam, quia fic non confuevertunt antiquitus: immo de aliis quam feipfis, quod abfurdum fuit & diffonum rationi. Et in hoc variatus eft antiqua confuetudo, & in melius commutata. Ut enim electio & labor tantæ deliberationis faper hoc negotio nullatenus irritus habeatur & inanis: litteras habent de conventu patentes, figillo conventus munitoras, ut ipfe conventus, illum quem ipfi ex I. eligerent in abbatem, & fine contradictione aut difficultate unanimiter in paftorem fufcipere & gratanter. Unde feries negotii fic profecuta, a fummo pontifice palam coram omnibus eft commendata, & facta examinatione, authoritate apoftolica, illico confirmata, proeo quod unitas & concordia in domo S. Albani ingruerunt. Unde ab univerfis dictum eft, quod non fine nutu Spiritus fancti illud negotium fuerat profectum. Multitudinis exceffuum, quos erat eorum & anima gna. Verumtamen quia de perfona electi dubitabatur non conftabat, dedit in mandatis Priori & Landonienfi decano, ut tite facta examinationes a perfona electi, eumdem in abbatem confirmatum benedicerent, plene in omnem tam fpiritualem, quam temporalium admi-niftrationem influentes. Cum ergo redifient nuncii de curia, oftendebant litteras domini papæ apoftolicis memoratis, qui electo fcripferunt fub hac forma.

Littera pro examinatione.

HEnricus Dei gratia Elienfis & R. eadem gratia London. epifcopi Joanni de Herisford electo S. Albani, falutem. Mandatum domini papæ fufcepimus, in hæc verba, G. epifcopis, &c. Hujus igitur authoritate mandati noftri tranfmiffi, vobis mandamus: quatenus die Lunæ proxima poft feftum S. Laurentii in eccleia conventuali apud crucem Roffæ, comparatis coram nobis, & parati examinationem fubire, & electionis, Deo dante, confirmationem fufcipere, fecundum formam mandati apoftolici. Quod & abbas freit fub omni maturitate. Affirmabant utique tam epifcopi memorati, poftquam audierant, quam nuncii noftri, quod prædecor pontifex eft in hoc negotio. Londonienfis vero epifcopus variis & arduis negotiis præpeditus, ne ad locum veniret memoratum, fe excufavit literis fuis, fic fcribens.

Littera excufatoria unius commiffarii.

VEnerabili fratri & amico in Chriffo catholico H. Dei gratia Elienfi epifcopo R. divina mifericordia Londonienfis minifter humilis, & falutem & finceram in Domino caritatem. In negotio examinationis electi S. Albani, & confirmationis ejufdem, vobis & nobis a domino papa commiffo, variis prædictis negotiis, die Lunæ proximo poft feftum S. Laurentii apud crucem Roffæ, in eccleia conventuali interelle non poffumus. Idcirco non potentes eidem negotio, quod veftrum eft in dicto negotio exequimini. Valeat paternitas veftra femper in Domino.

Confirmatio.

COnfirmatus eft igitur electus, facta examinatione, fub tali fcripto. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus fancti: Inquifitis fecundum formam litterarum domini papæ, quæ circa perfonam Joannis electi S. Albani funt requirenda, tam per juratos, tam per proprie perfonæ examinationem, inventus ipfum ad regimen dictæ eccleiæ fufficientem. Unde electionem de ipfo factam authoritate apoftolica confirmamus. Quo facto mifit Elienfis epifcopus conventui S. Albani ad majorem certificationem litteras, fub hac forma.

Littera conventui de admittenda electo.

HEnricus Dei gratia Elienfis epifcopus, dilecto in Chriffo priori & conventui S. Albani falutem in Domino. Noverit univerfitas veftra, nos in juxta formam mandati apoftolici electionem de fratre Joanne de Herisford, in abbatem monaffterii noftri canonice celebratam, authoritate apoftolica confirmaffe. Quocirca auctoritate apoftolica, qua fungimur, vobis mandamus, in virtute obedientiæ diftricte præcipientes, quatenus cum-dem electum veftrum in abbatem & paftorem devote admittatis, obedientiam & reverentiam debitam eidem humiliter impendentes. Valete. Scripfit infuper idem epifcopus domino Regi fuper hoc fub hac forma.

Littera domino Regi poft confirmationem.

EXcellentiffimo domino Henrico tertio, Dei gratia illuftri Anglorum, &c. Henricus divina miferatione Elienfis epifcopus, falutem, cum fervientiam, & honorem. Noverit excellentia veftra, quod nos juxta formam mandati apoftolici electionem de fratre Joanne de Herisford, in abbatem noftri canonici Albani canonice celebratam, authoritate apoftolica confirmaffe. Quocirca excellentiam veftram rogamus, quatenus ob reverentiam fedis apoftolicæ, & ipfius electum benedictum commendatum, adminiftrationem dicte abbatiæ ejudem committatis. Valeat reverentia veftra femper in Domino. Scripfit etiam idem epifcopus Regi accepto: & palam publicatum chartam illam confirmationis.

Profecutio negotii.

OMnibus Chriffi fidelibus has litteras infpecturis, Henricus Dei gratia Elienfis epifcopus, falutem in Domino fempiternam. Noveritis, quod cum nobis & venerabili fratri noftro Londonenfi epifcopo, commiffum eft negotium, a domino papa examinationis perfonæ Joannis de Herisford, a electi in abbatem monaffterii fancti Albani, & confirmationis ejufdem, ipfique Londonenfi, ut fuo officio negotio exacto litteratorie, nos electionem ipfius Joannis in hunc modum confirmamus. In nomine Patris, Filii, & Spiritus fancti: Inquifitis fecundum formam litterarum domini papæ, a quæ circa perfonam electi S. Albani fratris Joannis funt inquirenda, tam per teftes juratos, quam a per proprie perfonæ examinationem, inventimus eum ad regimen dictæ abbatiæ fufficientem. Unde electionem tanquam de perfona idonea de ipfo a factam, authoritate apoftolica confirmamus. In a cujus rei teftimonium has litteras noftras patentes a bus figillum noftrum duximus apponendum. Acta a ano. Dom. MCCXXXV. die Lunæ proxima poft a feftum S. Laurentii apud crucem Roffæ. In cra-ftino igitur beatæ Virginis, in eccleia fancti Albani, ad majus altare, in præfentia epifcopi Londonenfis, & totius conventus in choro exiftentis, a præfentatus eft idem electus nomine impenditæ benedictionis, ubi apertæ funt litteræ inclufæ & bullatæ domini papæ, quas oportuit electum in abbatem benedictendum, profitendo palam legere, fub hac forma.

Profeffio.

EGo Joannes monafterii S. Albani abbas, ab hac hora in antea fidelis & obedientiam S. Petro, fanctæque apoftolicæ Romanæ eccleiæ, & domino meo papæ Gregorio, ejufque fucceffori-

ANNO CHRISTI 1235.

bus canonice intrantibus. Nos ero in consilio, A aut consensu, vel in facto ut vitam perdant aut membrum, aut capiatur mala captione. Consilium etiam quod mihi creditori funt, per se aut per nuncios suos, sive per litteras, ad eorum damnum scienter nemini pandam. Papatum Romanum & regnum S. Petri adjutor eis ero ad retinendum & defendendum, salvo ordine meo, contra omnem hominem. Legatum apostolicæ sedis in eunda & redeundo, honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica prepeditione. Apostolorum limina singulis trienniis visitabo, aut per me, aut per meum nuncium, nisi absolvat apostolica licentia. Possessiones etiam ad monasterium meum spectantes non vendam, nec B eas donabo, neque impignorabo, neque de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adjuvet, & hæc sancta evangelia. Hæc cooperta fuerunt, occulta, & clausa sub bulla, donec starez pontificalibus ad altare ecclesiæ, quando nullo modo potuerat ab ista obligatione resilire. Et cum rogallet abbas ab episcopo London. Roberto, quid Rome faceret? Episcopus, sicut jocundus extitit, concessit respondit, & subridens ait: Amice ut asseras, & veritas in verbis lastivat. Et quoniam super promissis certitudines, tenentibus de S. Albano scripsit in hac forma.

Littera domini Regis tenentibus abbatia post confirmationem.

HEnricus Dei gratia rex Anglorum, &c. militibus, liberis hominibus, & omnibus aliis C tenentibus de abbatia de S. Albano salutem. Sciatis quod electioni facta, de fratre Joanne de Hertford, in abbatem S. Albani, assensum regium præbuimus & favorem. Et ideo vobis mandamus quod eidem fratri Joanni tanquam domino vestro in omnibus, quæ ad prædictam abbatiam pertinent, intendeatis fitis & respondentes. Teste meipso apud Westl. xviii. die Aug. anno regni nostri xii.

Et tunc igitur abbas plenarie constitutus, cepit homagia & juramenta, & fidelitates omnium abbatiæ subditorum, installatus, & in omnibus abbas habitus & firmatus. Sed ut non latent simpliciores qualiter se gesserit dum esset electus, & qualiter in posterum se gerere debet electus, præ- D sentibus duximus inferendum.

Qualiter se gerere debet electus.

ANNO CHRISTI 1235.

POstquam electores nominarunt electum proprio nomine cum aliquo adjecto, sta sedeat ut unus electorum loquatur pro omnibus aliis electoribus, præsitto assensu Prioris & totius conventus, surgat electus & accepta venia supplicet omnibus ut orent pro eo, quod Deus det illi fic curam & affectum hoc suscipere, ut ad honorem Dei & ecclesiæ, & animæ suæ fiat salvationem. Facta autem oratione a priore quod fic fiat, & in fine oratorio respondente conventu Amen, incipiatur solemniter Hymnus, *Te Deum laudamus*, & ducatur, modeste & ordinate, assistente Priore ei in uno latere, supprione in alio, cum aliis dignioribus ecclesiæ perfonis propinquius in ecclesiam, & præsentetur Deo & S. martyri Albano ad majus altare, passato claustro, accensisque cereis circa altare, & discooperto feretro. Et toto corpore prostratus electus, oret breviter, sed præcordialiter, ut dignus tanto honore habeatur. Et finito sonitu dicatur ab omnibus: *Pater noster*, & Prior, *Et ne nos. V. Salvum fac servum tuum. Deus meus. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de Sion tuere eum. Dominus vobiscum*, & Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, dirige hanc famulum tuum in viam falutis æternæ: ut, te donante, placita tibi cupiat, & tota virtute perficiat, per Dominum. *Dominus vobiscum. Benedicamus Domino.* Deinde erigat se, & fac aliquo offendiculo aut mora ducatur in cameram, videlicet Prioris, quæ sua dum electus est, debet appellari: donec in abbatem creatus, in suam magnam cameram locedat. Et tunc poterit electus providere sibi de locis & de nunciis ad curiam Romanam destinandis, & invitare quos voluerit ad refectionem: fed tamen qui vocati sunt, de licentia prioris veniant. Nec erunt aliqui sub de licentia prioris, exceptis magnis obedientiariis. Electus autem etfi fuerit unus de ultimis novitiis, in loco fuprema illico statuetur. Et fi fuerit de parte prioris, quam nos chorum appellamus, transferetur ad eum chorum abbatis, ubi fuprema statuetur. Solus in refectorio prandebit fuprema, prior prandente ad magnam mensam. In processionibus fuprema ex parte abbatis præcedet, non in medio chorales ferens baculum, ut antiquitus temere convertit: ne forte in posterum casfatus, retrocedat, & tunc cum rubore incipiat locum novissimum tenere.

CONCILIUM NARBONENSE

EX TRIUM PROVINCIARUM EPISCOPIS.

In quo data consilia fratribus Prædicatoribus fidei inquisitoribus, quomodo se cum hæreticis gererent.

DE hoc concilio ita *Spondanus Baronianæ continuationi tomo I. ad annum MCCXXXIII.* Quo eodem, *inquit*, tempore habitum fuit Narbonne concilium sub Petro Amelii archiepiscopo: cui etiam interfuerunt Arelatenfis & Aquenfis archiepiscopi, una cum trium illarum provinciarum suffraganeis episcopis: cum mandato accepto a sede apostolica de consilio impertiendo fratribus Prædicatoribus, recens in illis partibus constitutis inquisitoribus contra hæreticos, quomodo se gerere adversus eos deberent: XXX. capitula considerent & pararent, quæ tamen eorum fautoribus imponendis, qui convincerentur, sive qui obstinati permanerent; ac de signis, quibus deteg. qui possent: tuntque valde severa, prout ferebat praxis ejus temporis. *Hæc Spondanus. Quæ omnia dilucidiori necesse est ex hujus concilii capitulis, quibus continentur, excerpta anni notitia, quam nobis habuerit nescio. Forte perfectius exemplar nobis erat, sui adscripsit annus. Forte etiam conjectura nota utitur, ex eo posita quod sufficiat a Gregorio IX. inquisitores ex Prædicatorum ordine, ad hunc annum aliqui referant.*

Capitula autem ipsa, hoc usque inedita hic præsentabo ex codice MS. Mauricii Telerii abbatis, qui fortunam summe illustreus eximiarum splendore

ANNO CHRISTI 1235.

virtutum & doctrinarum obfcurat. Quod exemplar A conciuli cum alii inter Sirmondi noftri fchedas reperto. Hæc in utroque exemplari eft inferipta: Concilium Narbonenfis, Arelatenfis, & Aquenfis, archiepiscoporum.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De panis hæreticorum, qui immunitatem carceris affectus funt.*
2. *De iis tradituris tranfmarinum jurandum.*
3. *De iis de aliis villis aut provinciis, ubi vifum fuerit, mittantur.*
4. *De pauperibus includendis carceres conftruantur.*
5. *Quod penitencia, inquifitorum difcretioni permittuntur.* B
6. *De converfi culpas fuas publice confiteantur.*
7. *De inquifitores injuriffis penitentia addere vel detrahere poffint.*
8. *De propriis facerdotibus cum committatur obfervationis penitentiarum.*
9. *De his qui in carcerem detradi debent, quid agendum, fi nimis fit eorum multitudo.*
10. *De his qui penitentiam carceris, vel aliam non perficientes, rebellant.*
11. *De his qui in carcere hæreftm reciderunt.*
12. *Quinam dicendi rebellare: quinam in hæreftm recidifle.*
13. *De receptatoribus feu fautoribus qui vel recidentes, vel penitentiales accipere refugerint.*
14. *Quinam exiftimandi fautores hæreticorum.*
15. *Ut favor rorum habeatur, qui cum poteftatem habeat, in eis non animadvertit.*
16. *De iis, qui cum poffint, prædictos non capiunt, aut juvant capientes.*
17. *Ut fratres Prædicatores a pecuniariis penitentiis abftineant.*
18. *Ut prædicti quilibet religionem ingredi non permittantur.*
19. *Ut carcere nemo excufitur propter fenium, &c.*
20. *Qui pertinent ad inquifitionem.*
21. *Ut inquifitores alii, fi quid norint, feribant ad eum cui culpabilis eft auctoritas.*
22. *Ne viftum nomina nerbo vel fcripto publicentur.*
23. *Ut nemo condemnetur, nifi convictus.*
24. *Ut ad accufationem, vel teftimonium, omnes admittantur.* D
25. *Qua exceptiones fidem teftium evacuent.*
26. *De eo qui convictus, pertinaciter negat.*
27. *Ut qui femel depofuerint, iterum non interrogentur, nifi de novis circumftantiis.*
28. *De credendum confeffori, de abfolutione feu penitentia dicinus.*
29. *De culpis, ex quibus credentes poffunt judicari.*

CAPITULA.

PEtrus Dei gratia Narbonenfis, Joannes Arelatenfis, Raimundus, *al* quenfis, archiepiscopi, ceteræque prælati, *quorum figilla huic charæ* fris appenfa: Dilectis & fidelibus in Chriſto filiis ordinis Prædicatorum fratribus inquifitoribus hæreticorum, per memorates & circumjacentes provincias conftitutis, *f*alutem in Domino.

I. De panis hæreticorum, qui immunitatem carceris affectus funt.

DUbitationes veſtras, prout poſſumus, amputantes, devotioni veſtræ duximus conſulendum: quatenus hæreticis, & eorum credentibus, receptatoribus, defen-

foribus, & fautoribus immuniratem carceris A affequutis, quam ex vobis aliqui eis infra certam diem ſpoute venientibus, pœnitentibus, & tam de ſe quam de aliis plenam dicentibus veritatem, conſulte & laudabiliter promiſiſtis, quia eum ſpoute confeſſis miſericordiam agendum, & quia per hoc Interitem faniem hæreticæ pravitatis facilius & melius deregi merito ſperabatis, ſicut & rei eventus manifeſte probavit, his pœnitentias injungatis: videlicet ut cruces portent, quæ que Dominica die inter epiſtolam & evangelium veſtibus aliquibus denudari, prout vifum fuerit pro qualitate temporis faciendum, faceredori parochiæ ſuæ Miſſam celebranti cum virgis in manu publice ſe præſentent, ibique recipiant diſciplinam: & idem faciant in omni proceſſione ſolemni. In prima etiam Dominica cujuſcumque menſis, poſt proceſſionem, vel Miſſam, vifitent nudi ſimiliter & cum virgis domos omnes, in quibus aliquando vifuerunt hæreticos in eadem civitate feu villa: & interſint omni die Dominica Miſſæ, ac veſperis, & ſermoni generali, ſi fiat in villa: niſi impedimentum habuerint fine fraude. Quod ſi forte villa fuerit interdicta, vel ipſi excommunicati, cuntas ecclefias. & domos in quibus viderunt hæreticos, diebus viſitent aſſignatis: & teneantur ſermonibus generalibus intereſſe: jejunent: limina Sanctorum viſitent: loco tranſitus tranſmarini, qui talibus conſuevit injungi. Fidem & eccleſiam per certos annos, ſeu menſes, ſeu dies, cum armis & expenſis propriis ipſe & vel per alios magis idoneos, contra Sarracenos, vel hæreticos, vel eorum fautores, vel aliter rebelles, ad mandatum & arbitrium domini Papæ, vel ejus legati, vel noſtri, vel alterius juxta ordinationem veſtram, defendere teneantur.

II. Ne iis tranſitus tranſmarinus injungatur.

Nec eis de cetero memoratus tranſitus injungatur propter domini papæ prohibitionem, ſuper hoc nuper factam: ne per ipſorum perfidiam violetur fidei firmamentum, ibi etiam ubi ceepit: quod non immerito timeretur, ſi eos hinc diſperſos, contingeret illuc per injunctiones hujuſmodi congregari: licet velit ipſe dominus papa, ut ab his, quibus idem tranſitus ante fuam prohibitionem injunctus fuerat, compleatur.

III. Ut in aliis villis aut provinciis, ubi viſum fuerit, mittantur.

Et ubi fuerit viſum expedire, de villa, in qua converſati fuerint, ejiciantur, in alia certa villa ſeu provincia ad tempus, vel perpetuo, moraturi.

IV. Ut converſis pauperibus includendis carceres conſtruantur.

Converſis ab hæreſi pauperibus includendis carceres conſtruantur. Et in neceſ-

ANNO CHRISTI 1233.

fariis providerant competenter, ne per tales nimium graventur prælati, vel eorum multitudini sortasse nequeant providere.

V. Quod pœnitentiæ inquisitorum diferendi permittuntur.

Hoc quidem ita perstringimus, non ut vos pœnitentias præteratas omnes ubique, vel omnes omnibus imponatis: sed ut eas secundum discretionem vobis traditam a Domino, pro culparum & personarum, locorum & temporum, & aliarum circumstantiarum qualitate, ita caute ac provide dispensetis, ut five plectendo, five ignoscendo, vitam culpabilium corrigatur: vel faltem valeat apparere, quis in tenebris ambuler, quis in luce: quis vere fit pœnitens, quis ficte converfus: nec inde veris catholicis scandalum generetur: nec præterea scandali, seu aiiquo alio, quantum in vobis fuerit, defendi poffit hæresis feu nutriri.

VI. Ut converti culpas fuas publice confiteantur.

Omnes vero faciatis culpas fuas, clero & populo convocatis, publice confiteri, & abjurare, atque juxtæ prout in mandatis apoftolicis, & ftatutis domini Romani pleno continetur: nifi ubi culpæ levitas, & fcandali enormitas, rigori etiam, huic quicquam oftenderent detrahendum. Et de fingulis fiant publica inftrumenta continentia culpas, abjurationes, promiffiones, & pœnitentias eorumdem: ne ulterius perire poffit vel latere veritas diu celata, nunc autem a Domino tam mirabiliter quam mifericorditer revelata.

Capell. Tolof. lib. 1. cap.

VII. Ut inquifitores injunctis pœnitentiis addere vel detrahere poffint.

Illa femper retentione caute adhibita, ut liceat vobis feu aliis inquifitoribus, feu quibus hoc Romana eccleſia, vel ille cui ex officio competit, duxerit committendum, pro veftro, & illorum arbitrio ac voluntate, injunctis pœnitentiis addere vel detrahere ex causa rationabili quandocumque.

VIII. Ut propriis facerdotibus cura committatur obſervationis pœnitentiarum.

Obſervationis etiam pœnitentiarum curam propriis eorum facerdotibus committatis: ita ut ipſi facerdotes penes ſe habentes pœnitentias ſingulorum parochianorum ſuorum, & circa earum obſervationes ſolite vigilantes, contemptores, ſi qui fuerint, vobis, vel quibus ſtatuerit is, denuncient ſine mora, proceſſuris in eos juxta formam inferius deſignatam.

IX. De his qui in carcere ſtrinendi debent, quid agendum: ſi nimia ſit eorum multitudo.

De hæreticis autem feu credentibus, præfata immunitate, quia veritatem de fe vel de aliis fuppreſſerunt, vel quia infra tempus indulgentiæ non venerunt, ſeu aliis indignis, paratis tamen abſolutis mandatis eccleſiæ obedire, & recognoſcere quam vel fuppreſſerant, vel negaverant veritatem: quamvis tales proculdubio fint fecundum ſtatuta domini papæ in perpetuo carcere detrudendi: quia tamen intelleximus vos de his tantam in pluribus partibus multitudinem inveniſſe, ut nedum expenſæ fed vix etiam lapides aut cæmenta ſufficere poſſint ad carceres conſtruendos: conſultimus ut eorum immunitatem, ubi expedire videbitur, differatis, donec ipſe dominus papa de illorum multitudine plenius ſit conſultus: nifi forte aliqui eſſent tam facinoroſi, ut de ipſorum impœnitentia, vel fuga, vel relapſu, vel corruptione, ſeu turbatione aliorum, merito timeretur: tales enim ſine ulla prorſus dilatione firmo & opportuno carceri deputetis.

ANNO CHRISTI 1233.

X. De his qui pœnitentiam carceris, vel aliam non perficientes, rebelles.

Porro illos hæreticos feu credentes, qui poſtquam juraverint mandatis eccleſiæ obedire, abſolutionis beneficium fuerint, vel non fuerint conſecuti, injunctam ſibi pœnitentiam carceris vel non intrando, vel poſt ingreſſum exeundo, ſeu quamcunque aliam ſervare, ſeu perficere renuentes, vel ſe ab ea recipienda contumaciter abſentantes, rebelles exiſtunt, & fic fuam impœnitentiam, fictamque converſionem aperte oſtendunt.

XI. De his qui in abjuratam hæreſim reciderunt.

Et illos qui poſt abjurationem erroris ſeu purgationem, deprehenſi fuerint in abjuratam hæreſim recidiſſe: ſæculari judicio ſine ulla penitus audientia relinquatis, animadverſione debita puniendos: cum ſufficiat tales per falſam converſionem ſemel eccleſiam decepiſſe, præſertim ubi tanta eorum invalut multitudo: licet eis pœnitentibus, nequaquam pœnitentia ſit neganda.

XII. Quinam dicendi rebellare: quinam in hæreſim recidiſſe.

Eos ſane qui legitime monti, contempſerunt ſuum, cum poſſint, gratis mendare non curant, indubitanter dicimus rebellare: ſed & eos recte intelligimus in hæreſim recidiſſe, qui poſt abjurationem ſuam, ſeu purgationem, ut præditum eſt, hæreticos ſcienter & libenter recipere, vel aliter eis favere non excuſabiliter præſumpſerunt: quia cum nec dubitari oportet illos ex priorici erroris conſequentia hoc feciſſe: maxime ſi ſpeciaſiter abjurarant, quod fecerunt, & ad hujuſmodi poenam ſe obligaverant ſponte ſua. Quod ſi occaſionem aliquam habuerunt, per quam a tam vehementi præſumptione valeant excuſari: faltem perpetuo carceri fine aliqua dilatione mancipentur.

XIII.

ANNO CHRISTI 1235.

XIII. De receptatoribus ſeu fautoribus, qui vel A reciderint, vel pœnitentias accipere refugerint.

Illos autem qui cum tantum receptatores, feu defenſores, feu fautores exiterint, & reconciliari fuerint, ſeu mandatis eccleſiæ juraverint obedire, in abjuratam culpam reciderint, ſeu pœnitentias accipere contumaciter refugerint, vel implere, & propterea fecundo fuerint excommunicationis vinculo, vel ipſo jure, vel per ſententiam innodati; fi redire voluerint, receptis ab ipſis talibus ac tantis fecuritatibus, præter juramentum cautionem, quod timore pœnæ temporalis ab exceſſu ſimili debeant coerceri, eos cum litteris veſtris teſtimonialibus plenam veritatem continentibus, ad dominum papam, pro abſolutione trahenda, & recipienda pœnitentia, tranſmittatis.

XIV. Quinam exiſtimandi fautores hæreticorum.

Plane inter fautores accipimus tam eos, qui hæreticorum ſeu credentium exiirpationem, ſeu correctionem impediunt, quam qui non dant operam ad id, quam non poſſunt ſine culpa omittere manifeſta. Ex diligenti tamen circumſtantiarum conſideratione, plus minuſve contingit culpa in talibus reperire. Nam multum favet hæreticis, ſi ve credentibus, qui celat, cum poſſit & debeat indicare: plus, qui eos occultando, ſeu aliter, ipſorum examinationem, vel incarcerationem, vel punitionem multiſoſe nitur impedire: plurimum, qui captos vel incarceratos relaxat præter eccleſiæ voluntatem: ſeu cujus conſilio, vel auxilio, mandato vel jure talia perpetraxtur.

XV. Ut fautor eorum habeatur, qui cum poteſtatem habeat, in eos non excindat vertis.

Cujus criminis reus incomparabiliter eſt habendus ille, qui temporalem habens juriſdictionem, præfatos fautores hæreticos ſeu rebelles ab eccleſia denotatos perſequi, & de ſua terra vel provincia exterminare poſſit ponit, vel in eos animadvertere ſine mora. Quippe nec caret ſcrupulo ſocietatis iniquæ, qui tanto facinori ſibi per denunciationem eccleſiæ, ſeu aliter, legitime manifeſto, tam creatur & poſſit, deſinit obviare: præſertim ſi ad hoc faciendum etiam juramento proprio ſe ſtrinxit.

XVI. De iis, qui cum poſſint, præditos non capiunt, aut ſinunt capiendos.

Sed nec illi ſunt immunes a crimine, qui cum ſe illis offert opportunitas loci & temporis, ac facultas, hæreticos ſeu prænominatos rebelles capere, capientesve juvare, nequiter prætermittunt: maxime ſi de hoc fuerint a capientibus feu capere volentibus requiſiti. Et quoniam plures & quaſi innebitigabiles funt modi nocendi: quibus hæretici eorumque credentes atque fautores nituntur vineam Domini Sabaoth demoliri, & eis eſt tam prudenter, quam virilizer occurrendum: curet veſtra devotio ſecundum datam a Domino gratiam, mala illorum agnoſcere, & ſalutarem apportunitatem inde: ſuppleatque diſcretio, quod ſcripto non poſſet facile comprehendi.

ANNO CHRISTI 1235.

XVII. Ut fratres Prædicatores a pecuniariis pœnitentiis abſtineant.

Similiter a fidejuſſoribus hæreticorum ſeu credentium qui fugerunt, & a decedentibus, qui pœnitentias non egerunt, vel ab eorum hæredibus, ſeu fidejuſſoribus, exactis per epiſcopum loci ex officio ſuo bonis pignoribus, & in aliqua æde ſacra depoſitis, ad dominum legatum pœnitentiarum injunctio referatur. Ab hujuſmodi enim pecuniariis pœnitentiis & exactionibus, vobis eſt abſtinendum pariter, & parcendum, propter veſtri ordinis honeſtatem. Cum & talis pleue alias negotji hujuſmodi executio vos oneret, & affligat.

XVIII. Ut prædicti culpabiles religionem ingredi non permittantur.

Ne autem per tales religionis ſimplicitas corrumpatur, vel ordo de præfatis culpabilibus religionem quamcunque ingredi, niſi ex domini papæ vel ejus legati indulgentia permittatis: & ſi qui ſine ipſorum & veſtri licentia poſt inchoatam inquiſitionem, vel ſi etiam ante, non tamen confeſſi, & canonice abſoluti, ingreſſi fuerint, revocetis.

XIX. Ut a carcere nemo excuſetur propter ſenium, &c.

Circa incarcerandos etiam duximus hoc addendum, ut a carcere nec vir propter uxorem licet juvenem, nec uxor propter virum, nec quiſquam propter liberos ſeu parentes, ſeu aliter neceſſarios, aut propter debilitatem, vel ſenium, vel aliam ſimilem cauſam, excuſetur, abſque indulgentia ſedis apoſtolicæ ſpeciali. Si qui vero culpabiles vel ſuſpecti ad veſtram pertinentes inquiſitionem, præſentes nec ſine, nec fuerint: & infra competentem terminum eiſdem a vobis peremptorie aſſignatum, & per eccleſias publicatum, non curaverint comparere, vel ſe legitime excuſare: contra eos tanquam contra præſentes non dubie procedatis.

XX. Qui pertinenat ad inquiſitionem.

Ad inquiſitionem quippe veſtram eos intelligimus pertinere, qui vel infra ejuſdem inquiſitionis limites deliquerunt, vel domicilium ibi habent, ſeu habebant quando inquiſitio coepta fuit, vel cum ibi morarentur occaſione officii cujuſcumque, publici ſeu privati, vel certum domicilium non habentes, ibidem inventi, citati fuerunt a vobis, five illis per quamcunq; cautionem aſtrictis, five non, inquiſitionem contra eos facere incœpiſtis, vel eis purgationem

forti-

ANNO CHRISTI 1237.

forſitan indiciis, Siquidem contra tales præſentes vel abſentes poteſtis procedere ac debetis: niſi forte ratione defectꝰ majoris, ſeu minoris, commiſſi alibi, vel ratione domicilii, vel alia, de prædictis inquiſitores alii procedere cœperint contra illos. Etenim cum in locis diverſis, & per inquiſitores diverſos, Deo auctore, inquiſitio celebretur: tutius & falubrius eſt, ut quiſque culpabilis in quibuſcunque locis deliquerit, uni & illi tanquam inquiſitori permaneat obligatus, a quo primo ex aliqua de cauſſa præfcripta, ſine fraude, & ſine periculo negotii, & animarum, fuerit occupatus.

XXI. Un inquiſitores alii, ſi quid norint, ſtribant ad eum cui culpabilis eſt aſtrictus.

Ita tamen ut inquiſitores cœteri, quicquid de illo noſſe poterunt, inquirant nihilominus & ſcribant inquiſitoribus illis, quibus iden culpabilis ſit aſtrictus: ſic enim quaſi vir unus pugnabitis, & vincetis.

XXII. Ne teſtium nomina verbo vel ſigno publicentur.

Illud autem caveatis ſecundum provídam ſedis apoſtolicæ voluntatem, ne teſtium nomina verbo, vel ſigno aliquo publicentur: ſed ſi caſſat contra quem fit inquiſitio, dicetis forte ſe inimicos habere, vel in ſcaliquos conſpiraſſe: inimicorum ab eo ſeu conſpiratorum nomina & inimicitiarum, ſeu conſpirationis cauſa, & veritas exigantur: ut ſic & teſtibus conſulatur, & ipſis etiam convincendis.

XXIII. Ut nemo condemnetur, niſi convictus.

Ad nullius vero condemnationem fineludis & apertis probationibus, vel confeſſione propria procedatis. Satius enim eſt facinus impunitum relinquere, quam innocentem condemnare.

XXIV. Ut ad accuſationem, vel teſtimonium omnes admittantur.

Quamvis in hujuſmodi crimine propter ipſius enormitatem omnes criminoſi & infames, & criminis etiam particeps, ad accuſationem, vel teſtimonium admittantur.

XXV. Quæ exceptiones fidem teſtium evacuent.

Illis tantum exceptionibus fidem teſtium ex toto evacuantibus, quæ non ex zelo juſtitiæ, fed de malignitatis fomite procedere videantur: ut ſunt conſpirationes & inimicitiæ capitales. Alia vero criminia, etſi debiliorem, non repellunt, præſertim ſi teſtes de crimine fuerint emendati.

XXVI. De eo qui convictus, pertinaciter negat.

Si quis tamen culpam ſuam, ex qua poſſit credens, vel hæreticus judicari, de qua plene per teſtes, ſeu aliam probationem conſtat, pertinaciter negare non metuit;

ANNO CHRISTI 1235.

re vel alibi ſunt confeſſi: ſi eos libenter & pluries receperunt, audierunt, viſitaverunt; victualia ſeu alia dederunt, ſeu miſerunt eiſdem: orationes ab eis vel epiſtolas, vel evangelia didicerunt. Hæc enim & ſimilia, vel eſt non probare ſingula, multa juvant: præſertim cum Joannes dicat in epiſtola: *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domo, nec Ave ei dixeritis. Qui enim dixit illi, Ave, communicat operibus ejus malignis.* Hæc autem omnia intelligimus, quæ non ſic credentes ſunt inventi, ſciebant illos, quibus vel per quos ita fiebant, eſſe hæreticos, vel Valdenſes: nec ignorabant quod ſancta eccleſia tales, propter errores proprios ſectáque ſuas damnabiles, ab unitate catholicæ fidei ſegregatos denunciat, & excommunicat, perſequitur, atque damnat. Nec dicentes hoc ignoraſſe, levius eſt credendum. Quis enim eſt ſolus ille peregrinus. qui damnationem hæreticorum, & Valdenſium neſcierit a longe *retro annis, tam jactiſſime factam: tam famoſam, tam publicatam, tam prædicatam, tot & tantis expenſis, laboribus, & fudoribus fidelium illecutam, & tot moribus & ipſorum infidelium ſolemniter damnatorum & publice punitorum, tam firmiter figillatam? utique non eſt ferendus ſic evidens diſcipulus mendacii magiſtrorum, fed potius cum ipſis damnatis damnandus, qui verum tam notorium diſtricte: quod etiam ipſius rei geſtæ modus ignorari non potuiſſe arguit

ANNO CHRISTI 1235.

convincit. Nam & latere voletes, & celari quærentes hæretici ac Valdenſes, fuis ſe tantum credentibus credunt, cum eiſdem ſuprædicta mala & ſimilia in latibulis perpetrantes. Quæ, etſi quidam ex his ſimiliter negent ſe illorum errores audiviſſe, vel auditis credidiſſe, a participatione tamen credendi eiſdem erroribus ſaltem implicite, immunes eſſe non ſinunt. Licet enim iſti nihil expreſſe dicant contra aliquem articulum ſpecialem, tacite tamen & per conſequentiam dicunt, cum dicant & ſentiunt verbo vel ſigno illos perfidos eſſe bonos: quos conſtat ab eccleſia reprobatos. Quinimmo cum ſuprædicta ſaluti animarum ſuarum proſpice credideriut, aut ſaltem extra eccleſiam eſſe credendo, aut quos eccleſia damnat, extra eam eſſe non credendo: proculdubio errauerunt. Inquirendum eſt diſcretioni veſtræ, dilecti filii in Chriſto, negotium iſtud, tam dominus papa, quam dominus legatus, in plerifque provinciis providerint committendum.

Hæc vobis ſcribimus, non ut vos velimus noſtris obligare conſiliis, vel arctare, cum non decet conceſſam vobis diſcretam arbitrii libertatem, aliorum conſiliis, fortaſſis, feu regulis, quam ſedis apoſtolicæ, in ipſius negotii præjudicium coarctari: ſed veſtram devotionem cupimus adjuvare, ſicut & nobis ab ipſa ſede apoſtolica eſt mandatum: ut qui noſtra portatis onera, conſilium a nobis & auxilium, in ipſo noſtro negotio, caritate mutua reportetis.

*** CONCILIUM REMENSE

APUD S. QUINTINUM VERMANDUÆ

Ab Henr. de Breuna Rem. archiep. & ſuffraganeis celebratum ann. Dom. MCCXXXV.

ANno Domini MCCXXXV. in craſtino beatæ Mariæ Magdalenæ continuato a die præcedenti, ad quem fuerat Conciliũm convocatum apud S. Quintinum, preſentibus domino Remenſi, Sueſſionenſi, Laudunenſi, Catalaunenſi, Novionenſi, Silvanectenſi, Ambianenſi, epiſcopis: preſentibus, etiam procuratoribus Ambianenſis, Atrebatenſis, Tornacenſis, & Cameracenſis, epiſcoporum, miſſis ad conſtentiendum iis quæ in dicto Concilio contingerent ordinari: preſentibus etiam procuratoribus omnium capitulorum cathedralium Remenſis provinciæ. Conſenſit totum concilium, quod in his laëdeatur eccleſia, & eccleſiaſticæ libertates provinciæ Remenſis. Videlicet in bannitione Thomæ de Bellomanſo, canonico Remenſi, in faiſitione bonorum capituli Sueſſionenſis facta per dominum Regem; & in eo quod denegavit regalia beatæ Mariæ Sueſſionenſis confirmatæ ab epiſcopo Sueſſionenſi; & in eo quod prohibuit epiſcopo Sueſſionenſi, ne eam benediceret, niſi prius captis ab ipſa regalibus: & de inhibitione facta capitulo, ne eam reciperet benedictam in eccleſia ſua; & in eo quod reliquias & alia ſacra ejuſdem monaſterii per baillivum ſuum ſecum fecit aſportari. Item in eo quod in curia ſeculari cum excommunicatis agentibus litigetur. Item in eo quod vult quod perſonæ eccleſiaſticæ probent per duellum in curia ſeculari homines de corpore ſuo eſſe: item conſentit concilium de negotio Remenſis eccleſiæ, quod dominus Rex debet credere domino Remenſi ſuper ſententiis latis in eives Remenſes auctoritate apoſtolica: nec de iis pro quibus excommunicatos eos dicet, Rex aliquam debet facere inquiſitionem. Item in hoc conſenſit concilium, quod ſi dominus Remenſis requiſierit Regem ut ei præſtet auxilium in emendandis exceſſibus civium Remenſium, pro quibus fuit excommunicati: præſtare tenetur eidem auxilium, nec ſuper hoc aliquam debet facere inquiſitionem. Item in hoc conſenſit concilium, quod D. Remenſis non teneatur reſpondere ſuper homicidio aut alio crimine tangente perſonam ipſius, civibus Remenſibus in curia domini Regis juſtitiariis deliberatis, nec etiam ſuper alio, niſi fuerit in defectu, "ſi non collegit diem coram domino Rege contra eos, maxime cum ipſi eſſent excommunicati

a Deeſt vel. deſunt: nec deliberatis fuit, nec etiam ſuper alio, niſi fuerit in defectu, &c.

ANNO CHRISTI 1235.

dicati. Item in hoc consensit concilium, quod dicti episcopi personaliter accedant ad dominum Regem, & nuncii capitulorum ita quod præsentes sint hac instanti die sabbati, ubi dominus Rex erit, ad suppliandum dominum Regi ex parte concilii super permissis, antequam recedant a curia domini Regis. Allignata est etiam dies Dominica post festum beati Petri ad vincula, apud Compendium, de communi assensu totius concilii, ad celebrandum concilium super præmissis. Et injunctum est procuratoribus capitulorum, quod ad dictam diem mittant capitula procurationes ad concilium sine alia citatione, ad consentiendum iis quæ in dicto concilio contigerit componi et ordinari.

A nullo fuerit defectu ergo eos, & cum ipsi sint ec- communicati. ANO CHRISTI 1235.

Item suppliciat concilium, ut baronibus Francia a domino Rege de Thoma de Bellomanico canonico Remensi, & subdiacono, revocet eumdo quo facta est.

Item suppliciat concilium, quod dominus Rex non compellat personas ecclesiasticas probare per duellum in curia sua homines quos dicunt sua ipsius de corpore.

Item suppliciat concilium, ut & dominus Rex revocet ea quæ sibi nova temporalium capitula Suessionensis, quam fecit, eo quod dictum capitulum non vult litigare coram eo super eo super quo litigatum est, & responsum, & sententia lata in curia ecclesiastica.

Item suppliciat concilium, no regalia denegat ecclesiæ S. Mariæ Suessionensis, confirmatæ ab episcopo suo, & ne inhibeat episcopo Suessionensi ne eam benedicat, nisi prius ab ipso recepta regalibus; seu capitulo, ne eam recipiat benedictam in ecclesia sua; & ne de reliquiis & aliis sacris quæ fecit per ballivum suum asportari, & fregato ibi fe intromittat ulteriùs, sed ecclesiæ faciat restituiri, & ne non excommunicatos excommunicatis communicare compellat.

Item suppliciat concilium, non ex parte concilii, ne dominus Rex adigeret eis diem, live alius, nihilominus fuerint, sed in certo loco, cum vix hoc possit fieri sine periculo cadit.

Facta autem suppliciatione modo prædicto, dixit dominus Rex, quod super hoc haberet consilium: & habito consilio respondit, quod inde plenius consilium volebat habere, & super hoc rediens abat die dicti concilium prædictæ Assumptionis B. Mariæ apud Meledunum. Quo audito, dominus Rex & dicti episcopi cum prælatis nuncis capitulorum, fecerunt in partem, & habito consilio in hoc convenerunt, quod diem illam colligerent: sed super duobus articulis primis, tellicet de negotio Remensis ecclesiæ archiepiscopi, & bannitione Thomæ de Bellomanico, canonici Remensis nequeunt dominum Regem. Et egressi coram domino Rege super illis duobus ipsum ex parte concilii monuerunt, & diem præfatam ad eodemdem responsionem domini Regis collegerunt.

Ano Christi 1235.

SUPPLICATIO FACTA DOMINO REGI PER DEPUTATOS

Præcedentia concilii,

ANno Domini MCCXXXV. in octavis beatæ Mariæ Magdalenæ, fuerunt apud Medelentum dominus Remensis, Suessionensis, Laudunensis, Catalaunensis, Noviomensis, Silvanectensis, & Morinensis, episcopi, cum nunciis capitulorum cathedralium Remensis provinciæ: qui tunc affirmarunt ibidem & Compendii coram ex parte concilii domino Regi sub hac forma.

Supplicat totum concilium Remensis provincie pro ecclesia Remensi & archiepiscopo, ut dominus Rex præstet auxilium suum in emendandis excessibus civium Remensium, qui notorii sunt, & evidentes eidem, apud Atrebatensem expressis, pro quibus & iure excommunicati per provinciam Remensem denunciati, & excommunicatione non feliciet dominus Rex debet credere archiepiscopo, cum in cures Remensis auctoritate ecclesiastica dicitas sententias proculerit: nec super hoc debet dominus Rex aliquam facere inquisitionem.

Item suppliciat concilium, quod dominus Rex non compellat vel spondere archiepiscopum Remensem super homicidio vel alio crimine tangente personam ipsius, civibus Remensibus in curia sua, cum sint juftitiabiles sui ac fideles: nec etiam super aliquo alio, cum non fuerit in defectu: nec reputet cum dominus Rex in defectu, si non colligat diem coram ipso contra illos, cum in

CONCILIUM REMENSE

COMPENDII HABITUM AB EISDEM,

Anno eodem.

ACta anno Domini M. CC. XXXV. Dominica post festum beati Petri ad vincula, ad liquata apud Compendium ad celebrandum provinciale concilium, præsentibus domino Remensi, Suessionensi, Laudunensi, Catalaunensi, Noviomensi, Silvanectensi, & Morinensi, episcopis; & præsentibus procuratoribus Ambianensis, Atrebatensis, & Cameracensis episcoporum, nec non præsentibus nunciis capitulorum cathedralium Remensis provinciæ, absente Belvacensi episcopo, qui ad Romanam curiam profectus erat, confentit totum concilium, quod dominus Rex monebitur secunda super negotio Remensis ecclesiæ & archiepiscopi, & bannitione Thomæ de Bellomanico canonici Remensis, per archiepiscopum & suffraganeos suos præmissos, aut illos de eorum suffragancis, qui præsentes fuerint: præfatibus etiam dictis procuratoribus episcoporum, præsentibus insuper & consentientibus nunciis capitulorum cathedralium Remensis provincie. Omnes enim prænominati absentes, quod Meledunum in crastino quindenæ Assumptionis beatæ Mariæ, hora competenti, coram domino Rege, qui monit

Hic nos deficit MS. codex.

Eodem autem anno habitum fuisse Silvanecti ab iisdem episcopis his contravertitur concilium duodecimum provinciale, ad ann. M. CC. XXXI. item & Cl. Hermannus in Augusta Vermandorum illustrata, in eo negotium deducit, quod Compilia Compendii & Silvanecti celebrata fuit Quisquis ista falso vulgavit.

MONI-

ANNO CHRISTI 1235. Ex regestis Archiep. Remensium in Archivio Archiepiscopali Rhemensi. Hæc ultima in his deficiunt ad Mar. Spondanum, qui duodecimum Concilium Provinciale ad annum 1235. omittit, cum tamen in eo multum pondet. Ita ait Labbeus.

MONITIO

Domino regi Francie facta per abbates sancti Crispini, sancti Dionysii Remensis, & Essonis, auctoritate Concilii Provincialis Remensis, apud Compendium celebrati, anno Domini MCCXXXV.

REverendis Patribus dominis suis Henrico Dei gratia Remensi archiepiscopo, & omnibus suffraganeis: Leo sancti Dionysii Remensis, & G. Essonis abbates, debitam obedientiam cum salute. Noverit paternitas vestra, nos quidam receptile litteras, sub hac forma: Henricus Dei gratia Remensis archiepiscopus, totumque concilium provinciale Remensis provinciæ apud Compendium congregatum; dilectis filiis in Christo sancti Crispini majoris Suessionensis, sancti Dionysii Remensis, & de Essone Suessionensis diœcesis abbatibus, salutem, & sinceram in domino caritatem, Auctoritate nostra vobis in virtute obedientiæ districte præcipiendo mandamus, quatenus ad dominum regem personaliter accedatis: ita quod feria secunda post Exaltationem sanctæ Crucis, ubi fuerit, interfitis; ipsum monentes ex parte nostra super negotio ecclesiæ & archiepiscopi Remensis, & super bannitione Thomæ de Bellomanico canonici Remensis, super quibus idem dominus rex alias fuit monitus ex parte concilii, secundum quod in actis super hoc confectis plenius continetur. Quod si non omnes iis exsequendis C interfuerint, duo vestrum nihilominus exsequatur. Actum apud Compendium anno Domini MCCXXXV. mense Augusto, die Dominica purificata. Hujusmodi igitur mandati auctoritate, non ad illustrissimum regem Francie ad dictum diem apud Victoriacum juxta Parisios personaliter accedentes, ipsum monuimus secundum formam superius annotatam. Datum anno Domini MCCXXXV. mensis Septembri,

Secunda monitio facta domino Regi.

Anno Domini MCCXXXV. Sabbato ante Nativitatem beatæ Mariæ virginis, præsentibus dominis Suessionensi, Laudunensi, Catalaunensi, D Noviomensi, Tornacensi, Silvanectensi, episcopis, præsentibus etiam procuratoribus Ambianensis, Atrebatensis, Morinensis, episcoporum; nec non præsentibus procuratoribus omnium Capitulorum Remensis provinciæ, absente episcopo Belvacensi, qui ad Romanam curiam profectus erat; & absente Cameracensi episcopo, qui ad imperatorem iverat: fuit monitus dominus Rex apud Sanctum Dionysium, de negotio Remensis ecclesiæ & archiepiscopi, & de bannitione Thomæ de Bellomanico, canonici Remensis: & hæc fuit secunda monitio facta ex parte concilii Remensis provinciæ.

CONCILIUM PROVINCIALE, E

Habitum apud Silvanectum a dicto domino Henrico de Brenna, anno MCCXXXV.

ACta anno Domini MCCXXXV. feria quarta post festum beati Martini hiemalis conti-

A nuat: de die in diem, a feria tertia præcedente dictum festum; ad quam dictam vertam ferium dies erat allignata ad concilium celebrandum apud Silvanectum: ut poenæ bona & competens, sine dilatione, ordinaretur & statueretur contra dominum regem, sinon pareret monitionibus sibi factis super negotio archiepiscopi & ecclesiæ Remensis. Igitur quarta feria prædicta, præsente domino Remensi, Suessionensi, Laudunensi, Catalaunensi, Noviomensi, Ambianensi, Attrebatensi, Silvanectensi, Cameracensi, Morinensi, episcopis; præsentibus etiam procuratoribus Capitulorum cathedralium Remensis provinciæ, absente & excusato Tornacensi episcopo propter propriam corporis infirmitatem, & absente episcopo Belvacensi, qui ad curiam Romanam profectus erat. Cum dominus Remensis, cum domicis episcopis suis, feria tertia proxima ante dictam feriam quartam, de dicta poena tractaret, & dicti Laudunensis, Noviomensis, Ambianensis, Attrebatensis, & Silvanectensis episcopi, una cum procuratoribus dictarum Capitulorum, excepto Remensis & Belvacensi, concorditer responderent; quod poena erat competens & bona, & in cathedralibus ecclesiis, & capellis episcoporum subinsita voce approbaretur: Nos archiepiscopus, una cum reliquis episcopis, videlicet Suessionensi, Catalaunensi, Cameracensi, & Morinensi, attendentes quod dicti episcopi non faciebant quod promiserant & debebant; ordinavimus & statuimus poenam istam. Cum dominus Rex non pareret monitionibus sibi factis; nos interdicimus totum dominium ejus situm in provincia Remensi; ita tamen quod exhibeantur ibi viatorum & baptisma, Ex nunc excommunicamus omnes episcopos, qui pœnam hanc non observaverint, & in suis diœcesibus observari facient, publicaverint, & publicari fecerint in crastino beati Andreæ, quod præfigimus ad dictam poenam publicandam: Alios autem omnes ex nunc excommunicamus, fuspendimus & dictam poenam non observaverint a dicto termino publicationis præfixo,

CONSENSUS

Episcoporum provinciæ Remensis, ut Concilium superius demandetur executioni.

Anno Domini MCCXXXV. in concilio apud Silvanectum celebrato feria quarta post festum beati Martini hiemalis consentiunt Suessionensis, Catalaunensis, Cameracensis, & Morinensis episcopi, quod dominus Remensis publice, & facie ad publicari & observari faciat sententias in eodem concilio latas, rebelles & contradictores paniat secundum quod viderit expedire, absolvat & in forma ecclesiæ illos, qui in dictas sententias inciderint, si ab eo absolutionem petierint, & dictas sententias fe promiserint de cetero servaturos. Consentiunt etiam quod ipse possit in præmissis concedere vices suas alii, vel aliis, juxta tum beneplacitum voluntatis, In cujus rei testimonium præsentes litteras sub sigillis suis muniverunt.

PRÆ-

ANNO CHRISTI 1231.

PRÆCEPTA ANTIQUA

Seu Institutorum Synodalium dioecesis Rotomagensis a Saecerdotibus observandorum opusculum, ab infiginbus auctoritate viris de mandato archiepiscopi ad eorum informationem exaratum.

Prodeunt itenum cum accessione inedituorum LXIII. capit. ex Mss. codd. Carnot. Capituli, & altero Ebroicensis Monast. ann. 400. Recognita sunt post vet. edit. & in hanc multis emendata, ad ea dem codd. Bigotianum item cum 200. & recentius Fiscannense; necnon collata cum Statutis Bajocensibus & Lexoviensibus, quæ paucis immutatis, ipsa sunt præcepta Petri de Collemedio.

OBSERVATIO PRÆVIA.

Hæc præcepta jam e pulvere subduxi, eorumdem apographum fusius & emendatius e Mf. Capituli Carnot. nobis de la Pommeraie & V. C. D. le Beuf typibus excudere Canonicus & Sorbonicæ Doctor Sedanus, cæ superioribus curatis, ipsi jam exhibemus, animum a cæpto non repulit quidem iis quæ ecclesiæ Cenomanensis specialia sibi videbantur. Ordinum autem primum prodiderit, fecio antecedenti defectu; nec enim ullum ejusmodi in ecclesiæ primum est fatium vel ex ipso Gratiani codice certo colligere videtur. Cap. siquidem hic extat: *De Clericis non destinatis, aut legitime*. & Gratianus ipse: *Clerici non destinati in certa Ecclesia sunt Acolythi, qui ceteris Acolythis officio pro una & suffragantis ecclesiis sibi subditis*, quam pro retentis ab hoc inferiora, nonne negaverit. Cap. item eius facit de impudicitiis pœnitentibus sui fimis ecclesiarum, præter confessionem Episcopi vel Archiepiscopi impositis, prohibendis. Cap. demum LXXIII. nomen Archiepiscopi, quod alii in Appendicem remittuntur, exspectes minime.

Cæpiscopum autem Archiepiscopum a Pro Rotomagensi ex codem Carnot. cod. cap. LXXII. haud obscure colligitur, dum is qui ad consecrandum Cathedralem in Normannia adumbratur hæc subdit: *Sales enim dici quod idem sonat nos Rot Angelice, Dux Normannie. & Comes Andegavie: & ita erat tres personæ; nec dicerunt quod Rex Anglie esset homo Regis Francie, sed de Duce Normannie bene concederemur*. An ullum præter Rotomagenses talia fapiant, pares cordatos judicium esto.

In hac cudendi ordinem in hac parte fuperioem efficiunt, tum poffeffio ipfa, inligne documentum juris, quam paciscatur nemo nec nolimante hæc ufque omnes & obtinemus: tum Mfc codicum copia numerofior: eorum item vetuftas dicere ligeat, necnon quæde Decretis noftræ fuffragantium ecclefiarum ftatuta ipfis hinc inde colligere videbamur. In demum locis quæ ex *Interpolatione Camotis* infcribuntur, omnes noftræ ecclefiæ in Provincia Concilium noftro anni 1231. v. g. tinuere. Quæ ex *Concilio Turonenfi* cognofcuntur in Ecclefiæ, in Regnum ipfum dioce eft. *Ex Concilio Meteogolitano*, aliique cap. XIX. Concilii Provincialis Rotomagi anno 1231. celebrati, ore in alio Turonenfi ante id temporis apparoit.

Verumtamen ea adverfa fuerit quæ Cenomanenfi ecclefia D. le Beuf fupra laudatus, valida, aut opinabatur, contentiquoes argumenta. 1. Ex teftimoniabus S.S. Gervafii & Protafii, ac S. Juliani Cenomanenfis ecclefiæ patronorum. 2. Ex excommunicatione Manceniarum Ecclefiæ Aurelianis, ut nonum eft.

At quæ quidem vivi, nil aliud poterius inde conficiuntur, nifi cuftodem Cenomenfem ex altero Cenomanenfis ecclefiæ auctus jam quatuor ciefcipatum fuiffe. Ea quippe apud majores noftros fumma ingenuitas, illud unanimitatis communione nifique ecclefiaftica communque fpiritualium fuit, ut e contra propemum, maxime vicinarum, quæque a nemine fanæ opinus videbit omni, citra verecundiam vel cujufquam invidiam, quafi ex communi bono, deliberare aut deliberare, ac prono opportunum videbatur, fuas concordantiæ ufurpare. Illud præterea accede in unum Ecclefiæ cognofcere, ut ab prohuerit, ut in facris, falcon infra idem regnum, ecclefia ab ecclefia vix diffideres, ac ferat una erat omnium fides, & & pati formis perfeverarent difciplina.

Cæterum quod ad Præcepta de quibus nobis fermo, utrique eadem ipfa pauli prorfus ratione quamplures fibi rendentem ecclefiæ v. g. primæ Neuftriacæ, Andegavenfis, Rhemenenfifque, caput expreffo nomine profluxit in Bibliotheca Bigotiana, non modo fententiæ & quinquagenta manu exarata, quæ Pontificum Romanorum ineunte fæculo.

Maneat itaque ut fapientiffimo hpuculum effe a viris tenditione ac difciplinæ ecclefiaftica non penitus confpicuis de mandato Rotomagenfis Archiepifcopi collectum & adornatum, unde fuffragnæi viri nitiofque Epifcopi fibi, pubus conveniens videbatur, *ftumpfcirtes*.

At confidum, inquies, Rotomagenfis Archiepifcopus? Pro Petro de Collemedio ftant forte univerfi & fane dum fequences fuas conftitutiones *Præcepta antea inferipfit*, ad antiqua profecto videtur *Statuta*.

Ut ut fit, & cujufcumo candem fontem fuerint Præcepta; fenius antea 1231. videntur prorfus pofte, ob exemplum videlicet Tintitatis, dudum ab eo qui fimul & fenuit fuiffet Rex Anglice, dux Normanniæ, ac Comes Andegavie, & fe quæ ere: ipfum. Cum a Normandia Rex Anglorum excidiffent jam Anglo ab anno 1204. obfolerum fuiffet exemplum, quod quo ferebat ut virtutem & cuiliber obvium.

In hac porro editione nonnulla capitula in duo ferare neceffe fuit, ea eo quod a titulo pars altera prorfus abhorreret: nihil, item, novum titulum approbamus, ut mihi conveniens.

I. *Quomodo perfone Ecclefiaftice ante Synodum fibi a* rant *hofpitia; & in. eis circumfpecte fe* habeant, *ne ftatus Clericorum vertatur populo in opprobrium & contempnum: & qui ex caufa remanferint, cum Decano, & Decanus Archiepifcopo ftudeat nunciare.*

debeat providere.

De Dominica Synodum præcedente, Sacerdotes qui Capellanos non habent in fuis Parochiis, diligenter inquirant publice in Eccleſia ſi qui ſint infirmi in Parochia, & feria ſequenti, ſive antequam iter arripiant, ſive viſitent, etiam non requiſiti, & feciant quicquid neceſſe fuerit ad ſalutem animarum. Nihilominus tamen proviſionem eorum procurantes, quæ ſolent facere per Capellanos in aliis Eccleſiis remanentes.

II. *Ut omnes curam animarum habentes veniant ad Synodum.*

Præcipimus ut omnes veniant ad Synodum, maxime curam animarum habentes. Et ſi inevitabili neceſſitate detenti fuerint, mittant Capellanum ſuum aut Clericum loco ſui. Et in cundo & redeundo honeſte ambulent; & honeſta quæ-

III. *Ut ſejuni intrent Synodum.*

Præcipitur Sacerdotibus ut ſejuni & indufi ſuppelliciis & ſtolis manæ intrent Synodum; ceteri autem perfonarum ibi Eccleſiaſtica habentes, ſuperlliciis tantum: Abbates autem cappis ſericis intr induti. Præcipitur ſub pœnis ſuperioribus quod a tempore publicationis Synodi, omni occaſione poſpoſita, majorem Eccleſiam omnes intrare feſtinent.

IV. *De Baptiſmo.*

Baptiſmus cum honore & reverentia celebretur, & cum magna cautela, maxime in diſtinctione verborum & prolatione, in quibus tota virtus ſacramenti conſiſtit, ſcilicet: *Ego te baptizo in nomine Patris*

ANNO CHRISTI 1231. Statuta Bajoc. Gallica. & Conſtand. penult.

Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen. Et in Romano ſub hac forma latius docetur Sacerdotes frequenter, debere baptizare puetos patrem & matrem præſentes, in ſumma neceſſitate. « Forma autem verborum prædicta ab eo qui baptizat, integre, ordinate, continue, ſine interpoſitione aliqua proferatur.

V. *De eodem.*

Interrogetur autem laicus qui ſic puerum baptizat diligenter a Sacerdote qui aderit, & quid fecerit: & ſi eum invenerit diſcreto modo & debito baptizaſſe, obſtato puero ad Eccleſiæ fores ſuppellatur quod eſt, ſcilicet pabulum ſalis, autrium & narium limitio eum ſaliva, exorciſmi tamen non dicantur; ſuper fontes tamen ſine immerſione omnia fiant quæ ſolemn fiere: Si vero dubium fuerit in quibus verborum puer baptizatus fuerit, tunc Sacerdos omnia faciat, & interrogando *Quid eſt: Sim non baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.* Ad elevandum etiam puerum de fonte fonte unus ſit aut duo ad plus, tres tamen recipiantur pro cariatione ſervanda.

VI. *De Confirmatione.*

Sacerdotes ſcientes adventum Archiepiſcopi, moneant populum diligenter, etiam per hoſpitia ſingulorum, ſi opus fuerit citra duas aut tres leucas, ut omnes confirmandi eorum Archiepiſcopo ad audiendum ſermonem, maxime qui confilio Archiepiſcopi indigent, & ipſi cum populo conveniant Archiepiſcopum præſentem vero qui confirmandi fuerint, prius confiteantur; ſi tempus habeant confitendi, & deferant ſecum bandeollos latos, mundos & latis longos, & laventur frontes confirmandorum: jejuni autem ſi fieri poteſt recipiant hoc ſacramentum, & tunc non celebrent Sacerdotes niſi ſummo mane.

VII. *De Confirmatione in miniſterio Altaris.*

Sacerdos miniſtrans diligenter attendat quod hoſtia ſit integra, & integrum habeat circulum, & quod vinum non ſit acetoſum, & quod aquam modicum infpectus vini appareat non omittat: Si autem aliquis aquam omiſerit, quando advertit, apponat aquam ſi fieri poteſt ſine ſcandalo. Sivero per negligentiam evenerit, quod perfecto Canone & peracta conſecratione, ne vinum nec aqua D reperatur in Calice, debet ſtatim infundi utumque, & hoſtia ſic conſecrata ſeorſum reverenter reverenter. Eſſe autem aurea vere fieri ſoler ante Calicem apponatur, & reinciptiatur Canon Miſſe: *Teigitur*. Pro Communione vero, prior & ſecunda hoſtia ab ipſo Sacerdote conſumatur.

VIII. *Ut nec panis, nec vinum remaneat ſuper altare in Miſſa.*

Caveant Sacerdotes ne panis, vel vinum remaneat ſuper Altare infra Miſſam: præterilla quæ ab ipſo ſunt conſecranda: & ſi quid forte remaſerit, ab ipſo Sacerdote ſeu ab alio mundam conſcientiam habente cum reverentia ſumatur.

IX. *De eodem.*

Præcipitur Presbyteris ut quando incepterit in Canone: *Qui pridie*, tenentes hoſtiam non elevent eam: ſed ante pectus deinceat, donec dicaterint: *Hoc eſt enim Corpus meum*. Et tunc reverenter elevent eam & decenter, ita quod poſſit videri. Et poſt totalem ſompletionem Corporis & Sanguinis Domini, aliquantulum ab expando abſtinent. Et ſi abſtinere non poſſint, in loco mundo hoc faciant, qui conculcari non poſſit.

Concil. Generat. Tom. XIII.

X. *Quomodo fieri debeat, ſi quid de Sacramento ceciderit.*

Si quid de Sanguine Chriſti ceciderit ſuper corporale, lingenda eſt purificatrix: & ipſum corporale, panno aliquo mundo involutum, proreliquiis eſt ſervandum. Si ſuper pallam, vel ſuper aliquod ſacrum indumentum, pars intincta prius fugatur, & poſtea ſcindatur, & conſuta panno mundo, ſerveturpro reliquiis; tamen quod ſuper pannum eodula conſutur continetur: *Super hoc linteamen fuit ſcindit Sacramenti*. Si ſuper aliud vaſe ſuppellatur quod eſt, ſcilicet pabulum ſalis, autrium & narium limitio eum ſaliva, exorciſmi tamen non dicantur; ſuper fontes tamen ſine immerſione omnia fiant quæ ſolemn fiere: Si vero dubium B fuerit in quibus verborum puer baptizatus fuerit, tunc Sacerdos omnia faciat, & interrogando *Quid eſt: Sim non baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen.* Ad elevandum etiam puerum de fonte fonte unus ſit aut duo ad plus, tres tamen recipiantur pro cariatione ſervanda.

XI. *Quomodo fieri debeat, ſi aliquid ceciderit in Calicem.*

Si muſca vel aranes, vel aliquid tale in ipſum Calicem ceciderit, quod vix hoc vomite, aliquando non ſine periculo corporis ſumi poteſt: C languis fumatur, & ſuperfuſo vino ipſum quod ceciderit abluatur, & abluta a ſacerdote ſumatur, vel ab alio bona conſcientiæ, & poſtea in ſacrario comburatur.

XII. *Ut Corpus Domini, Chriſma, & Oleum catechumenorum ſub clave.*

Euchariſtia, videlicet Corpus Chriſti, Chriſma, & Oleum ſimiliter ſub clave, in loco honeſto & eminenti, & in vaſis competentibus & honeſtis ponantur: & ponatur in turfis Eccleſiæ Corpus Domini, ubi taſtum frangitur: ſed in decenti pixide.

XIII. *De remotione Sacramentorum.*

Sacerdotes die octavo ſemper removent ſacramenta, videlicet, Euchariſtiam, Fontem & Aquam benedictam, ne ſi qui vetuſtate aliquem ad inderotionem movere poſſunt aut horrorem.

XIV.

Item ſtatuimus ut ſi aliquando contigerit quod propter neceſſitatem aliquam Euchariſtia dividatur, tu unus pars dari non informo: ſi alia poteſtatis articulo referretur, relervata pars fumeatur a Sacerdote.

XV. *Ut dicantur Matutina & Prima antequam celebretur.*

Nullus antequam Matutinas canonicas & Primam dixerit, Miſſam celebrare præſumat aliqua neceſſitate.

XVI. *Ut non celebretur bis in die.*

Nullus audeat bis in die Miſſam celebare, niſi in Natali Domini vel in magna neceſſitate, ſcilicet corpore humano purulente. Et in die ſancti, vel quadrageſimali, vel etiam in die Paſchæ celebraturus Miſſam ſecundam, vinum perfuſionis non ſumat, ſed miniſtro habeati bonam conſcientiam confetat.

XVII. *Quomodo Calix debet lavabri & unctus tergi.*

Calix poſt Miſſam panno mundiſſimo involvatur, nec miniſtri eo Calicem intus tergant, ſed alio ad hoc ſpeciliter deputato. Qui dum non

a Mſc. Addunt: & dicant laicis quod puero nomen nec imponant.

ANNO CHRISTI 1234.

fatis decens fuerit, vel vetuſtate attritus, in ſacrario comburatur.

XVIII. *Ut non ſint Panis benedictus in die ſanctæ Paſchæ.*

Panis benedictus in die Paſchæ non ſiat, nec in Feſtivitatibus quibus ſolent & debent Corpus Chriſti recipere Chriſtiani.

XIX. *Ut non decet Euchariſtia pueris infra 7. annos, ex Concilio Lateranenſi.*

Prohibetur Presbyteris ne hoſtias dent pueris ullo modo infra ſeptenium conſtitutis.

XX. *Qui debeant adminiſtrare Altari.*

Nullus permittatur deſervire Altari, vel Epiſtolam legere niſi in ſuperpellicio, ſive capucio, vel cappa clauſa. Uxoratus autem nullo modo Altario deſerviat.

XXI. *Quæ Præfationes debent dicere Sacerdotes.*

Invenimus decem ſequentes Præfationes in hoc Catalogo tantummodo recipiendas, unam in Paſcha quæ ſic incipit: *Te quidem omni tempore*; aliam in Aſcenſione, ſcilicet: *Qui poſt Reſurrectionem*; tertiam in Penteſtoſte, ſcilicet: *Qui aſcendens ſuper*; quartam de ſancta Trinitate: *Qui cum unigenito*; quintam de feſtis beatæ Mariæ: *Et te in veneratione*; ſextam in feſto ſanctæ Crucis: *Qui ſalutem humani*; ſeptimam de Apoſtolis, ſcilicet: *Te Domine ſuppliciter exoramus*; octavam in Natali Dominico: *Quia per incarnati*; nonam in Epiphania: *Quia cum unigenitus*; decimam in Quadrageſima: *Qui corporali jejunio.*

XXII. *Ex Concilio Lateranenſi. Quod honeſte ſe habeant, & celebrent Presbyteri divinum Officium.*

Diſtricte præcipitur ut Sacerdotes divinum Officium nocturnum & diurnum diſtincte & aperte, quantum Deus dederit, celebrent & devote. Honeſtum ſiquidem eſſet quod ſtantes Canonicas horas dicerent, maxime in feſtivis diebus, ut alii videntes ipſorum & devotionem, glorificent Deum patrem qui in cœlis eſt.

XXIII. *Secretum Innocentii de Altari & ejus miniſterio.*

Præcipitur quod in Altari in quo tabula mota fuerit, vel enormiter fracta, Sacerdos non celebret donec Altare conſolidetur & iterum conſecretur. Nec ſuper lapidem portatilem Vitacium ſine capſa celebretur. Ampullæ ligneæ vini & aquæ in miniſterio Altaris ſint mundæ, integræ, vitreæ, vel ſtannææ, ſive argenteæ. Ad abluitionem autem manuum vas grandius deputetur.

XXIV. *De Piſcinis & Manutergiis.*

Providenter Sacerdotes quod Piſcinas habeant juxta Altaria decentes, mundas, ablutionibus cultui liberum exhibentes, nec ſine oportuno redolo, & pulvis juxta parietem Eccleſiæ reconditus; quia poſſent intuentes incidere in errorem.

XXII. *Ut Sacerdotes ſirment ſua claudaner Eccleſiæ.*

Præcipitur Sacerdotibus ut divino Officio celebrato, & populo regreſſo ad propria, Eccleſias ſuas firmare ſtudeant diligenter.

XXIII. *Ne Chorea in ſacro loco fiant.*

Prohibentur Sacerdotes, ſub pœna excommunicationis, Choreas inducti in Cœmeterio vel in Eccleſiis, monentque ne alibi fiant, maxime diebus Dominicis & feſtivis: quia, ut dicit Auguſtinus *: *Miſſus eſt Dominicis & feſtivis, dicbus ſuderunt vel arare, quam Choreas ducere.* Quam grave peccatum ſit in loco ſacro Choreas ducere, perpendi poteſt ex pœnitentia ſecundum rigorem Canonum Eccleſiis injungenda: Si quis Balationes intra Eccleſias Sanctorum fecerit, emendatione publica tribus annis pœnitcat.

XXXIV.

* Enarrat. 2. in Pſalm. 32. & in Pſalm. 91.

ANNO CHRISTI 1235.

XXXIV. *Ut non ædificetur in Cœmeterio.*

Nullus de novo ædificare in Cœmeterio permittatur, nec domus aliqua, ſi diruta fuerit, duranteper annum ruina, ibi reædificetur, nec ſimus vel immunditiæ aliquæ in Cœmeteriis adunentur.

XXXV. *Ex Concilio Lateranenſi. De Clericorum honeſtate.*

Clerici officia vel commercia ſæcularia non exerceant, maxime inhoneſta. Aliunis, hiſtrionibus & joculatoribus non intendant, & tabernas prorſus evitent, niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere conſtituti. Ad aleas vel taxillos non ludant, nec hujuſmodi ludis interſint. Curonam & Tonſuram habeant congruenter, & ſe in Eccleſiaſticis officiis, & aliis bonis ſtudiis exerceant diligenter.

XXXVI. *Ex eodem, ne habeant ſuperconcubinas clanculo, nec ſub publicis diffricte ne ſecum habeant.*

Clerici beneficiati & ſacris Ordinibus conſtituti clauſa deſuper deferant indumenta, nimia brevitate vel longitudine non notanda. Si quis autem hujus conſtitutionis tranſgreſſor extiterit, per ſuperiorem ſuum puniatur: nec deferant caputia alterius panni quam ſit indumentum quod exterius deferunt: nec calgis deferant niſi de laja, vel de ſargia nigra, vel de perſico, vel de brunetа nigra. Et ne vellis aperta prædicta portata, maxime in publico, propterea congetur: ſuper qua veſte pauperibus eroganda Archidiaconorum & Decanorum conſcientias oneranus. Præcipientes eis ſub pœna ſuſpenſionis & excommunicationis quatinus illud penitus non debeant exercitioni demandere, adhibito, ſi opus fuerit, & implorato auxilio brachii ſæcularis. Pannis rubeis vel viridibus, necnon manicis & foralubius conſutitiis, ſeu roſtratis, ſellis, frænis, peſtoralibus & calcaribus deauratis non utantur. In Sacerdotio vel perſonatibus conſtituti, cappas manicatas non gerant niſi juſta cauſa. Fibulas omnino non ferant, nec corrigias auri vel argenti ornatum habentes, nec annulos, niſi quibus competit ex officio dignitatis.

XXXVII. *Ex Concilio Lateranenſi de Clericis, Quod non exerceant Sententiam ſanguinis.*

Nullus Clericus Sententiam ſanguinis dicter aut proferat, nec ſanguinis vindictam exerceat, aut ubi exerceratur interſit: nec quiſquam Clericus literas dicter aut ſcribat pro vindicta ſanguinis deſtinanda.

XXXVIII. *Ex Concilio Metropolitano Rotom. an. 1231. de Clericis. Quod non ſint advocati.*

Clerici beneficiati, ſeu in ſacris Ordinibus conſtituti, non ſint advocati pro partis, ſeu in foro de petrii, in Curia laicali: nec loco laicorum Curiam teneant, nec baillius eorum illicitis præſtiantur. Nec illum patrem chirurgiæ Subliicorum, Discorum vel ſcabierum exerceat, quæ aduſtionem vel inciſionem inducit. Nec quiſquam purgationi aquæ ferventis vel frigidæ, ſeu ferri candentis, ritum cujuſlibet benedictionis aut collectationis impendat.

XXXIX. *Ex Concilio Metropolitano eodem. Ne liti- gent coram Judice ſeculari.*

Nullus Abbas vel alia perſona Eccleſiaſtica, de perſonalibus injuriis, vel elemoſynis Eccleſiæ factis, audeat litigare, niſi de confenſu Archiepiſcopi, coram Judice ſæculari ſeu laicali.

XL. *Ex Concilio Lateranenſi de Vita & ſtatu Clericorum. Quod caſte vivant.*

Continenter & caſte vivere ſtudeant univerſi, præſertim in ſacris ordinibus conſtituti, ab omni *Concil. General.* Tom. XIII.

ANNO CHRISTI 1235.

A vitio libidinis præcaventes, maxime illo ſtupter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ; ut in conſpectu Dei puro corde & mundo corpore valeant miniſtrare. Quocirca diſtrictius inhibemus ut nullus in ſacris Ordinibus conſtitutus, aliqua occaſione tenear in domo ſua vel alibi manifeſtum, vel perſonam aliquam de qua mala poſſit ſuſpicio ſuboriri, unde populus ſcandaliatur. Qui vero poſt ſententiam Gallonis inde latam, & ammonitionem legitimam, a ſalem in Synodo factam, ſocarias vel mulieres alias cum ſcandalo teneatin, ſciat ſe ſententia excommunicationis eſſe ligatum. Et qui in ſacris Ordinibus conſtitutus ſine illa celebre præſumpſerit, eſt irregularis effectus, nec fine diſpenſatione poteſt amodo celebrare.

XLI. *Ut non habeant ſecum ſtudent Presbyteri.*

Prohibetur Presbyteris diſtricte ne ſecum habeant prolem quam in fornicatione genuerunt, propter ſcandalum. Et ne eis in eccleſiis aſſiſtant vel miniſtrent, & ut in domibus ſuis alcas veledicios habeant prohibetur.

XLII. *Ex Concilio Lateranenſi. De concubinis laicorum.*

Prohibeant Sacerdotes etiam ne laici teneant concubinas. Et qui poſt ammonitionem trinam tenuerit, tam ipſe quam ipſa, ab ingreſſu Eccleſiæ arceatur: & ſi perſeveraverint, gravius ſunt puniendi.

XLIII. *Ex Concilio Lateranenſi. De Religioſis.*

Item in Concilio eſt ſtatutum quod Religioſæ antiquæ amodo extra claſtrum nullatenus oſtendantur: nec exponantur venales. Inventas autem de novo, nemo publice venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ.

XLIV. *Ut non recipiantur Prædicatores, niſi fuerint authentice perſonæ.*

Nullus paſſim admittatur ad prædicandum, niſi fuerit authentica perſona, vel ad hoc ſpecialiter ab Archiepiſcopo deſtinata. Quæſtores quoque elemoſynarum tantum ea dicant populo quæ in litteris Domini Papæ vel Archiepiſcopi continentur. Sacerdotes tamen loci populum ſibi commiſſum diligenter indocat ad erogandas elemoſynas pietatis intuitu, non animo extorquendi. Et quod datur, petentibus detur ſine exactione cujuſlibet.

XLV. *Item de Quæſtoribus elemoſynarum.*

Nullus recipiatur ad querendas elemoſynas in Eccleſia, ſine litteris Archiepiſcopi, niſi ſit parochianus Eccleſiæ, vel vicinus de vicinia notus.

XLVI. *Ex Concilio Turonenſi. De Juramento perjuratorum.*

Nullus Clericus Patronis faciat juramentum, antequam ſit Archiepiſcopo præſentatus, & etiam inſtitutus. * Et ne reliquationes hant in manus Abbatum vel parochialium Presbyterorum, ſed in manus Archiepiſcopi tantum, diſtrictius inhibemus.

XLVII. *Ne ornamenta Eccleſiæ pignori obligentur.*

Statuitur quod Ornamenta Eccleſiæ non obligentur pignori, niſi pro neceſſitate Eccleſiæ, cum conſilio Parochianorum.

XLVIII. *Ut Laici ſiſtint ſuos infirmi faciant.*

Sacerdotes frequenter moneant Parochianos ſuos, ut filios infirmi faciant diligenter, & ſcholas attentius frequentare: quia illiteratinon ſunt ad eccleſiaſtica beneficia admittendi.

XLIX. *Ex Concilio Turonenſi Metropolitano, de Corruptis.*

Prohibetur diſtricte ne aliqua Eccleſia Corvagium Domino terræ, vel aliquid tale cóſtere poſſe- mus,

LII. 2.

* Add. ex Mſſ. Epiſcopus autem faciat recipiunt jurato quod ad patronos accedat, & debitum faciat juramentum.

ANNO CHRISTI 1235.

mat, donec habeat in Archiepiscopi super hoc obsignatum, ejus auctoritate hat quod fuerit faciendum

L. *De firmis exsolvendum.*

Nullus curam animarum habens, a Ecclesiam ad firmam recipiat; nec Sacerdos etiam, nisi de licentia Archiepiscopi.

LI. *Ex Concilio Metropol. Quod donati Religiosis firmam tenere non possint.*

Statuitur quod donati cujuslibet domus Religiosæ aliquod signum in eminenti loco portent ad arbitrium Archiepiscopi, & Religiosi congruentia tis indumenta, ut per hoc differentiam ab aliis, & sicut Religiosi ab Ecclesia defendantur. Et ad hoc faciendum per suos Presbyteros compellantur, nec hujusmodi privilegio gaudeant, donec in dominibus propriis commorentur.

LII. *Ex Concilio Turonens. De Decimis.*

Nullus laicus vel Clericus, vel religiosi persona recipiat decimam de manu laicali, nisi per manum Archiepiscopi. Si aliter factum fuerit, non valeat.

LIII. *De Cultellis cum cuspide.*

Districte præcipitur ne Sacerdotes cultellum portent cum cuspide, aut arma, nec Clerici Sacerdotum, vel alii qui gaudere volunt privilegio Clericali, nisi justi causa timoris.

LIV. *Ne Presbyteri ordentur sub temporalibus laicos.*

Prohibetur Sacerdotibus ne testamenta sua ordinent per manum laicalem. Nihil de fructibus sequentis Augusti, licet mortuantur post Pascha, C penitus dispanentes; cum eos nolimus habere nisi ipsos qui suis Ecclesiis laudabiliter servierunt, vel fuerunt servire parati. Sed neque de tebus intuitu Ecclesiæ acquisitis aliquis disponere valeat, nisi secundum canonicas sanctiones. De mobilibus autem, pauperibus, vel religiosis locis, vel consanguineis, aut aliis juxta servitium meritum aliqua conferantur. Ceterum quia confuetudine laudabili & ex causis rationabilibus hactenus in nostra Diœcesi novimus observatum, ut nullus laicus sine Sacerdotis sui præsentia suum condiderit aut ultimum voluntatem. In temporibus sitis intelleximus deliquisse quamplores, dum vel prius ordinari omisi quam advocent Sacerdotes, nec eis vocatis postea mutarint, vel illi testimonio eos vocant. D Hoc fieri de cetero districtius inhibemus, & sub pœna gravis emendæ, vel alterius pœnæ a nobis, vel Officialibus nostris, tam facientibus, quam consentientibus, vel assistentibus infligendæ: & ipsi frequenter prohibeantlaici, ne testamenta sua fa ciant sine præsentia Sacerdotis, nisi in necessitate.

L. V. *Ut fideliter exequantur testamenta.*

Sacerdotes exequantur testamenta, & fideliter testamenta, cum ad hoc fuerint evocati.

LVI. *De mobilibus & immobilibus Presbyterorum.*

Præcipitur Presbyteris ut immobilia de bonis ecclesiæ acquisita tanquam de bonis relinquant Ecclesiis. De jure enim aliud facere non possunt. De mobilibus suis, quæ de bonis Ecclesiæ non provenunt, rationabile potsunt facere testamentum. Domus autem utensilia & supellectilia sacerdotalia suis relinquantur, falterm quod eis conveniat competenter.

LVII. *Ut Clerici frugalis temporibus Ordinum, & dimissionis se efferant.*

Præcipitur omnibus Clericis habentibus Ecclesias, ut ad singula tempora Ordinum se ordinandos offerant: qui ordinati sunt, in Ecclesiis suis resideant, nisi gis aliter fuerit permittatur de licentia Domini Archiepiscopi speciali, & citra hoc fervetur constitutio: *Extirpanda.* Scitum si post admonitionem legitimam hoc neglexerint, quod sine suis Ecclesiis ipso jure privati, easque libere aliis conferendas.

LVIII. *Super citationibus faciendis.*

Super citationibus faciendis, credant his qui dederint bidem. Super excommunicationibus faciendis, vel absolutionibus faciendis, non credatur eis literis Archiepiscopi. Sententias audiet nuncient, & latas districte fervent, nec amore parentes alicui, nec timore.

LIX. *Ex Concilio Turonens. De Decanis, & mandata exequantur.*

Cum aliquid mandabitur Decanis, si alias commode certificare curiam non poterunt, apponant figilla (ua literis curiæ, in fignum quod mandatum curiæ executioni demandarunt.

LX. *De absolutionibus, quomodo fiant.*

Quando aliquis excommunicatus est absolvendus, fuper hoc pars adversa certificetur, & tunc solemniter cum Psalmo Penitentiali *Miserere mei Deus*, & oratione, *Absolve*; devote & cum gravitate est absolutio impendenda.

LXI. *Quis sint excommunicati ipso facto.*

Sciendum est etiam quod excommunicati sunt ipso facto, qui in Clericos vel quoslque religiosos manus injicient violentes. Item excommunicati sunt Ecclesiarum violatores. Et qui literas Domini Papæ fallant, vel ad hoc aliquod admicinlum præstant, vel eosdam fallitas penes le ultra quindecim dies fervant, vel eis fallis utantur, & ignorantes, fi crassa fit ignorantia eorum & supina.

LXII. *De illis qui sunt excommunicatis per Archiepiscopum.*

Item præcipimus quod quilibet habeat lumen in Ecclesia sua de nocte & die; saltem ad Missam & ad Vesperas, lampadem saltem vel candelam.

Item præcipimus quod quilibet Sacerdos veniat ad Capitulum Decani; & qui non venerit punitur in decem solidos, & feretur pœna recepta ad mandatum Archiepiscopi.

Item præcipimus quod quilibet Sacerdos die Dominica Parochianos suos ad bonum cohortetur, & doceat eos fidem & cognoscere mortalia peccata; Et qui prædicare nequiverit seu nesciverit, saltem semel in mense faciat Parochianis suis proponi verbum Dei per aliquem bonum Clericum; vel religiosum, & notam personam.

Item præcipimus quod nullus recipiant ad prædicationem, vel ad componendum verbum Dei quærentem elemosinam sua affinitate ecclesia, Leprosaria, vel domo Dei, Templi aliis quibuscumque quæstis. Sed cum venerint cum litteris nostris, ipsi Sacerdotes proponant pro ejus negotiis, secundum quod in litteris nostris viderint contineri. Et sub pœna excommunicationis præcipimus ne a talibus aliquid exigant Sacerdotes, sed quicquid receptum fuerit, in communem elemosinam petentium totum cedat.

Item præcipimus quod separati sint in Ecclesia, mulieres, Clerici, & laici.

Item quilibet in Parochia sua scripta nomina habeat Parochianorum suorum, ut cognoscat extraneos ab ipsis.

Item quolibet die Dominico queratur si sint Parochiani extranei inter suos; & ante Missæ ingressum ejiciant extraneos diebus prædictis, nisi sint aliquæ notæ personæ transeuntes.

Item qui nullos habent Parochianos, nullos recipiant diebus solemnibus prædictis.

Item Parochianus existens in Parochia, si tribus diebus Dominicis continuis ad Missam non venerit, excommunicetur; & hoc frequenter in Ecclesiis publicetur.

Item quilibet Sacerdos Clericos litigiosos existentes in Parochia sua, vel qui confovere intellexerit facere aliquem ad hoc remota vel ignota citari, nobis denuncient.

Item nullus recipiat mandatum Judicum ignotorum vel aliorum; nisi fit aliqua nota persona & authentica; & nisi videat authenticum Domini Papæ, & ipsum diligenter examinet.

Item claudantur & limiteneur atria Ecclesiæ; & si difficultas adhibeatur per Decanum loci ratiotum consilium requiratur, vel per Archidiaconos locorum, si ipsi hoc expedire non possunt.

ANNO CHRISTI 1235.

Contra Adulteros.

FRequenter contra adulteros, incestuosos, usurarios notorios eliamens & prædicent Sacerdotes: & si incorrigibiles invenianiur, denuncient eos nobis.

Ut non communicent Sacerdotes cum Excommunicatis.

Sacerdotes ferantur non communicare cum excommunicatis, quia sic vilescere faciunt sententiam Excommunicationis.

Ut non præsideant Fornicariis Presbyteruum.

Puniri præcipimus Sacerdotes, qui fornicarias fociorum Sacerdotum, vel etiam alias mulieres adulteras, seu fornicarias purificant sine licentia nostra speciali, vel Archidiaconi loci, vel Pœnitentiariorum existentium Rotomagi.

Ut non sint Columbi in Campanilibus.

Item Sacerdotes non habeant columbos in campanilibus, per quos Ecclesia quandoque & Altare deturpantur.

Ne absentent in magnis Casibus.

Item prohibemus ne Sacerdotes absolvant in magnis casibus constitutos, homicidas videlicet, facrilegos, fortilegos, incestuosos, peccatores enormes contra naturam, violatores Monialium, vel raptores virginum & aliarum mulierum, & familia: Et feribant casus istos cum venerint, & tradant Archidiacono, sive nobis.

Ut bona eorum qui non stabent in Ecclesiis suis sasisantur.

Circa eos qui non residentin Ecclesiis suis, vel non ordinantur, fervetur illa Constitutio: *Extirpande*, bona eorum sasisantur.

ANNO CHRISTI 1236.

** CONCILIUM REMENSE

APUD S. QUINTINUM;

Pro tuenda ecclesiastica libertate ann. Dom. MCCXXXVI.

DHæc *synodalia Clericis Remensis in Augusta Veromanduorum illustrata*. Habitum Sanquintini concilium eorundem episcoporum (*provincia scilicet Remensis*) adversus Inguerrannum Conciaci dominum, quo excessus violentiæ, in personam Mag. Andreæ de Corlandon decani Laudunensis illatæ, justa ultione emendaretur, & ecclesiæ libertates, adversus injurias tales, & earum authores, in posterum protegerentur. Ejus Inguerranni crudele factum in Flandros nobiles legegaud Nangium.

** CONCILIUM TURONENSE

A JUHELLO ARCHIEPISCOPO

Celebratum anno Domini MCCXXXVI.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De crucefignatis enormis delicti reis: & ut Judaïi injurias non inferant.*
2. *De advocatis.*
3. *De matritis.*
4. *De officialibus.*
5. *De officio delegati.*
6. *De appellationibus.*
7. *De testamentis & eorum executoribus.*
8. *De his qui bina nuptias contrahunt.*
9. *De fortilegiis.*

E 10. *De clericis participantibus cum excommunicatis.*
11. *De privilegiis.*
12. *De falso testimonio.*
13. *De conversis.*
14. *De hospitalitate.*

CAPITULA.

I. De crucefignatis enormis delicti reis: & ut Judæi injurias non inferant.

SI tamen quod si crucefignati occasione alicujus delicti a judice seculari detenti

ANNO CHRISTI 1236.

fuerint, per competentem judicem ecclesiastica coercione reperanur: ad ipsos restituendos, si opus fuerit, detentorem per censuram ecclesiasticam compellendo. Quibus restitutis, si in foro ecclesiastico, de homicidio, vel alio enormi delicto de cetero perpetrando, legitime convicti fuerint vel confessi: nullis privilegiis crucesignati gaudentes, cum reatus omnem honorem excludat, signis crucis per eundem judicem ecclesiasticum exuantur. Si autem alias delinquentes in crimine objecto convicti fuerint vel confessi, secundum qualitatem & quantitatem criminis a judice ecclesiastico puniantur. Nos autem districtius inhibemus, ne crucesignati vel alii Christiani Judæos occidere, seu verberare, vel bona eorum invadere, vel auferre, vel quascunque injurias eisdem inferre præsumant: cum ecclesia Judæos fustineat, quæ non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur & vivat: sciturí quod si contra præsumpserint, ultionem canonum non evadent.

II. De advocatis.

Quia per advocatorum vel scriptorum imperitiam multa solent in curiis periculа evenire; statuimus quod nulli recipiantur in causis publicis, nisi per triennium jura audierint, vel sint in causarum exercitio approbati,

III. De notariis.

Item nulli recipiantur scriptores in curia, nisi sciant stilum curiæ & flaturæ, super quibus examinari debebunt per officiarios locorum, cum advocati publici, quam etiam scriptores.

IV. De officialibus.

Statuimus quod nulli flatuantur officiales, nisi per quinquennium jura audierint, vel per causarum exercitium judicandi officio sint merito approbati.

V. De officio delegati.

Quia nonnulli litteris apostolicis abutuntur: volentes ipsorum obviare fraudibus juxta canonum sanctionem, statuimus ut judices in Turonensi provincia a sede apostolica delegati, non alias in causis sibi commissis procedant citando, vel aliud faciendo, nisi prius authentico sibi exhibito, & impetratore coram ipsis juranto, si præsens sit, quando citatorium vel aliud impetratum sit; vel si absens fuerit, doceat quod rescriptum de mandato ipsius impetratum fuerit, & quod actionem habere credebat contra eum quem convenire intendit tempore impetrati rescripti, & quod pendente judicio coram ipsis super illo negotio, coram aliis judicibus non vexabit eum: cum æque commode jus suum sequi valeat coram ipsis. Cum honestæ & gravibus personis, de quibus nulla penitus justa suspicio suboriri, remitti po-

A terit hujusmodi sacramentum, hoc observando, sive tribus, sive duobus commissum fuerit negotium, sive uni,

VI. De appellationibus.

Statuimus ut suffraganei, vel officiales ipsorum, & alii inferiores judices, humiliter appellationibus deferant, nec propter hoc parti, aut advocatis ipsius, bona fide appellantibus, molesti existant; maxime cum a diffinitiva sententia fuerit appellatum,

VII. De testamentis & eorum executoribus.

B Ne decedentium voluntates, quas pium est executioni demandari, per aliquorum malitiam supprimi valeant, vel etiam occultari: statuimus ut infra decem dies a tempore obitus testatoris, ad episcopum vel archidiaconum loci, vel ad illos qui loco ipsorum super hoc fuerint deputati, vel ad illos qui jurisdictionem episcopalem habere noscuntur, accedant, secum testamentum, si scriptum fuit, delaturi; vel si non scriptum fuerit, per sacramentum ipsorum, quod testator disposuit probaturi, ut tunc præfati testatoris voluntas in formam publicam redigatur. Injungimus autem episcopis, archidiaconis, & aliis jurisdictionem episcopalem habentibus, ut si executores testamentorum in exequenda decedentium voluntate invenerint negligentes, voluntatem ipsorum fideli executioni demandent, quibus sub interminatione judicii firmiter inhibemus, ne ipsi quicquam de bonis decedentium in proprios usus convertere, vel etiam retinere præsumant: flatuentes ut si executores aliquid, quod sibi debeat afferunt, propria authoritate duxerint usurpandum, id restituere compellantur; actione, si qua eidem pro eodem debito competierit, sint hac sua temeritate privati, nisi id restituerint, ex quo super hoc moniti fuerint competenter.

VIII. De his, qui binas nuptias contrahunt.

Statuimus quod singulis diebus Dominicis in parochialibus ecclesiis inhibeatur per sacerdotes ne quis binas nuptias, vel binas sponsalia eodem tempore præsumat contrahere: & expressim adjiciant: Quod si contra fecerint, infames ipso facto effecti, ad testimonia & alias legitimis actibus excludantur: firmiter injungentes, quod si qui repetierint talia perpetrasse, nominatim denuncientur infames, & in scala poenantur: postea publice fustigentur, nisi pecunialiter pœnam illam redimant arbitrio & judicio judicantis: quæ pœna fabricæ majoris ecclesiæ publice conferatur, parentibus, consanguineis, & aliis eidem pœnæ subdendis, quorum consilio talia fuerint perpetrata. Cui pœnæ subjacere censemus eum qui scien-

ANNO CHRISTI 1236.

scienter duxerit alterius conjugaram. A

IX. De servitegis.

Statuimus quod omnes sacerdotes ecclesiarum parochialium, diebus Dominicis & festivis, parochianis suis sub pœna excommunicationis districte inhibeant, ne aliquis, vel aliqua, fortilegium exercere præsumat. Si quis vero fortilegii crimen repertus fuerit perpetrasse, in scala publice fustigetur, vel alias competenter pro modo criminis castigetur: nisi pœnam sibi injunctam pecunialiter redemerit ad arbitrium judicantis. Pœna in usus pauperum illius parochiæ publice erogetur.

X. De clericis participantibus cum excommunicatis.

Revocantes vero ex certa causa flatutum, quod apud Castrum Gonterii fecimus, per quod personæ ecclesiasticæ communicantes cum excommunicatis in mensa, incurrere poterant excommunicationis sententiam ipso facto, per quod irregularitatis periculum poterat imminere: flatuimus ut nulla persona ecclesiastica scienter cum excommunicato participare præsumat. Si qua vero persona ecclesiastica scienter cum excommunicato nominatim participationem habuerit, in mensa, in domo propria, vel ipsius excommunicati, dum tamen in mensa sine scandalo eundem poterit evitare: quæ decem libras Turonenses habebit in redditibus, decem solidos, quæ vero viginti libras & ultra, viginti solidos solvere teneantur. Cujus mulctæ medietas deputabitur fabricæ ecclesiæ cathedralis: alia vero pro delationis præmio ad illum pertineat, qui commissum

ANNO CHRISTI 1236.

dummodo id finaliter fuerit prosecutus.

XI. De privilegiis.

Ne sub falso exemptionis prætexru quisquam jurisdictionem ordinariam illudere possit: præsentis concilii authoritate flatuimus, ut si qui coram ordinariis conventi judicibus, se exemptos aliegent, de quorum privilegiis dubitare, privilegium exemptionis fuæ exhibeant. Quod si facere noluerint, pro exemptis nullatenus habeantur.

XII. De falsis testibus.

Statuimus, ut si qui de deferendo testimonium falso convicti fuerint, vel confessi, fustigentur, nisi pœnam illam pecunialiter redimant ad arbitrium judicantis, & si hoc ipsis videbitur expedire.

XIII. De conversis.

Disponant episcopi in suis diœcesibus qualiter de novo converti eruditantur in fide, & commode sustententur, sicut viderint expedire: ne sub pauperatis prætextu ad vomitum redire cogantur.

XIV. De hospitalitate.

Injungimus abbatibus & prioribus ut hospitalitatem exhibeant ficue decet, & maxime religiosis, qui nudi nudum secuti, propter Christum propria dimiserunt. Hoc servari præcipimus, salvis constitutionibus in aliis, & concilio apud Castrum Gonterii promulgatis: ita tamen quod per eas non derogetur consuetudinibus antiquitus approbatis. Datum die Martis proxima ante festum beati Barnabæ apostoli, anno Dominì millesimo ducentesimo trigesimo sexto.

CIRCITER ANNUM CHRISTI 1236. CIRCITER ANNUM CHRISTI 1236.

CONSTITUTIONES PROVINCIALES

S. EDMUNDI CANTUARIENSIS ARCHIEPISCOPI

Circa annum Dom. MCCXXXVI. ut videtur editæ.

Ex veteri Cod. MS. in Biblioth. Cotton.

TITULI CAPITULORUM.

1. *De his qui suscipiendo ordines sunt irregulares, & E dispensationis mere jure.*
2. *Qui ante confessionem officium suum exequi non debent.*
3. *Quod clerici punientur propter incontinentiam.*
4. *De monitione facienda concubinis sacerdotum, & pœnis imponendis eisdem.*
5. *De pace inter parochianos per rectores ecclesiarum servanda.*
6. *Quod clerici non nimis potent, nec secularia faciant, nec ei interfint.*
7. *De infringentibus laudabiles consuetudines ecclesiæ, & pœnis contra eadem.*
8. *De prohibita Missarum vendatione, & annualium, etc. Concil. Generali. Tom. XIII.*
9. *Quod fontes sint sub forma sacra.*
10. *De baptisterio, & de aqua baptismali, & quid sit faciendum cum aqua & cum vase, in quibus prius per necessitatem puer domi baptizatus.*
11. *Sacerdos interroget laicum de debitis suis & fallis, quando baptizat puerum domi.*
12. *Diacani baptizare, & parochianos dare non debent, nisi in casibus necessitatis.*
13. *Quod pueri christianales tantum cedant in usum ecclesiæ.*
14. *Quod mulier mortua in puerperio, fcindatur, ut aperta.*
15. *De custodia infantis.*
16. *Quod omni committis matris & famine extra matrimonium est mortale peccatum.*
17. *Confessiones mulierum audiantur extra ve-*

Mm 2 tum,

[1] *Ex codice II, cancell. Britannico.*

[2] *Ex codice Bibliothecæ Cottonianæ.*

[3] *Ex codice Bibliothecæ Regiæ.*

CIRCITER ANNO CHRISTI 1230.

lum, & monuerint laici confiteri.

18. *De pœna contentionum.*

19. *De diffamatis mendacio confiteri.*

20. *De modo audiendi confessiones, & mittendi confessos superioribus.*

21. *De denunciatoribus criminum in quolibet decanatu.*

22. *De pignore non retinendo.*

23. *Qui sunt publice denunciandi in ecclesiis ter singulis annis, in festis majoribus.*

24. *De communicantibus cum excommunicatis.*

25. *De veneratione Eucharistiæ portatæ ad infirmum.*

26. *De dominis vinosis reparandis post decessum.*

27. *Quod decima non tendatur ante Annunciationem beatæ Mariæ.*

28. *De nova penitentia præfenestris non præstanda.*

29. *Quod vestitus vel ornatus & capellani, sine rationabili causa non sunt amovendi.*

30. *De incontinentia presbyteri parochialis per vestrum ordinarium manifestanda.*

31. *Quod alter conjungens non transfert ad religionem sine littera episcopi.*

32. *Quod mulieres non faciant vota sine consensu virorum.*

33. *Testamenta laicorum non stent, sine præsentia sacerdotis parochialis.*

34. *Ne medici moniantur aliquid ægrotis, quod in periculum animarum convertatur.*

35. *De dominis religiosorum de novo fundandis.*

36. *De modo sumendi Eucharistiam.*

37. *Quod mulieres ante partum confiteantur, & parvenda habeant secum aquam paratam.*

38. *De iis qui clericos occidunt, faciunve occidi.*

39. *De confirmatione puerorum, & de iis qui celebrare debent.*

40. *Quod decime dentur de omnibus, quæ renovantur per annum.*

41. *Quod laici non intromittent se de bonis clericorum.*

CAPITULA.

I. De iis qui suscipiendo ordines sunt irregulares, & suspensi mero jure.

IMprimis igitur, in virtute Spiritus sancti districte præcipimus, ut omnes ecclesiæ ministri, & præcipue sacerdotes, discutiant diligenter & solicite, juxta testimonium conscientiæ suæ, quales ad ordines recipiendos accedentes, & quo fine: generaliter enim quos irregularitatem in ordinis susceptione, vel ante vel post ordinem susceptum constat contraxisse, nisi cum eis dispensatum fuerit expresse ab eo qui cum eis dispensare poterit, ab officii sui executione suspensos denunciamus. Ne autem ignorans * ignoretur: irregulares, qui secundum canones ab ordinibus prohibentur, & illos, qui dispensationis gratia admittuntur, feriatim duximus per ordinem specificandos. Homicidæ advocati in causa sanguinis, executores servorum in publicis administrationibus, simoniaci, interventores simoniacarum pactionum, & qui labe illa infecti, ordines scienter susceperunt. Item bigami, correptarum mariti, Deo sacratarum virginum violatores. Item excommunicati, vel qui

A furtive, scienter * * aliter ministrare præsumpserint. Incendiarii ecclesiarum. Omnes tales, nisi nostrum vel superioris super hoc requisierint consilium, & requisitum habuerint, ab officii sui executione se noverint suspensos.

II. Qui ante confessionem officium suum exequi non debent.

Certum est enim, secundum traditiones sanctorum patrum, irregulares præsumptuose & periculose sine dispensatione ministrare, cum quibus non est dispensatum. Adjicimus autem districte præcipiendo, ut omnes, qui in conscientia mortalis peccati prius perpetrati, vel propter quasdam rationabiles causas non fuerint amoti, suscipiunt ordinem, officium suum non exequantur, antequam sacerdoti confiteantur.

III. Quod clerici puniantur propter incontinentiam.

Ne vero facilitas veniæ incentivum tribuat delinquendi: in generali concilio statutum est, quod clerici, præsertim in sacris ordinibus constituti, qui deprehensi fuerint incontinentiæ vitio laborare, & pro hac causa suspensi, officium suum exequi præsumpserint; non solum ecclesiasticis beneficiis spolientur, verum pro hac duplici culpa perpetuo deponantur: ut quos Divinus timor a malis non revocat, temporalis saltem pœna cohibeat a peccato. Præterea vero qui tales in suis iniquitatibus præfumunt fustinere, maxime obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari subjacent ultioni. Unde oportet vos archidiaconos, officiales, & decanos, tanto vigilantius super hoc vigilare, quanto negligentibus majus periculum dignoscitur imminere.

IV. De monitione facienda concubinis sacerdotum, & pœnis imponendis eisdem.

Concubinæ sacerdotum frequenter monentur ab archidiacono, & præcipue a sacerdotibus, in quorum parochia morantur, vel ut cessabunt, vel ut claustrum ingrediantur, vel sicut publice peccaverunt, publice agant pœnitentiam. Qui autem contra hanc monitionem, obtentu pecuniæ vel familiaritatis, negligens exiterit, pœnæ prædictæ subjacebit. Quod si ad nullum istorum per monitionem beneficii possint, interdicto eis, primo pacis cœtu, & pœne benedicto, in ecclesia, si perseverant in obstinatione, ipsæ & communicantes cum eis excommunicentur, sæculari justitiæ tradendæ, si non refipuerint.

V. De pace inter parochianos per vestros ecclesiarum servanda.

Magna nobis, filii carissimi, injuncta est necessitas pacis observandæ, cum Deus ipse pacis est author & amator, qui non solum corfestia, sed etiam terrestria venit ad invicem pa-

CIRCITER ANNO CHRISTI 1230.

pacificare: & cum non nisi per pacem temporis, & pacem pectoris, ad pacem perveniatur æternitatis, monemus vos & districte præcipimus, quatenus pacem, quantum in vobis est, cum omnibus habentes, parochianos vestros moneatis, ut in unitate fidei & pacis vinculo, unum corpus sint in Christo: inimicitias, si exortæ fuerint, in parochia vestra diligenter fedantes: amicitias copulantes: dilcordantes a discordia revocantes: quantum in vobis est, non permittentes quod Sol occidat super iracundiam parochianorum vestrorum.

VI. Quod clerici non nimis potent, nec scotalia faciant, nec eis inserfint.

Illum abusum clericis penitus interdicimus, quando ad potus æquales sumendos se obligant potatores: & ille judicio talium plus laudatur, qui plures inebriat, & caricles forcundiores exhaurit. Unde interdicimus, quod nullus alium cogat ad bibendum: si quis super hoc culpabilem se exhibuerit, nisi a superiore communitus, satisfecerit competenter, a beneficio & officio secundum statuta concilii suspendatur. Bannum quoque scotallorum per sacerdotem fieri prohibemus. Quod si incerdos vel clericus hoc fecerit, vel scotallis interfit, canonice puniatur.

VII. De infrœquentibus laudabilem consuetudinem ecclesiæ: & pœnis coercendem.

Sed quoniam quidam laici, laudabilem consuetudinem erga sanctam ecclesiam, pia devotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ pravitatis, nituntur infringere, sub prætextu catholicæ puritatis: sicut præcipimus, pravas exactiones super iis non fieri, ita pias & laudabiles consuetudines præcipimus observari: & qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare, per vos cogniti veritate compellcantur, fiecut in concilio statutum est: & quod a terragio corpus fepelire non differatur, sed post fepulturam, si quid datum fuerit, in elemosynam recipiatur.

VIII. De prohibita Missarum venditione, & annualium, &c.

Præterea, venaliteram Missarum districte inhibentes, præcipimus, ne annualibus & triennalibus missarum faciendis, laici & alii aliquid dare vel legare in testamento cogantur. Et ne super hoc aliqua pactio vel actio vera, vel sub alia specie palliata, a sacerdotibus vel aliis mediatoribus fiat, prohibemus: & ne superflua multitudine talium annualium quandoque se onerent sacerdotes, ad quæ expleuda honeste sufficere non possunt, & propter quæ ipsos oporter sub certo pretio conductos habere sacerdotes, aut ea vendere aliis facienda, ut se exoncerent: *Concil. General.* Tom. XIII.

A illud de cetero fieri sub pœna suspensionis prohibemus.

IX. Quod fontes sint sub firma custodia.

Fontes sub fenura clausi teneantur, propter fortilegia: chrisma & oleum fecrum sub clave custodiantur. Si vero is, ad quem spectat custodia, incaute ea reliquerit, tribus mensibus ab officio suo fuspendatur: & si per ejus incuriam aliquid nefarium contigerit, graviori subjaceat ultioni.

X. De baptisterio, & de aqua baptismali, & quid sit faciendum cum aqua & cum vase, in quibus propter necessitatem puer domi baptizatur.

Baptisterium habeatur in qualibet ecclesia baptismali lapideum, vel aliud competens: id decenter cooperatur, & reverenter conservetur, & in alios usus non convertatur. Aqua vero, in qua baptizatus est puer, ultra septem dies in baptisterio non fervetur. Si vero puer a loco domi propter necessitatem baptizatus sit, aqua, propter reverentiam baptismi, vel fundatur in ignem, vel ad ecclesiam in baptisterium fundenda deferatur, & vas illud vel comburatur, vel ad ufus ecclesiæ deputetur.

XI. Sacerdos interrogat laicum de dictis suis & factis, quando baptizaverit puerum domi.

Semper interrogat facerdos laicum diligenter, cum in necessitate baptizaverit puerum, quid dixerit: etiam quid fecerit. Et si diligenti præcedente inquisitione, facta fidibide plena, invenerit laicum distincte in forma ecclesiastica baptizasse, five in Latino, five Gallico, five in Anglico, approbet factum. Sin autem, baptizet puerum dicendo ut supra".

XII. Diaconi baptizare, & pœnitentias dare non debent, nisi in casibus necessitatis.

De baptismate & pœnitentia præcipimus, quod diaconi pœnitentias dare & baptizare non præsumant, nisi in iis casibus: cum facerdos non poteft, vel abfens eft, vel stulte vel indiscrete non vult, & mors imminet puero vel ægroto. Si puer baptizatus fuerit a laico, præcedentia & subsequentia immersionem compleantur a facerdote.

XIII. Quod panni chrismales tantum cedant in usum ecclesiæ.

Panni etiam chrismales non nisi in usus ornamentorum ecclesiæ convertantur: similiter alia ornamenta ecclesiastica, quæ pontificalem accipiunt benedictionem, nullo modo in usus profanos deputentur. Et archidiaconus in suis visitationibus, an hoc observetur, diligenter inquirat.

XIV. Quod mulier mortua in puerperio, scindatur, ove aperio.

Si mulier mortua fuerit in partu, & hoc

bene constiterit, scindatur, si infans vivere creditur; ore tamen mulieris aperto.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

XV. De custodia infantis.

Fœminæ commonentur, ut pueros caute et alant, & juxta se de nocte non collocent teneros, ne opprimantur: solos in domibus ubi ignis fuerit, vel solos juxta aquas fine custode non relinquant. Et hoc omni die Dominica eis dicatur.

XVI. Quod omnis commixtio maris & fœminæ extra matrimonium sit mortale peccatum.

In confessionibus & prædicationibus sæpius laicis inculcetur, & præcipue in majoribus solemnitatibus, quod omnis commixtio maris & fœminæ, nisi per matrimonium excusetur, est mortale peccatum. Et si in denunciatione hujusmodi saluberis doctrinæ sacerdotes negligens inventus fuerit, tanquam fornicator vel consentiens fornicatoribus canonice puniatur.

XVII. Confessiones mulierum audiantur extra velum, & moneantur laici confiteri.

Confessiones mulierum audiantur extra velum, & in propatulo, quantum ad visum, non quantum ad auditum. Moneantur etiam laici statim in principio Quadragesimæ confiteri, & cito semper post ipsum, ne peccatorum pondere suo trahat ad aliud. Item nullus sacerdos nomine pœnitentiæ toraliter & partialiter Missas præsumat injungere: consuluere tamen poterit.

XVIII. De pœna non confitentium.

Confessiones ter in anno audiantur. Ter communicare moneantur: in Pascha, in Pentecoste, & in natali Domini. Prius tamen præparent se per aliquam abstinentiam de consilio sacerdotis faciendam. Quicumque autem, semel in anno ad minus, proprio non confessus fuerit sacerdoti, & ad minus ad Pascha sacramentum Eucharistiæ non perceperit, nisi de consilio sacerdotis discreti abstinendum: & vivens, ab ingressu ecclesiæ arceatur: & mortuus, Christiana careat sepultura. Et hoc frequenter eis dicatur.

XIX. De diffamatis monendis confiteri.

Diffamari fama publica, vel verisimilibus indiciis "super aliquo crimine, de quo convinci non possunt, moneantur semel, secundo, & tertio, ut confiteantur & satisfaciant. Si vero incorrigibiles in diffamatione confiteretur, indicatur eis purgatio, quæ occasione pecuniæ promissæ vel oblatæ, in diem nullatenus differatur: sed fi parata fuerit, statim prima die"; & canonum numerus observetur. Archidiaconus, sive ejus officialis, seu decanus, contra hoc veniens, ab officio se noverit fuspendendum.

"al. de diffamatis hoc judicii.

"al. prima die recipiatur, & c.

A *XX. De modo audiendi confessiones, & mittendi confessos superioribus.*

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

In confessione habeat sacerdos cultum humilem, & oculos ad terram demissos, ne faciem respiciat confitentis, maxime mulieris: & patienter audiat quicquid dixerit, & in spiritu lenitatis cum supporter: & ei pro posse suadeat, & pluribus modis, quod integre confiteatur: aliter vera non est confessio. Peccata inquirat ultra singulam: insistenta autem non nisi a longe & per circumstantias, ut experiis detur modus confitendi, & inexpertis non detur occasio nova de B linquendi. Personarum nomina, cum quibus confitens peccaverit, non inquirat sacerdos: sed per confessionem poterit inquirere, utrum clericus vel laicus, monachus, vel sacerdos, vel diaconus exsiliat: & semper majora, præcipue notoria, majoribus reserventur. Sunt autem ista majora, homicidia, sacrilegia, peccata contra naturam, incestus, stupra virginum & monialium; & injectiones manuum in parentes, necnon & in clericos; vota fracta, & hujusmodi. Sunt autem casus, in quibus nullus nisi papa possit, vel alter habet absolvere, vel ejus legatus. Absolutio tamen talium in articulo mortis nulli deneganda est, salvem conditionalis, videlicet quod si convaluerint, apostolico confpectui se præsentent. Nihilominus tamen talium rei mittendi sunt ad episcopum vel ejus pœnitentiarium. Semper autem qui mittuntur, deferant secum litteras continentes genus peccati, & circumstantias sufficientes, vel ipse sacerdos veniat personaliter cum eis: alioquin non recipiantur.

XXI. De denunciatoribus criminum in quolibet decanatu.

Sint autem in quolibet decanatu duo vel tres viri, Deum habentes præ oculis, qui excessus publicos prælatorum, & quorum clericorum, ad mandatum archiepiscopi, vel ejus officialis, ipsis denuncient.

XXII. De pignore non retinendo.

Inhibeatur frequenter, ne pignus retinere quispiam contendat, postquam de fructibus fortem perceperit, deductis expensis; quoniam usura est.

XXIII. Qui sunt publice denunciendi in ecclesiis ter singulis annis, in festis majoribus.

Singulis autem annis, in tribus solemnitatibus majoribus, solemniter excommunicati denuncientur in genere: fortiarii, auxilium dæmonum quoquo modo invocantes, sacramentis vel sacramentalibus abutentes, vel ea ad usus profanos convertentes, incendiarii, raptores publici, malitiose impedientes executiones rationabilium testamentorum.

XXIV. De communicantibus cum excommunicatis.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1237.

Ne ecclesiasticæ censuræ rigor vilescat: præcipimus, quod omnes qui scienter communicant nominatim & publice excommunicatis, tamdiu arceantur ab ingressu ecclesiæ, quamdiu talibus communicasse convincti pocuerint, nisi citius resipiscant: salvo tenore canonis, q. ult. xi. *Quamvis multos*. (Et nota, quod ista materia, *de sen. ex.* capitulo, *Statutimus*, &c. Quæstionum libro sexto.)

Statuta Ecclesiæ Londinensis ad hanc diem non reperiuntur.

XXV. De veneratione Eucharistiæ ponenda ad infirmum.

Hæc habentur in Statutis Ecclesiæ Cathedralis Sarisburiensis MSS. scripsit anno 1330.

His addimus: quod, cum Eucharistia ad ægrum fuerit deferenda, habeat sacerdos aliquam pixidem mundam & honestam, in qua sit pannus lineus mundissimus, & in ea deferat corpus Dominicum ad ægrotum, linteo mundo superpolito, & lucerna præcedente, nisi æger valde remotus fuerit, & crux similiter, si fieri poterit, nisi crux fuerit ad alium ægrotum deportata: præcedente quoque tintinnabulo, ad cujus sonitum excitetur devotio fidelium. Habeat quoque secum sacerdos orarium sive stolam, quando cum Eucharistia, sicut diximus, vadit ad ægrotum. Et æger si remotus non fuerit, in superpellicio decenter ad ipsum accedat, Habeatque vas argenteum, sive stanneum, ad hæc specialiter deputatum, quod semper ad ægrotum secum deferat, ut in eo dare valeat ægro, post sumptam Eucharistiam, fuorum loturam digitorum.

XXVI. De dominibus religiosis separandis post decessum.

Item volumus, quod hæc constituto inviolabiliter observetur: videlicet, si rector alicujus ecclesiæ decesserit, ecclesia sua relicta sine indumentis sacerdotalibus competentibus, vel sine libris, vel sine utrisque, vel si forte domos ecclesiæ reliquerit dirutas vel ruinosas, de bonis ejus ecclesiasticis tanta portio deducatur, quæ sufficiat ad comparandum hoc, & ad defectus ecclesiæ supplendos, Idem statuimus circa illos vicarios, qui solvendo modicam portionem sive pensionem, omnes habent ecclesiæ proventus. Nam cum ad præmissa teneantur, talis portio deducta satis poterit, & debet inter eos computari: semper tamen rationabilis conditeratio sit habenda ad facultatem ecclesiæ, cum deducenda fuerit hæc portio.

XXVII. Quod decima non vendatur ante Annunciationem beatæ Mariæ.

Nullus rector ecclesiæ nobis subjectus decimas ecclesiæ vendere præsumat, ante Annunciationem beatæ Mariæ, cum extunc, secundum consuetudinem, fructus cedere debeant ad debita vel legata solvenda.

Statuta Ecclesiæ Londinensis MSS. ut supra.

XXVII. De vacua penitente a præsentatis non præsentandis.

Item, ne cui de ecclesiasticis proventibus modica vel magna pensio detur in fraudem, sicut in concilio prohibitum est, & nos prohibemus. Et quotiam circa hujusmodi pensiones frus sæpius folet & simoniaca pravitas perpetrari: nos, ut melius obviemus talibus morbis, præsentantis & præsentati recipimus interdum juramentum, quod nec promisso nec pacto illicita interveneit, & quod ecclesia non debet amplius obligari, quam prius fuit obligata: similiter, ne quis, qui prius ecclesiæ fuit persona, in eadem ecclesia fiat vicarius.

XXIX. Quod rectores ecclesiarum & capellani, sine rationabili causa, non sint amovendi.

Monemus etiam rectores ecclesiarum, ne capellanos annuos sine causa rationabili studeant amovere: maxime si honeste fuerint conversationis, & laudabile de conversatione sua habeant testimonium.

XXX. De incontinentia presbyteri pœnibili per rectorem ordinario manifestanda.

Et si de incontinentia parochialis sacerdotis scandalum orerum fuerit, cum circa hoc vigilis esse debeat rector ecclesiæ, si per famam vel inquisitionem nobis prius de hoc constiterit, quam per rectoris denunciationem, tanquam consciis puniretur arbitrio superioris. Simile de vicariis perpetuis est cenfendum. Et eam personas, & vicarios, quam annuos sacerdotes, graviter puniendos esse decrevimus, nisi super denunciatione excessuum, & præcipue incontinentiæ, in quibus notabiles clerici inventi fuerint, in suis parochiis fuerint vigilantes.

XXXI. Quod alter conjugum ne transeat ad religionem sine litteris episcopi.

Item doceat frequenter sacerdos populum, & prohibeat sub anathemate, ne alter conjugum tranfeat ad religionem, vel recipiatur, nisi per nos aut litteram nostram.

XXXII. Quod mulieres non faciant vota sine consensu virorum.

Item moneat sacerdos mulieres, ne faciant vota, nisi cum magna deliberatione, aut virorum suorum consensu, aut concilio sacerdotum.

XXXIII. Testamenta laicorum non fiant sine præsentia sacerdotis parochialis.

Præcipimus, quod laicis frequenter inhibeatur, ne testamenta sua faciant sine præsentia sacerdotis parochialis, sicut diligunt: quod eorum ultimæ voluntates adimplentur. Sacerdotibus similiter inhibemus, ne testamentum suum per manum ordinent laicalem.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

XXXIV. Ne medici minisfrent aliquid ægrotis, A quod in periculum animarum convertatur.

Cum anima longe pretiosior sit corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum, pro corporali salute, aliquid ægro tradat, quod in periculum animæ convertatur: verum cum ipsum ad ægrotum vocari contingit, ægrum ante omnia moneat efficaciter, & inducat, quod medicos invocet animarum, ut postquam infirmo fuerit de spirituali provisum, ad corporalis medicinæ remedium salubrius procedatur. Transgressores hujusmodi constitutionis pœnam in concilio statutam non evadent.

XXXV. De dominibus religiosorum de novo fundandis.

Quoniam religionum nimia diversitas gravem in ecclesia Dei confusionem inducit: præcipimus, quod qui volunt domum hospitalem, seu xenodochium fundare de novo, regulam & institutionem a nobis accipiant, secundum quod vivant regulariter & religiose.

XXXVI. De modo sumendi Eucharistiam.

Item in celebratione Missæ hostiam consecratam ^ datur sacerdos sibimetipsi, ne ammoveat os suo, quia ante perceptionem, eam ore suo tangere non debet. Si vero de patena, ficut quidam faciunt, eam sumat: post celebrationem Missæ eam patenam quam calicem, faciat aqua perstringi, vel solum calicem, si eam non sumat de patena: habeat quoque sacerdos juxta aleare pannum mundissimum circumdatum undique; & honeste ac decenter coopertum, in quo, post sumptionem sacramenti salutaris, digitos cum labiis ablutos emundet.

XXXVII. Quod mulieres ante partum confiteantur, & pariendo habeant secum aquam paratam.

Item, commoneant sacerdotes mulieres prægnantes, de parochia sua, ut, cum tempus partus intelligunt instare, sibi propiciant quod aquam habeant promptam & paratam: & quod, propter multitudo periculum, confitentur, antequam in puerperio jacuerint, omnia peccata sua sacerdoti, ne subito præoccupate non possint, cum voluerint, habere copiam sacerdotis.

XXXVIII. De iis qui clericos occidunt, sacrimve occidi.

Sacri insuper provisione concilii distinctum est, quatenus si patroni, vel advocati, aut feodatarii, seu viceni gerens alicujus domini, rectorem ecclesiæ, vicarium, seu clericum ipsius ecclesiæ, per se vel per alios occidere aufu nefario præsumpserint, patroni patronatus, advocati advocatiam, feodatarii feodum, vicedomini vicedominatum, usque ad quartam denunciationem amittant: & posteritas talium in clericorum collegium nullatenus assumatur, nec in regularibus domibus alicujus prælatiæ affequatur honorem. Et hoc volumus in ecclesia sæpius denunciari.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

XXXIX. De confirmatione puerorum, & de iis qui eos tenere debent.

Sacerdotes frequenter monent populum ad Confirmationem puerorum, post baptismum enim suscipi debet sacramentum Confirmationis. Quod si confirmandus adultus fuerit, monendus est per sacerdotem loci, ut prius confiteatur, & postea confirmetur. Item, sæpe dicatur laicis, ne expectent diu adventum episcopi, pro Confirmatione, sed adducant pueros ad eum, nisi eum adesse audierint prope, quam citius poterint: & ut ligaturas secum deferant competentes, scilicet longas & latas sufficienter. Item, parentes confirmati, tertia die post Confirmationem, deponentur ad ecclesiam, & fronres eorum per manus sacerdotum in baptisterio, propter reverentiam sacramenti, abluantur ibidem, & tunc ligaturæ simul in igne comburentur. Item, nullus teneatur ad Confirmationem a patre, vel vitrico, seu noverca. Et hæc prohibitio sæpius publicetur in ecclesiis per sacerdotes.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

XL. Quod decima dentur de omnibus, quæ renovantur per annum.

Circa decimas autem hoc observari præcipimus; ut de omnibus, quæ per annum renovantur, ecclesiis, quibus debentur, persolvantur: & præcipue illa, quæ Divina lege debentur, vel ex loci consuetudine approbata: ita scilicet quod occasione mercedis servientum, vel messorum, ecclesiæ decima parte non fraudentur, quo minus eam plenam percipiant. Detentores vero earum decimarum, si femel, secundo, & tertio commoniti, excessum suum non emendaverint: concedimus, quod per capellanos locorum, usque ad satisfactionem congruam, anathematis vinculo feriantur. Cum autem ij, qui decimas detinuerint, ad pœnitentiam accesserint: non admittantur, nisi per fe vel per nunum sacerdotis fui ei, cui decimæ debentur, satisfaciant competenter. Item decimæ tam prædiales, quam aliæ, sine difficultate & diminutione, & cum omni integritate folvantur, secundum quod canonum convenit institutis. Concedimus etiam, quod quilibet sacerdos parochialis detentores decimarum in sua parochia posse tam excommunicandi habeat: & si communes fuerint, & communi se non correxerint, ipsos excommunicandi. Item, nullus laicus quantacunque diuturnitate temporis immunitatem sibi vendicet a præstatione decimarum: cum laicus, secundum sacrorum canonum instituta, decimas præscribere non possit.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

Vide constitutiones Friderici de Pugnolisto, apud Alexandrum anno 1300.

XLI. Quod laici non intromittent se de bonis clericorum.

Sub interminatione anathematis prohibemus, ut nullus constabularius castrorum, forestarius, vel cujuscunque potestatis baillivus, possessiones seu bona clericorum aut

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

posse. In præstandis decimis & maxime prædialibus, nullæ deducantur expensæ. Et sic nota, quod quilibet sacerdos potest excommunicare pro decimis debitis non solutis. Et cum sit crimen decimas notorie debitas detinere: videtur, quod notorie detinenti debitas, vel alia jura debita ecclesiis, posse in Pafchate licite denegari corpus Christi; quia pro manifesto & notorio crimine potest illud cuilibet denegari de consilio. *pro diligentia.* Nec obstat c. *si sacerdos* de offi. ordi. cum similibus: quia loquitur de crimine occulto, ut ibi per doct.

XLI. Quod laici non intromittent se de bonis clericorum.

Sub interminatione anathematis prohibemus, ut nullus constabularius castrorum, forestarius, vel cujuscunque potestatis baillivus, possessiones seu bona clericorum aut

CIRCITER ANNO CHRISTI 1237.

Ex com. Episcopi Lincolniensis.

* CONSTITUTIONES DOMINI ALEXANDRI COVENTRENSIS EPISCOPI,

In regimen suæ diœcesis, factæ anno circiter MCCXXXVII.

Ex vetusto cod. MS.

CIRCITER ANNO CHRISTI 1236.

UNiversis archidiaconis per Coventrensem diœcesim constitutis, *Alexander permissione divina quidem minister ecclesiæ humilis, salutem: & sic vigilias nostris super gregem sibi commissum custodire, ne angelis ducentibus possimus in montem palatium Salvatoris introire: ubi non sordes stabuli, ubi non pauperies præsepii, nec hiems, id est labor obedientiæ, nec asinus, id est pena patientiæ: sed erit Deus omnia in omnibus.*

Vos igitur, quibus incumbit vigilare juxta verbum beati Petri, habeatis duos gladios propter timores nocturnos, & sufficient. Gladium, verbum Dei litterum & acutum: limatum, ut fulgeat: non enim debet ejus ferrum Dei obtentu præcipue quantumcunque nitere: acutum est cadat, hoc modo, ut nulli peccatur peccat. Unde in Isaia: *Gladius meus descendet super Idumæam*, id est, super peccata. Et idem: *Pofuit Deus os meum quasi gladium acutum.*

Aliens peccata non faciens propria. Propria quidem vestra erunt, si dissimulaveris, & negligenter corrigatis. Et tunc oportebit quem libet nostrum dicere: *Ab alienis parce servo tuo.* Et ecce quid dicit Apostolus: *Non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus, digni sunt morte æterna.* Consentire est tacere, cum possis redarguere. Ego etiam vobis dico, quod si possim in aliqua parochia invenire aliquem hujusmodi publice peccantem, poniam tanquam peccatum vel archidiaconi, vel presbyteros, vel sacerdotis. Nec mirum, quia non S sua, faciunt sua, de quibus scriptum est in Osee: *Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum*, id est sacerdotum, *sublevabunt animas eorum*, id est populorum. Quia sacerdotes fornicarii fiunt non populos fornicarios. Sed quid accides? *Erit sicut populus, sic sacerdos.* Sicut populus suspenditur ab introitu ecclesiæ, sic sacerdotes a celebratione Missæ. Præcipue autem peccata publica non permittatis crescere usque ad messem damnationis extremæ. Sed si publica fuerint, primo arguatis

CIRCITER ANNO CHRISTI 1237.

religiosorum, seu quarumcunque religiosarum personarum, ausu temerario, præsumat invadere: aut eas exactionibus injustis & oppressionibus quibuscunque indebite, contra libertatem ecclesiasticam, attentet molestare.

Quod si qui contra prohibitionem nostram in propriæ salutis dispendium, quod Deus avertat, intrare præsumpserint, & moniti & non correxerint, terras eorum per archidiaconum fine dilatione ecclesiæ fupponi præcipimus interdicto: & tunc demum, si ad correctionem non redierint, indurati, palatis campanis, & accensis candelis, excommunicentur, canonica monitione præmissa. Volumus etiam & districte præcipimus; ut archidiaconi & eorum ministri, cum fuerint super hoc ab executoribus requisiti, mutuum sibi invicem præstent auxilium.

A

B

C

D

CIRCITER ANNO CHRISTI 1235.

quod hic est Deus noster, & non reſtimabitur alius
adverſus eum. Hic in terris quotidie videtur, dum
per manum ſacerdotis quotidie elevatur: & cum
hominibus converſatur, dum in pixide modica in
loco humili ponitur. Et quaſi Gramotha fuiſſe-
mus, id eſt, aſperi & aridi, ſine omni devotione
ſpirituali. Unde præcipimus, quod in elevatione
Euchariſtiæ, quando ultimo elevatur, & magis
in altum: tunc primo ſonet campanella, quæ ſit
quaſi modica tuba denunciatis adventum judicis:
immo ſalvatoris, ſecreto ad nos venientis, ut ſit
nobis animi reſpectum ubinam accedimus ad colo-
ſſe cauviarum. Et cit tripiex gaudium, quia ubi
cuno, ibi anima, ibi Deus Verbum. Similiter
præcipimus, quod Euchariſtia portetur ad infir-
mum intra villam, cum ſolemnitate accenſis lucer-
B nis, & famulis campanellæ. Et hoc non portetur
a ſolo ſacerdote, immo cum teſtimonio diaconi
honeſti, vel alicujus honeſti clerici, vel ſaltem
laici boni teſtimonii, & hoc in ſuperpelliceo.

De Agno benedicto.

AD hæc, quia oportet in eccleſia Dei eſſe paſ-
tores & doctores: nec ſit diviſio inter paſ-
tores & doctores, cum alia dividat Apoſtolus.
Dicit enim: *Alii quidem doctores, alii quidem apoſtoli & evangeliſtas, alios paſtores & doctores*. Hic nul-
lam fecit diviſionem. Præcipimus igitur, ut illi
qui ſunt interpretes, videant, ut in ſingulis locis ubi
eſt regimen ſcholarum, ſimul etiam ſit ſtantia aliqua
doctrina inſtruens, & velint eos exemplo bonæ vi-
tæ informare. Sed quia plerique ſcholares carent
neceſſariis, quorum ſcientia multi per gratiam
Dei poterunt ædificari: volumus, ut ſcholares fe-
rant aquam benedictam per villas rurales, ſi fini
qui poſſulant & indigeant.

Item præcipimus, quod ex quæ pertinent ad de-
dicationem eccleſiæ, ſint penitus ſervata.

Item præcipimus, quod in qualibet eccleſia ſit
vita beati Thomæ martyris, & oratio, *Deus pro-
cujus eccleſia*.

Præcipimus ne claudantur cœmeteria.

Item quod vicarii deſerviant pro vicariis nec
ponant pro ſe ſacerdotes conductitios, niſi de ſpe-
ciali licentia noſtra.

Ut populus communicet ter in anno, & ſæpius.

ITem cum nihil valeat peregrinantibus tantum,
quantum viaticum: moneantur laici & clerici,
ut ter in anno ſumant corpus & ſanguinem Jeſu
Chriſti, ad minus, qui proveſſionis ætatis ſunt:
videlicet in Natiuitate Domini, in Paſcha, &
Penteceſte. Et qui noluerunt iſſud facere, mo-
neantur ut ſejenent per Adventum, vel ad minus
per mediatatem Septimanæ, & præcedat confeſſio.
Similiter a feſto Aſcenſionis uſque ad Pente-
coſten, vel ad minus per mediatatem ſeptimanæ,
& præcedat confeſſio.

Item præcipimus, ne aliquis extraneus admit-
tatur in aliqua paſochia ad contrahendum ma-
timonium, niſi prius facto ſacramento ſi alius
eſt uxoratus. Et hoc ſciatur per ſacerdotem vil-
læ ubi contrahitur, vel per litteras alicujus
prælati de partibus illis, ubi natus vel converſa-
tus eſt.

Item notificamus vobis, quod ſi ſacerdos depre-
henſus fuerit in incontinentia, vel in ſuſpicione
violenta: puta ſi intrat in aliquem locum ubi poſ-
ſit maleficere: quia debemus providere bona co-
ram Deo & hominibus: propter Deum debemus
A facta vitare; propter homines ſuſpicionem fa-
hoc modo punietur. Primo ſecundum quantita-
tem facultatium ſuarum, per manum epiſcopi da-
bit quandam ſummam pecuniæ illius pauperum:
& rector eccleſiæ ſimiliter, ſive fuerit privata per-
ſona, ſive abbas vel prior, ad quem pertinet
eccleſia, punietur pro delicto ſacerdotis. Eorum
enim intereſt habere bonos & honeſtos ſacerdotes.

Reſtoribus etiam, qui ſunt privatæ perſonæ,
gratiam facimus, quod eos ad ſacerdotium non
cogimus. Nec murmuret aliquis, quod peccha-
tiles punimus. Hoc enim ſtatuit propter multas
cauſas: tum quia illa pœna magis timetur quam
alia, tum etiam quia luxuria provenit ex abun-
dantia. Ideo bonum eſt falſe correptioni reſcrare
fuperbiæ. Peccatum non ſolummodo fuit in fa-
turitate panis, & abundantia, & otio, juxta il-
luſ poeticum: Quæritur Æqueſtus, &c. Autori-
tate enim legis Divinæ hoc fecimus. Dicitur enim
in Eſdra: *Omnes qui non fecerint legem Dei, judicium, & ſtatu-
cris de eo: ſive in exilium, ſive in condemnationem
ſubſtantiæ ejus, ſive certe in carcerem*. Si ſecundo de-
prehenſus fuerit, duplicabitur pœna, tam ſacer-
dotis, quam rectoris. Tertio ſi deprehenſus fue-
rit, punietur pœna exilii, quia nunquam in epi-
ſcopatu noſtro Divina celebrabit. De aliis perſo-
nis eccleſiaſticis, ſi deprehenſi fuerint in ſimili
benefitiati, primo punientur per condemnationem
ſubſtantiæ, poſtea per ſuſpenſionem ab officio &
beneficio.

Item ſingulis diebus Dominicis prohibetur,
ne quis det fidem in matrimonium contrahen-
do, niſi in ſacerdotis præſentia. Et ſi qui inve-
nianter tranſgreſſores, mittantur ad epiſcopum
competentem.

Similiter, ſingulis diebus Dominicis denun-
cientur excommunicati, qui fallum teſtimonium
perhibent prudenter & ſcienter, vel prohibere
procurant, ſcientam qui tales teſtes ſcienter pro-
ducunt vel ſuborant, ubi agitur in cauſa matri-
moniali, vel alicujus exhereditatione.

Excommunicentur etiam omnes, qui gratia lu-
cri, vel dolo, vel alias malitioſe crimen imponant
alicui, cum infamatus non ſit apud bonos & gra-
ves: vel ſic falſum ea purgatio indicatur, vel alias
D modo gravemente.

Item, ſi ſacerdotes ſuſtinuerit in parochiis ſuis
publicos fornicatores, vel uſuratios, vel aliquod
mortale peccatum manifeſtum, puniemur tan-
quam pro propriis peccatis, de veniet ſuper eos
malum, & noſcient eorum ejus. Hoc autem modo
procedam circa fornicatores: quod ſi contingat
aliquem jurare, quod in poſterum non ſit ſuſpectus
quam quotiens juraverit: indicatur et talis
pœna ſi eandem cognoverit, quod eam deſponſet,
vel magnam portionem ſubſtantiæ ſuæ, ſecundum
quod facultates ſuæ competunt, cujus tribuat ſub
facramento.

Item in omnibus eccleſiis quas habent monachi
E ultramarini, inquiratur quo titulo: & ſimiliter,
ſi habent decimas reparatas, denuncientur ſcomi-
nicati.

Item in qualibet decanatu ſit unus, qui audiat
confeſſionem ſacerdotum, vel ad minus unus con-
feſſor, in duobus decanatibus.

Item quotidie, quando leguntur tres lectiones,
dicantur: *Placebo, Dirige, & Commendabo*, a
ab In exitu Iſraël, uſque *Ad Dominum cum tribula-
tare*.

